

178

6.

612

2. a. 6. 12.

214 - 55




# ANNOTATIO

nū Natalis Bedæ Doctoris Theologi Parisien. in  
Jacobum Fabrum Stapulensem libri duo:  
Et in Desiderium Erasmm Roterodamum liber  
vñus, qui ordine tertius est.

- ¶ Primus in Cōmentarios ipsius Fabri super Epi-  
stolas beati Pauli.
- ¶ Secundus in eiusdē cōmētarios sup. III. euāgelia.
- ¶ Terti⁹ in Paraphrases Erasmi super eadem qua-  
tuor Euangelia, & omnes Apostolicas Epistolas.



Vēnundantur Badio.



with B. H.  
et. Alcaras



18

6.

71-2

2.a. 6. 12.

3  
219 - 53



# ANNOTATIO

nū Natalis Bedæ Doctoris Theologi Pariseñ. in  
Iacobum Fabrum Stapulensem libri duo:

Es in Desiderium Erasimum Roterodamum liber  
vntus, qui ordine tertius est.


¶ Primus in Cōmentarios ipsius Fabri super Epī-  
stolas beati Pauli.

¶ Secūdus in eiusdē cōmētarios sup. III. euāgelia.

¶ Terti9 in Paraphrases Erasmi super eadem qua-  
tuor Euangelia, & omnes Apostolicas Epīstolas.




Venundantur Badio.



with 3 B  
Bl. H. H. H. H.



# NATALIS BEDÆ IN TRES SEQVENTES ANNOTATIONVM LIBROS PRÆFATIO.



Ametsi ex quo primū vel oculis percurri, & quos Iacobus Faber prius in Epistolas Pauli, deinde in sancta quatuor euangelia Cōmentarios edidit, & quas Desiderius Erasmus in eadē euangelia, simul & in aplicas omnes epistolas conscripsit paraphrases: probe semper agnouerim scripta eiusmodi in quibus plurimis, tum catholice fidei aduersari, tum Christianæ pietati, ac proinde fidelium moribus vehementer incommodare: Quoniā tamen illis occurrere malis me meis viribus nō posse existimabā: obistere autem & necessariū, & e re Christiana plurimū fore haud ambigerem: aliud non vidi mihi relictuū remediū, nisi vt in eam rem aliorū studia cōmouerem. Quod & anxie fati effecti. Quid enim curarū ac laborū annis aliquot subierim, vt per potentes opere & sermone tantis succurreretur morbis, vel in errores prefatis in libris cōtentos scribendo, vel iustis aliis remediis prouidēdo: Parisiensem theologorū cōplures non ignorant. Dolenter sane intuebar pestilentem hanc doctrinā, assidua nouorū librorum editione in dies altius radices mittere, inuictāq; ecclesiæ factionē per istos homines (qui solis humanitatis ac linguarū præsidii instructi, sacra omnia edisserere sunt aggressi) in non paruā animarū iacturā maiores semper vires suscipere, & eo quidem incurabilius, quo eiusmodi ægritudinū medicos, id est sacrarū literarū professores, isti humanistę theologizātes, cū Luthero (quē in multis docuisse potius vidētur, q̄ ab eo didicisse: nimirū quo priores multa ediderāt quæ ipse dū scriberet vidisse potuit) velut suę artis plane imperitos asparētur: utpote quos prædicāt in solis philosophicis, ac argumentorū sophismatūq; tricis confaescere, vixq; diuina eloquia a limine salutare, nec minus a veterū theologorū lectione, sanctorū videlicet ecclesię doctorū, prorsus abhorrere, & q̄ deniq; scholastici licet vocitētur theologi, absolutū tamen theologorū nomen haudquaquā mereātur: id sane vel ideo potissimū factitantes, vt nomē istud sibi vendicent græcizantes, ac veri germaniq; theologi censeantur: Quippe qui diuinā, vt aiunt, putāmq; theologię notitiā, propriis e fontibus, non e lacunis hauriant: id est ipsi diuinorū tñ eloquiorū lectioni, ac sacræ Biblię textibus incūbant, non p̄horum disciplinis, non scholasticis theologorum scriptis: Bibant insuper de fluminibus, quæ ab ipso diuinæ sapientię fonte propius emanāt, non a distātibus, & per longa iam interualla ab ipsa origine degenerantibus riuulis: id est qui veterū doctorū scripta, Origenis, Tertuliani, Cypriani, Basilii, Hilarii, Chrysostomi, Ambrosii, Hieronymi, & consimiliū, præ manibus habeant: non autē scholasticorū, vt Petri Lombardi, Altifiodorēsis, Alexandri, Alberti, Thomę, Bonauenturę, Richardi, Ockan, Apalude, & id genus scriptorū aliorū. Ita suis se verbis iactitāt hu-

manistę, quę & mundo tubis suis intonant: scholasticis interim doctoribus variis nominibus detrahentes: utpote quos modo Rabinos, modo crassos, barbaros, politiorisq; literaturę ignaros, & eam ob rem illius inimicos appellitant. Ceterū q̄ infeliciter, cū sibi, tum mūdo male cōsulti homines imponant, haud difficile posthac innotescet, p̄spectis (quibus sua ceciderūt scripta) prauis dogmatibus. Nec est, vt miretur quispiā, Fabrum & Erasmum, viros tam studiosos, ingenius prope diuinis pollentes, variisq; in disciplinis eruditissimos, in tot circa fidē errores impegisse ac p̄lapsos fuisse, Neq; em̄ primi sunt quibus istud tam infauste obtigerit. olim siquidē fuerunt & alii (quorū nominib; ob id parco, qm̄ summas in ecclesia cathedras rexerūt) qui solis cum sacrarum literarū studiis, tum crebra veterum doctorū lectio ne fulti, neglectis in theologia præceptoribus, de his differere aggressi, quę seipsos absq; præuio magistro male docuerant, in varias inciderunt hereses. cuius equidem rei causam, & in illis & in his, opinor, nō modo superbā mentem, a qua indubie nō potest non procedere, q̄ quis quauis in arte magistrū agere p̄sumat, sub cuius magistris nunq̄ fuerit discipulus. q̄ Hieronymus in ep̄la ad Paulinū pulche deducēs, Hęc (inqt) a me p̄stricta sunt, vt intelligeres te in scripturis sacris sine præuio & mōstrante senitā, non posse ingredi. & paulopost. Agricola; (ait) cōmentariū, fabri, metallorū lignorūq; cęsores, lanarii quoq; & fullones, & ceteri q̄ variā supellectilē & vilia opuscula fabricant, absq; doctore esse nō possunt, quod cupiunt: quod medicorū est Promittunt medici, tractant fabrilia fabri, sola scripturarū ars est, quam sibi passim omnes vendicāt. Hactenus Hieronymus. Huius inquā tantorū viros lapsus in causa esse nō tñ superbā existimo, verū etiā q̄ vt priores illi ecclesię doctores, innūeras scripturarū obscuritates elucidādo, mysteria clausa referādo, ac visas deniq; dissidere sentētias, in cōsensum cōcordiāq; reducēdo (e quibus videlicet veteres illi heresiarchę, Marcion, Apelles, Sabelius, Fotinus, Manichæus, Arius, Macedonius, & reliqua perditorū id genus hominū turba, delirandī occasionē pro sua arroganti ignorantia desumpserāt): piis huiuscemodī suis studiis, ac sacrarū scripturarū explanationib; pestiferas prænominatorū hereticorū hereses reuicerunt ac dānarunt: ita in suis libris, q̄ eos stilo graui ac arduo, & variis tropis vsū, cōposuerant, multa reliquerunt: quæ paulatim sunt a studiosis cōperta obscura, tecta, ac ambigua: multa insuper secū male, vt videbantur, cohærentia. vnde & qui post primos venerunt hæretici, suorū errorū causas prætexerūt. utputa Abbas Ioachim, Almaricus, Abaelardus, Arnoldus, Marfilius Paduanus, Valdo, VVitelessus, Hus, & cōsimiles. Et proinde ipsa sanctorū patrum originalia scripta (ita domino pro atātū diuersitate suam regēte ecclesiam, & contraria cōtrariis curari volente) per humilioris eloquiū viros, pios tamē, studiosos, ac doctos, rursus planioribus illustrari traditionib; referari sermone familiari, atq; reiectis dubiis ambigua resolui, & quę discrepare videbantur in concordia reuocari: si præterea in eis nōnulla forte occurrerēt catholice veritati minus cōsentanea, aut debita cū veneratione declinari, aut cōuenienti interpretatione in sanum intellectū pertrahī: haud aliter & in ipsis

facris libris, si quid asperū adhuc indigestū, vel inexplicatū superesse videre  
tur, voluit dominus p̄ hos postremos doctores, claris facilibusq; verbis ex  
planari: ita tandē vt eorum studiis, zelo, ac doctrina, eorundē temporū erro  
res extincti omnes fuerint ac suppressi. Et hæc quidē omnia ex veridicis cō  
stant literis ac historiis. Quādo igitur spreta neglectaq; scholastica theolo  
gia, certe cuius vel solis p̄sidiis memoratorū nūc hæreticorū peruersa fue  
rant cōfutata dānataq; dogmata, hoc nostro sæculo Faber & Erasmo, & alii  
quidā diuinas ipsas literas, ac p̄uiciorū scripta doctorū per se nullisq; p̄ce  
ptoribus tractare p̄sūperunt: quid mirū si in doctorū nuper hæreticorum  
prolapsi sunt impietates: & in eorū dē inciderūt pericula, quorū exēplū sequi  
voluerunt: Porro vt non aperte in Manichei, Arrii, Sabellii, aut Donati hæ  
reses deuoluti sunt: ita peruersæ quidē cum Valdono, Vitaleffo, Marfilio,  
& ceteris secūdo loco expressis hæreticis, de fide, de meritis, de libero arbi  
trio, de cōsiliis euangelicis, de p̄nitētia, aliisq; nō paucis: impie vero de ve  
neratione sanctorū, de sacris ecclīæ cōstitutionibus ac ritu, deq; regulis pa  
trum, & aliis cōplurib; proculdubio sentiūt ac definiūt. Et nimirū quicūq;  
his paria audebūt, paria experiētur salutis dispēdia. Nēpe quotquot asper  
nati remedia quę aduersus hæc offendicula Christus ecclesię suę sp̄sē pro  
uidit, priuatis volent gaudere legib; id est viuētes omnes docere, & a nul  
lis instrui viuētiū. His ergo de causis cū multa tētassē, suadēdo & exhor  
tando, sperans vt perniciosis istorū scriptis obuiam irent alii, ac scholastica  
corripēt arma, nec tamē profecissem: dū inquā p̄stolor sub diuina pro  
uidentiā, si quis exurgeret qui disseminatos in p̄fatis Fabri & Erasmi li  
bris errores, ad cautelā proderet ac refelleret: Ecce viri boni vtrāq; Iacobo  
cum p̄sentē tum futurā sclicitatē cupiētes, ita quod primo obtinere ne  
quiverunt, secūdo aggressu me instātē vrgēt, vt quod nō semel suaserant,  
mihi demū persuaserint: videlicet vt ipsi Fabro per amicas literas scriberē,  
homīnē exhortaturus, salutē vt suę cōsulens, quę iā edidisset scripta mature  
recognoscens, innumera eorū capita retractanda curaret, q̄ libris in illis re  
spersa iam in manibus omnium haberentur: quo læti tādē de fratris corre  
ctione, vere possemus illud Ouidianū dicere: Vna manus nobis vulnus o  
pemq; tulit. Ad virū itaq; tandē scribo, cū q̄ta possum humanitate, & Chri  
stiana nihilominus libertate. In quibus versaretur periculis nō fileo: ad hæc  
& offero, si mea apud eum monitio gratiā inueniret, me missurū ad eū quos  
apud me cōmentarios eius haberē: quorū in marginibus ferme omnia quę  
displicebant, annotaram: vt illa ipse & videret, & vbi opus haberēt castiga  
ret, orbisq; paginis ad ædificationem editis, quidnam egisset plane declara  
ret, nec retractare puderet quę prius perperam asseruisset. Cui meæ episto  
læ respondens, cum fateretur seipsum, vt verbis eius vtar, non posse gratias  
non habere pro humanissima adhortatione mea, libros tamen meos ad se  
transmittēdos, nec curat, nec querit: sed optare se dicit rationes adiungam,  
propter quas loca illa nota censerem digna. Quæ sane postulatio ita me  
anxium perplexumq; reddidit, vt me scripsisse propemodum p̄cēteret.  
partim ipsius rei magnitudine, partim virium mearum insufficientia per

territum. Cæterum agitatū vndecunq; variis cogitationibus, cum non oc  
curreret, quomodo negociū, licet meis oīno impar hūeris, rei tñ Christiā  
næ impēdio cōducturū, iuste possem declinare: statui tandē periculū facere,  
de diuina bonitate per catholicorū preces implorāda cōfessus. Rem itaq; mul  
tis de causis arduā aggredior, duro in labore: ac c̄cepto operi sic insisto, vt  
adiutore deo, quod cernitur opusculū, vtcunq; absolutū prodierit, in quo, vt  
non omnia q̄ in Fabri cōmentariis, vel obelo, vel lima egerent, me attigisse  
fateor: ita esse possunt nonnulla forte a me reprehēsa, nō in sensu, quem vel  
ipse Iacobus author animo gerebat, vel hi forsā concipiunt qui ipsi plusq;  
æquum sit fauent. verissime em̄ Hieronymus in ep̄la ad Pāmachiū scribēs:  
Amicus (inqt) praua quoq; recta iudicat: & scribūt sæculi literę, amātiū  
c̄ca esse iudicia. Semp tamē illā sequutus intelligentiā, ac illi insituisse vi  
deor, quę prima frōte, equis solet lectorib; talibus ex dictis sese insinuare.  
Id autē vñ velim piūm lectore admonitū: me quasdā propositiones nota  
turum, nō vt plane impias, sed vt ab interprete aut paraphraste cōtra debi  
tum officū positas. Non enim sicubi interpretis verba ad euangelica allu  
dunt aut illis vidētur cōsona, cōtinuo laudāda sunt: quia interpretis est euā  
gelica verba ad mentē spiritus sancti per receptos ab ecclesia doctores exp̄s  
sam exponere, nō eadē reponere. Præterea siquādo maiores nostri p̄sertim  
in factō aut statu hominū variant, eos qui alterā partē secuti sunt non oīno  
dāno, nisi q̄ rem dubiā pro certa, sine certa aut ratione aut authoritate defi  
niuerūt. Quod idē de variis scripturę sanctę lectionibus intelligo. In oībus  
autem a me notādis velim diligētius animaduertat, quo animo, quo ve sen  
su a me notata sint. Sed vt institutū sermonē prosequar: lam annotationū in  
Fabri cōmentarios, oras finēq; spectabā: cū mihi in mentē venit, fore, vt mul  
tis iniquū videatur, si non ignorās ego eadē ferme errorū capita, nec minus  
fidelium salutē noxia, in paraphrasibus Erasmi legi, quæ in Fabri cōmenta  
riis arguissem: Christianę rei iuuandę studio tñ ductus, vnus quidē lapsus  
refellerē, alterius vero ne proderē quidem: p̄sertim cum eiusdē literaturę  
ambo, parem in ecclesia prouinciā sibi arrogarint: Eam ob rem decreui, ad  
duos in Fabri errata cōscriptos libros, tertiu pro appendice adicere, qui ex  
ordine collectos e p̄dictis Erasmi paraphrasibus errores cōplectatur, &  
perstrictis vbi fuerit opus ratiūculis, (plurima em̄ iam videbar in actis ad  
uersus Fabrū cōfutasse) quid me pro veritatis zelo mouerit ad annotādū,  
manifestet. Quę tamē omnia, cū sapientū, tum sedis apostolicę, ac ipsius vni  
uersalis ecclesię iudicio, omni cū honore submissa velim. Meus autē proce  
dendū modus qualis sit nō opus est pluribus explicare: qm̄ etsi varia sint re  
rum argumēta, idē tamē vbiq; & facilis quidē processus est. Q̄q; vero pul  
chrum sit Fabro & Erasmo visum, necnō & promouēdę religioni perutile,  
nouo dicēdi genere, id est cultius politiusve, diuinas tractare literas: a pru  
dentibus tamen & expertis viris, maxime incautū, impietatiq; ac sacrilegio  
vicinum semper est iudicatum: pietatis & humilitatis doctrinę, fastū ac gē  
tilium literarū lenocinia, quasi hæc de se salutē cōducerent, tam studiose su  
perinducere: Cū eius author deus per Ap̄m Paulum in pluribus ep̄stolarū

eius locis, id omnino dissuasisse videatur: & hanc ob vanitatem Hieronymus sese diuinitus reprehensum, atque seueriter castigatum: ad posterorum cautionem in libello de instituenda virgine, literis mandandum curauerit. Quod si priorum ecclesiarum doctores scribendo non inculto, sed ornato: non neglecto, sed accurato elegantique sermone nonnunquam videntur vsu: haud tamen in expoliendo sermone precipua fructificandi spem, ut isti, collocasse conperientur. quin potius, vel hoc ausum affirmare, quod si quis maturius rem perpendat, conperiet ipsos sanctos doctores, semper eo minus ac minus seculari elegantie studuisse, vsusque fuisse: quo cum aetate, in diuinis charismatibus auctiores euaserunt. Quorum tamen quis scholasticorum doctorum fuerat eorum studia indigne laurus, quae tuncque dicendi arte, etiam si plusquam Demosthenica vsu suos libros scriptores isti conpegissent: si non in ipsa quoque fidei dogmata turpiter impегissent. Nullus enim ita hebes, ac metis inops, (quicquid secus isti interpretetur) fuerit: qui humanitatis arte, linguarumque peritiam non ut dei dona agnoscat ac laudet. Non certe illa cuius iuste displicere possunt. At rursus placere debet nemini, quod de huiusmodi gratiis uterque deo ingratus, ad multorum exitium abusus est. Desinat ergo, desinat theologorum ordini peruersus eorum dogmatis sese opponenti, falso imputare, id eos odio bonarum (quas dicunt) literarum agere. Sapiant cum ecclesia, catholice scribant, quibuscumque id leporibus ac ornamentis facere libuerit: & prodeuntes bonarum literarum inuidiam nobis obiciant, si non ipsis gratulabimur, si non illorum studiis fauebimus, ac denique eorum commendabimus libros. Non certe illos ad nostras scholas accersimus: tamen cupimus, ut alius quae politiores forsitan literas quam mores cupiunt, non sic liberalibus ac suapte natura honestis artibus conplacere studeant: ut & illos, & se perdant. Iam vero sicubi videbor in errorum auctores seuerius dicere, id (nisi fallor) effecit in me, non personam (cuius salutem ex animo velim) sed impietatis odium, a qua ut respiscant, & catholicam veritatem amplectantur ipsi errantes, non semel admoneo: nec id quidem frigide, sed ardentem factitatis. Porro Erasmi apologias nihil moror aut reformido: nec ab illis tam mihi, quam illi timeo: utpote quarum fiducia fretus, nulli dum quantum iuste arguenti celsisse, quantum probe admonenti paruissime videtur. Est praeterea ob quod ego peculiari ratione duxerim Erasmo oppido quae timendum: quod scilicet cum ad eum per epistolam hoc flagitium, propositionum plurimas quas hic reprehendo, superiori anno transmississem: ac pro charitate euangelica cum ipso per literas id ipsum quod de Fabio praemissum est egissem: nepe ut retractandis erroribus suis & suae & multorum salutem consuleret: ac ipse mihi per epistolam spopondisset, sese omnia quae minus recta viderentur, correcturum, suorumque lapsuum sauiorem iudicem futurum, quam suorum fuisset Augustinus. Ecce dum promissum pro illius salutaris profectu magno desiderio praestolor, recantationis ac respicientis loco, omnium eiusmodi per me ad illum missarum propositionum defensionem manu scriptam proximis ante diebus ad nostrum Parisiensium theologorum collegium binis cum literis direxit. Ob id inquam vehementer coram iudice deo ipsi Erasmo timuerim, ne scilicet fixus adhaereat erroribus quos firmare sua dicendi arte molitur. Quidnam autem ipsum

theologorum collegium nostrum sit illi responsurum, aut quale de praefatis propositionibus earumque transmissa defensione laturum sit iudicium, nescio: Deus scit. At certo noui, in fidei iudicium nihil in eodem collegio praecipitanter agi, sed omnia mature tractari. non enim solent praecipitanter illic eiusmodi causas transigi, sed penitissime disquiri cunctaque examinari, proque sacrae scripturae testimoniis ac sanctorum assertionibus doctorum diiudicari. Ibi sane philosophicae disciplinae ancillantur, praesident diuina iura: ac interim sacrorum doctorum placita audiuntur, & non solum subtilium percorationum theoreticarum definitiones: quae ut sunt ad exacuenda pro tempore ingenia non parum utiles, ita hunc confessum intrare, dum aut de fide, aut de fidelium moribus negotium agitur, non nisi vigeat necessitas permittuntur: ut obstruatur os istorum, qui picturatis, ut solent, verbis nusquam non eisdem theologorum collegio maligne detrahentes, non cessant inculcare, illic omnia iuxta illas subtilium speculationum rationes decerni. alioquin vel vnicum producant ab huius nostri collegii censura semel profectum, quod veritati catholice aut pietati ac iustitiae aduersetur. sed hoc, spero, non sunt facturi. Quod si Erasmus (qui ipsi mos fuit hucusque peculiaris) quae in eius scriptis damnamus, quibus praeditus est miris artibus saluare ac tueri contenderit: grauiore opus erit discussione, id est ecclesiae iudicio: quod in fidei fauore ut fiat, instantissime requiro. Tantisper enim a praua Lutheri doctrina penitus repurgari Christianitas non poterit, dum in ea tolerabuntur istorum scripta, utpote quae in plurimis Lutherana esse comonstro. Vtrum autem errores confutando, sophistam (ut aiunt) dialecticum, Scotistam, aut Occanistam agam, catholicorum sit iudicium, qui rerum huiusmodi non sunt ignari. Quando igitur homines isti fidei ipsius & ecclesiae iura iniquissime inuaserunt, num iuste poterunt indignari, quod necessitate quadam compulsus, illa pro meo modulo tueri (etsi parum promouerim) sum enixus? Non illos traduco, sed eorum inconsultissima studia, defensorem nepe ago Christianae pietatis, quale per lib. de Ciui. Dei, sese olim egisse testatur sanctus pater Augustinus. quis eo vel plurimum ab eo differens, quod ego ut tyronum minimum, ille ut fortissimus & veteranus dux Christiani exercitus, id genus prouinciam obierit. Is ergo cum audisset quosdam responsiones parare in tres primos illius operis sui libros, veritatis zelo motus id tulit indigne. qua de re ita in calce libri quinti scribens: Tres inquit priores de ciuitate dei libros cum edidissem, & in multorum manibus esse cepissent: audiui quosdam nescio quam aduersus eos responsionem scribendo praeparare, deinde ad me perlatum est, quod iam scripserunt: sed tempus quaerant, quo sine periculo possint edere. Quos admoneo, non optent quod eis non expedit: facile est enim cuiquam videri respondisse, qui tacere noluit, aut quid est loquacius vanitate: quae non ideo potest quod veritas: quia si voluerit, etiam plus potest clamare quam veritas. sed considerent omnia diligenter: & si forte sine studio partium iudicantes, esse talia perspexerint quae potius exagitari quam conuelli possint garrulitate impudentissima & quasi satyrica vel mimica leuitate: cohibeant suas nugae, & potius a prudentibus emendari quam laudari ab imprudentibus eligant. Nam si non ad libertatem vera dicendi, sed ad licentiam

tiam maledicendi, tempus expectant: absit ut eis eueniat, quod ait Tullius de quodam qui peccandi licentia felix appellabatur: O miserum cui peccare licebat. hæc Augustinus: quæ non ideo euulgauit, quod aduersariorum vereretur conatus: at illorum potius timebat salutem, quam veritati resistendo erant periculo graui expositura. Quæ utinam Erasmo pro salubri documento esse possint: ne si suo more pergit siue iure siue iniuria quæcumque semel scriptis, mordicus tueri, in nullum magis quam semetipsum sciat, & deo atque veritati obnitens, damnabilis pertinaciam conscientiam amplius prodat: a quo tamen malo liberet eum dominus. Hactenus autem visus non est Iacobus Faber sic quibuscumque in eum scribentibus respondendo tam temerarius ac peruicax, impatiensque correctionis: ut qui potius silere sæpe delegerit, quam loquaciter ac proterue respondendo, erroribus errores superaddere. Nostri omnium misereatur diuina clementia. Amen. Actum Parisiis, in domo nostra pauperum, gymnasio Acuti motis: die mensis Maii tertia. Anno a dominica incarnatione Millesimo quingentesimo vigesimo sexto.

## DE CONSENSU FACULTATIS THEOLOGICÆ PARISIENSIS, SUPER HIS LIBRIS EMITTENDIS, TESTIMONIUM.

**C**um multi dicerentur errores inueniri in commentariis, quos magister Iacobus Faber in epistolas Pauli, & in euangelia edidit: multi etiam in paraphrasibus, quas in nouum testamentum euulgauit Erasmus Rotodamus: scripsissetque in consutatione illorum magister Natalis Beda, Parisiensis, studii theologus nonnulla, quæ pro more iam obseruato sue presentasset Facultati, ut per illius deputatos visitaretur: ipsis perlectis post factam in Facultate eadem per deputatos ad id relationem super his quæ in huiusmodi Bedæ scriptis cõperissent: cõsensit & permisit Facultas ipsos libros imprimi & venditioni exponi, tanquam qui utiliter & pie possent legi, utpote quæ plerumque cõplecterentur ad declarationem defensionemque veritatis, & reuincenda peruersa dogmata, non parum conducentia. Et pro libris quidem Fabri hoc determinauit ipsa Facultas. XV. die Februarii, Anno. M.D. XXV. in æde sancti Marthurini. Pro libris autem Erasmi. XVI. Maii. Anno. M.D. XXVI. in collegio Sorbonæ: quæadmodum ex eiusdem Facultatis decretis authentice signatis, quæ apud Impressorem asseruantur, constat.

## Annotationum & Censurarum Tabella alphabetica.

**C** Sequitur Tabella literarum serie collecta ad indicanda ea quæ in sequenti opere confutabuntur, aut contra ea asserentur.

**A** Ctus virtutum moralium si in deum per fidem referunt, dona sunt dei. xcv. M. Adiuratus etiam iurat. cxxvii. E.

Adulterium posse efficere ut adulter non maneat maritus, & adultera vxor: impropie asseritur. Folio. cxxii. S. T.

Æquiuocatio vocabulorum Fabrum sæpe decipit, & errare facit. cviii. R.

Agere & agi apostolos non recte discernit Iacobus Faber. clxviii. R.

Agnus paschalem comesturos non oportuit septem dies a fermento, aut fermentatis abstinuisse. cxxx. B.

Allegorie veterum theologorum male videntur ab Erasmo. clxxxiii. B.

Amare deum supra vires non obligatur nec tenetur homo. cxxxii. in fine.

Angeli sunt adorandi adoratione dulcia, & ipsis congrua. cvii. M. N.

Angelos plorare fragilitatem nostram male censent Faber & Origenes. cx. D.

Angelos licet sint administratorii spiritus, non tamen constat esse locutos in persona superiorum angelorum. cl. N. Et licet inferiores a superioribus illustrentur, non tamen ab eis, sed a deo mirantur. cli. O. P.

Angelorum gaudium super conuersione peccatorum maius esse quam super salute iustorum non recte sentit Faber. Nec qui sint iusti secundum mentem domini. clvii. F. G. H.

Angelos esse creatos solum ut hominum necessitatibus inseruiant erroneum est. cxxviii. P.

Apostoli non ut cithara inanime instrumentum, sed cooperatores erant dei ad predicandum euangelium & salutem. cxxxi. T. Fueruntque solliciti de salute humana. ibidem. V.

Neque cogitare quid responderent prohibent omnino, sed considerare si ipse meditari interrogaret id sibi a domino datum iri. ibi. X.

Appli an magistratu omni caruerint. ccxi. N.

Arbitrium liberum negat Faber. cxliiii. T. & clxviii. S.

Arborem mediam, quæ neque bona neque mala sit, male ponit Faber, neque quæ sit arbor bona aut mala recte definit. fol. cxxii. ante O. & Q.

Arriana hæresis per demonis astutiam olim recepta est, & nunc Lutherana per consules fautores. cxliiii. H.

Augustini sententia de anime reatu contrahendo, & eius origine. xxv. B.

Aulicos nimis fugillat Erasmus. ccviii. P.

Baptismate Christi renati non solum censendi sunt esse filii dei. xlix. F.

Baptisma premissum non est omnino necessarium ut spiritum dei quis habeat. xciiii. D.

Baptismatum Iohannis & Christi differentiam non recte assignat Faber. cxxiii. P.

Baptismate suo non baptizatus fuerit Christus ab Iohanne. cxxiii. in propõne. xvii.

Baptisma iterari posse, aut baptizatum a fide qua suscipiunt per eo dederint, resiliere permitti, impium est asserere. clxxxvi. L.

Benedictio qua dominus benedixit Noe & filiis eius, non effecit quod minus filii ire & in peccato nascerentur ex illis. xxxvi. H. I.

Beniamin tribu falso dicit Erasmus precipuum. cxxxv. T.

Bersabee non est censenda tam immunis ab adulterio ut Faber censet. cxvii. V.

Bigamus quis censendus, & cur ab episcopatui & sacerdotio repellendus. cv. p. to.

Bonitas dei etiam debere vult. xviii. Y.

Bonum omnia deo esse manifestum quod est, sed non ut Faber id sibi vindicet. ii. F. G.

Cæcus ille a natiuitate apud Iohannem non est casu ita natus. ccvi. k. L. M.

Caput ecclesie licet in ea quidam in delictis viuunt, Christus est. xcvi. T.

Carnem sic sequi spiritum ut Faber censet, non est credendum: neque quod caro talis assimiletur carni Christi: neque quod passiones carni nostre solum infunt ad imitationem Christi. xxxiiii. T. V. X.

Carnis lex & opera quæ sint, vide fol. xxxviii. Q. R. Male autem dicitur quod lex peccati quæ est in membris, haudquaquam est quod mandat & petit infirmitas & c. fo. xxxviii. S.

Carnem nostram carni Christi uniri in sumptione Eucharisticæ, non recte scripsit Faber, nec quæ id sequuntur. xl. I. k.

Casu quopiam accidisse cecitate cæco nato de quo Iohannes in euangelio, improbe asseritur ab Erasmo. ccvi. k. L. M.

Charitatem male preterit Faber in iustificando homine. xviii. X.

Christum solum non sic decet honor & gloria ut sanctorum nulla sit honoratio. iiii. R.

Christus non catholice asserit supra omnes sperans. xxii. O. & sequenti.

Christus an fuerit sine lege. xxviii. R.



Christum natum in originali iustitia non recte asserit Faber. xlvii. V.  
 Christum secunda natiuitate secundum Fabrum, que est spiritus regeneratio, non recte dicit renatus in Iordane. 48. Z. Neque secundum illam Christum est primogenitus inter multos fratres, ut Faber preedit. ibidem. C. & sequitur. Neque per eam dicitur frater Marię & apostolorum. 49. E.  
 Christus secundus quod homo non est putandus ubique diffusus. lxxxix. ante. R. Vide de inconuenientia que ex Fabri contra-ria assertione sequitur. ibidem. S.  
 Christus solus non fuit morti obnoxius. xc. Y. Z.  
 Christi mortem prius procurauit, quam im- pedire conatus est diabolus. cxliiii. Q.  
 Christi poenae non pro quorundam peccatorum debitis poenis acceptat deus ita ut illi nullas dent: nec pro quorundam potius acceptaret quam pro omnium. clx. P.  
 Christus qualis & quanta sit lux. clxxii. M.  
 Christum semper plus posse in se, quam in apo- stolis possit: non est catholicum. clxxv. X.  
 Christi, id est, diuinam doctrinam nullo modo infirmare, non recte asseritur. clxxvi. P.  
 Christi ascensus ad patrem, licet id Faber as- serat, non est sine modo. clxxvi. Z.  
 Christi uerba an ceciderint. clxxviii. E.  
 Christum passum esse omnia a deo, nulla ab hominibus: ite perfoluisse omne de- bitum nostrum sic ut sine opibus bonis salui simus, temerarie asserit Faber. clxxix. F.  
 Christus non est Hierosolymę circueisus licet purificatus. clxxxvii. post. M.  
 Christus non solus nulla peccati labe con- tactus fuit: sed etiam Maria. ibidem. N. & cxcii. ante. F.  
 Christus non ut homo putus alicuius uisus eguit hortatu: nec per baptismum factus est spiritualis aut spualior. clxxxvii. O.  
 Christus non Danielem rettulit ieiunando sed Moysen & Heliam. clxxxviii. P.  
 Christum cęsui Petrus filium dei non solum singulari amore dei in Christum: sed etiam natura & aeterna generatione. cxci. A.  
 Christum non ausum fuisse plures quam tres assumere in horum ad agonem suum impie dicitur. cxcii. F.  
 Christus non solus fed & sacerdotes tol- lerant animorum morbos, & exigunt poenitentiam cum fiducia. cxcvii. A. Quomodo docuerit orandum & ieiunandum. ibi. B.  
 Christus an quę non intelligenda sciret

antequam eueniret, dixerit. ccii. P.  
 Christum noluisse Pilato respondere unde posset ad causam defensionem instrui, & subindicasse Pilato non fuisse liberum ab soluere ipsum: impium est. ccviii. Q.  
 Cibi coes & immundi Iudaeis vetiti sunt, non ut ipsi essent puriores & saniores, set ne contra prescriptum domini facerent. Et licet cognouissent causam prohibitionis, nihilominus obtemperassent. lxxv. A.  
 Ciborum discrimina detestatur cum Lutheranis Erasmus. ccxix. L. & ccxx. A. C.  
 Clauis non solus Petrus a domino accepit sed etiam reliqui apostoli. cxxxvi. in fine.  
 Claustralium disciplinam & corporum castiga- tiones impie damnat Faber. ci. O.  
 Cleophas & Alpheus non idem uir. cxxxi. S.  
 Cleophas non filius sed ex filia nepotes fue- runt Iacobus, Ioseph, Simon, & Iudas Thaddęus. cxxxvi. O.  
 Clichthoueus theologus insignis probe sub Lutheranorum nomine etiam Fabri damnat errata. ci. iii. A.  
 Cenam dominam qua agnus paschalem cum suis comedit, & corpus suum instituit, feria quinta fecit non sexta. cxlviii. E.  
 Cogi & compelli coeminationibus ad bene faciendum Christianorum neminem, non recte definit Erasmus. cxviii. N.  
 Cognitus est deo numerus tam damnan- dorum quam saluandorum. liiii. & sequitur.  
 Cognitione spiritali scripturę non caruit haecenus ecclesia. lxxxiii. O. Nec ea ab linguarum cognitione, sed a spiritu sancto datur. ibi. P. Nec omnis cognitio a deo data humiliat, quia scientia inflat nisi adsit humilitas. lxxxiii. S.  
 Cognoscit nos deus etiam antequam in nobis ortum sit lumen. c. L.  
 Communes & immundi cibi: uideatur cibi. Confidendum num in solo deo. xv. k. L.  
 Confidere in fide & operibus & c. xvi. P.  
 Consilium temerarium dicitur Faber de quo beatorum numerus citius compleatur quam qua uia deus constituit. lviii. Q.  
 Contendere in iudicio an liceat Christia- nis. lxxvii. per totum. Vide etiam Litigo & litem ago.  
 Continetiam perpetua a paucis posse seruari, impium & scandalosum est dicere: nec mi- nus irreligiosum ab ea dehortari. cxci. B.  
 Conuerti ad deum, & per hoc (ut Faber

vult saluari, utrum sit in potestate pec- catoris. l. M.  
 Corpus peccati non recte interpretatur Faber esse Adam & filios eius. xxvi. F.  
 Corpus Christi quomodo ubique esse & ce- lum implere dicit Faber: & probatur cor- pus hominum aliorum in pluribus locis si- mul esse posse. lxxxviii. per totum.  
 Corporis castigatio est deo placens & non sine merito dum rite fit. cii. per totum.  
 Corpus domini non dixit Paulus, sed Erasmo frangi. ccxxi. E. F.  
 Corporis organo non omnia fiunt huma- na opera. ccxxii. I.  
 Correctionem ad fraternali obligatur etiam qui spiritualis non est. cxxxviii. T.  
 Credulitate sola esse uiam ad immortalitatem non recte dicitur. ccvi. I.  
 Cultum solius dei esse purum sic docuit Faber, ut sanctorum cultus multis iam sit abiectus. cxii. C.  
 Cultui diuino adhibendi sunt hymni san- ctorum & similes scripturę ut sunt pro- se quas sequentias uocant, licet non sint in biblia. fo. cxlvii. O.  
**D**emonum & hominum damnati pos- sunt uelle quę de se honesta sunt, & de genere bonorum: non tamen est il- lis purgatorii locus: quia non uolunt ea iuste. clviii. L.  
 Debere etiam bonitas dei potest. xviii. Y.  
 Debet, tenetur, seu obligatur quis alteri bifariam. xix. B.  
 Debitor est deus coronę promissę. xix. C.  
 Debitum & gratia idem esse, & causam & effectum respectu diuersorum, nihil re- pugnat. lvii. L. M.  
 Delicta parentum puniuntur temporaliter in filiis licet neget Erasmus. ccvi. k.  
 Denarium licet omnes beati accipiant, non tamen mercedem aequalē. cxxxviii. X.  
 Desperationi quo propior est peccator res- sipiscens, hoc salutis uicinior esse non recte dicitur. ccx. D.  
 Deo nolente fieri multa. clxxx. M.  
 Deum non iudicare ex operibus, sed ex fide & pietate & c. & ita poenitentię opera nihil facere: improbat. cci. M.  
 Die nouissimum qui dicit Christo ut filio dei ignotum, errat. clxxxiii. D.  
 Diem iudicii non ignorare Christum & c. folio. cxcii. E.

Dies festos, ieiunia, delecti ciborum, non patientes aboleri, Zachariam non Ioan- nem poscere, ex sententia Lutheranoę censet Erasmus. ccv. N.  
 Dilectionis ueteris & nouę secundum Fa- brum distinctio, conuincit ipsum in do- ctrinis suis sibi non constare, & catho- licę doctrinę repugnare. clxix. Z.  
 Dilectio uetus concordat cum noua. ibi. B.  
 Neutra autem precipitur a deo de dilectio- ne naturali, que etiam in brutis est. clxx. C.  
 Diligere inuicem, & diligere proximum sicut Christus dilexit, idem prehendunt. clxx. F.  
 Diues ille epulo non dicitur forte sed cer- te cruciandus in perpetuum. clviii. k. L.  
 Nec dubitari debet sepultus in infernos nec si ab Abraham uocatur filius, ideo saluandus putabitur. clx. Q. R. ubi plu- ra de eodem.  
 Diuites nunquam fuerunt a fide Christi susci- pienda reiecti. lxxxii. M.  
 Diuortium quatenus liceat. ccxix. Y.  
 Dixit dominus domino meo. & c. Dauid in spiritu quidem dixit, sed non ut instru- mentum tantum actum ut cithara. cxlii. in pre- cipi.  
 Dominum qui uocant deum, non fatentur ideo se seruos saltem peccati. xli. N.  
 Donis spiritus sancti quomodo utatur ho- mo, & non utatur homine dona: obsecra- re inculcat Faber. lxxiii. X.  
 Dona spiritus sancti ut prophetię etiam non cre- ditibus in Christum data sunt. lxxxvii. I.  
 Dormiemus omnes & c. xcii. P.  
 Duodecim pro undecim male scripsit Erasmus. ccxi. G. H.  
**E**cclēsia damnat asserentes deum crea- sse mala & id negantes quosdam, quod neutri id recte faciant. viii. I.  
 Ecclesiam temerarie inculcat Faber igno- rantię, dicitur cognitionis spiritalis ex- pertem. lxxxiii. O.  
 Ecclesia in celo triumphans & in terris adhuc militans male confunditur a Fa- bro. xcvi. A. & xcix. E.  
 Ecclesia fidelium hominum aliquam fuit in terris quorū nullus erat in celis. xcix. N.  
 Ecclesię statum penitus esse mutandum, aut religiones a patribus introductas reu- ciendas, impie asserit Faber addens sibi eam in Christo esse fiduciam. cxlvii. C.  
 Ecclesię & synagogę discrimen in recte- pendis surdis & mutis. cxci. L.

Annotationū & Censurarum

Eleazari legisperiti factū cōvincit Fabri sententiam esse erroneam. lxxvi. E.  
 Electione & pactione saluandos nouo more discernit Faber. cxxxix. B.  
 Elegantiam eloquiū nō esse in sanctis literis requirendam; nec tamē deesse beato Paulo nec ceteris. cxv. F. & seq.  
 Enoch vnde sit meritum, & num in celo iam regnet. ccxxix. Z.  
 Episcopum esse vnus vxoris maritū, nō recte interpretatur Erasmus. ccxxvii. I.  
 Epistolam quam ecclesia censet Pauli ad Hebræos non est dubitandum illius esse quibus dubitet Erasmus. cxciij. H.  
 Epistolam Petri secundā & Pauli ad Hebræos Erasmus male in dubiū reuocat vtrum illorum sint. ccxxviii. L. & c.  
 Epistolas Ioānis & Iacobi negat illorum esse Erasmus. ibidem. Q. R.  
 Epistolarum Pauli rātionem, vide in vocabulo Translationem.  
 Erasmicarum p̄positionū in Paraphrasibus eius censurę. clxxxiii. in fine.  
 Erasmū q̄ Lutheranos errores in multis sonet p̄sertim in cōtēnēdis religioforū institutis, qui solēni voto professus fuerat, & qui colloquia scandalosa edidit; pie admonet Beda ad respiscētiā & ad intermissam diuī Augustini canonicorum regulam resumendam. ccxi. G.  
 Erasmus sibi contradicit. ccxxiii. O.  
 Erasmī in theologia speritā. ccxxvi. B.  
 Erasmus ad Manichæos vt sepe alibi accedit, cēfens legē a Mose datā ī suille carnis phibitōe nō esse a deo. ccxxviii. B.  
 Erasmus sibi licere censet Augustini & Hieronymi scriptis passim non assentiri. fo. ccxxix. S.  
 Errores VViteles. lxxii. N.  
 Euāgelium solum nosse & vni deo cultū impendere decere, Faber docēs multos in errore traxit, & sibiipsi cōtradixit. fo. cxlii. D. E.  
 Euāgelio nō omnes aduerfantur artes liberales. cliii. V.  
 Euāgelica doctrina tota est recipienda, sed non sola. cliiii. Y.  
 Euāgelii quedam loca inexplicabilia male sentit Erasmus. clxxxiii. C.  
 Euāgelio minorem honorem deserunt Lutherani q̄ quos arguit. cciii. S.  
 Euāgelium nouo more vocat Erasmus

testamentum vetus. ccix. T.  
 Euchodię & Synthici assis, vertit Erasmus, pro, Euchodiam rogo & Synthicen deprecor. ccxxv. X.  
 Exhortationū liber pro vsu Meldensī dī crepat a veritate fidei. cxix. C.  
**F**abrū Beda interrogat quos censet diuino motu impulsos. fo. i. C. D.  
 Faber incauta pietate humanis operibus derogat, & scripturam ad sensum suū detorquet. vii. D. E.  
 Fabrū quō decepit diabolus. xv. N.  
 Faber secum dissentit. i. P.  
 Faber vota sancta paruifacit. lxxix. R.  
 Faber inepte grecā literā sectat. lxxxiii. O.  
 Fabri sententię sese interimunt. lxxvii. p̄positione. lxxx. & alibi sepe.  
 Fabrum fallit æquiuocatio. cviii. R.  
 Fabri arrogantiā qua se pollicetur dicturum ab vsitatis & receptis euariantia. fo. cviii. S.  
 Fabri & aliorum inanīs gloriatio de linguę grecę peritiā. cxvii. F.  
 Fabri in euāgelia commentariū non excutiūt tenebras a mētibus hominū, sed plurimas inuiciunt, nec ea ratione commendandi sunt q̄ maiorū non sectantur vestigia: maleq̄ dicit diligētiā humanam nihil facere ad euāgelii intelligētiā, & alia temeraria. cxliii. J.  
 Fabri error & secū discrepātia. cxxx. R.  
 Faber ideo in multa incidit errata, q̄ sacre scripturę intelligētiā ex sanctis & ab ecclesia receptis expositoribus accipere neglexit. cxlvii. Q.  
 Fabri asserta heretica multa. cxlii. X.  
 Faber solum euāgelii & scripturas canonicas recipiens, sua scripta & sanctorū doctorum reprobat. cxvi. N.  
 Fabri doctrina secum pugnat & catholicę in multis repugnat. cxix. Z.  
 Faber asserit deū p̄cepisse actus qui nō nisi peccata esse possunt. ibidem. A.  
 Fabri hallucinatio miseranda. clxx. E.  
 Fabulā de re euāgelica absurde dicit Erasmus. ccxii. X.  
 Facere arborē bonā p̄ceptū est, facere malā p̄missum ob liberū arbitriū. lvii. N.  
 Facere qd̄ in se est, nō scdm̄ hominē solū est: q̄a hō nihil solus facit. clxxiii. i. p̄ci.  
 Factionē impie vocat Erasmus Christianorum cōmunionē seu ecclesiā. 227. H.

Tabella alphabetica.

Factores legis quō reuera iustificēt. 9. L.  
 Fermento vesci certis diebus phibitū est sub poena capitis: qd̄ dñs nō fecisset, si sine peccato illo vesci licuisset. lxxvii. K.  
 Fides an sit totius bonitatis virtutū moralū principium. xliii. F. & an viuificet & iustificet & nō potius charitas. l. H.  
 Fidē sine charitate nō sufficere monstrat Paulus Apostolus: & diuus Iacobus sine operibus mortuam esse. xv. L. M.  
 Fides & charitas duplex est: vna viua, & altera mortua. xvii. V.  
 Fides nō recte desinitur esse fortitudo & sanitas mentis. lxxiii. Z.  
 Fidei & non fidei discrimen non recte excogitauit Faber. cxxxvii. post P. Nec bene dixit: fides ligat & c. ibidem. R.  
 Fidē infusam imaginē esse veritatis: ambigue & nō theologice dictū. cxli. X.  
 Fides de qua dñs: Fides tua te saluauit, vel saluam fecit: qualis sit. cxli. S.  
 Fidem posse haberi ex auditu, infundēte eam hominē sine gratia dei, non recte asserit Faber. clxxii. in fine.  
 Fidei aut per fidē gratis, nō propter opera legis donari felicitatē, Lutheranam sapit heresim. cxliii. ante K.  
 Fides dicitur non recte esse obediētia, cum aliter sit definienda. cxvii. Z.  
 Fidē sufficere ad salutē cū Luthero inuit Erasmus contra veritatem. cciiii. A. & ccv. C. E. & alibi sepe: vt. ccxii. O. Q. R.  
 Fidelis cum infidelibus habitatio quatenus licita sit: & vtrum prosit nō baptizatis infantibus fides parētū. lxxx. p̄to.  
 Fidelis vt infidelem nō relinquat, nō p̄cipit, sed consuluit Apostolus. lxxxii. N.  
 Fiducia Fabri de ecclesię statu. cxvii. C.  
 Fractio panis. i. modus frangendi, indicauit Christum discipulis. cxv. G. H.  
 Frigere quicquid humanū est & c. ccx. B.  
 Fructum etiā sibi nō domino tm̄ Paulus ex Romanis cupiuit. v. Y. Z.  
 Futura omnia de necessitate euenire perperam innuit Faber. li. O.  
**G**alilei & Galilæa cur dicantur qui Christum sequebantur. cxliii. D.  
 Gemit homo, & eius est gemitus. xlv. K.  
 Genealogia & generatio Christi secundū carnem non est neganda. cviii. T.  
 Generationem Christi naturalem nō solū legalem describit Mattheus. cix. A.

Gerfon de facti lucis angeli illusionibus decernit. fo. lxxv. A. B. C. & c.  
 Gloria nunqd̄ gratis a deo det. cxix. M.  
 Et q̄ propter eā adipiscendam operari debeamus, licet Faber neget. ibidem.  
 Gloria in altissimis deo nō rectius legit a grecizantibus q̄ ab ecclesia. cliv. S.  
 Gradus summus sanctitatis, beatitudinis, pietatis, & c. non est negādus esse in homine dūmodo de humana intelligatur sanctitate, beatitudine, & c. clxxvii. A.  
 Gratia quomodo sit vita æterna. xi. Y.  
 Gratiam quomodo dicat Faber iustificationem esse, non plene didicit. xix. C.  
 Gratis dari salutem, i. sine operibus bonis non catholice asseritur. lvi. K.  
 Grecam literam temerarie p̄fert Faber ab ecclesia receptę. lxxiii. O.  
**H**abitatio fidelis cū infideli cōiuge nō est de p̄cepto. so. p̄ totū. & c. N.  
 Heresim & alia in deum vt deus est criminata, non sunt sic irremissibilia vt peccata dæmoniorum. cxxxiii. E.  
 Heresiarchas & pseudo apostolos vult dominus extingui. cxc. X.  
 Hebræorum aut Iudæorū neminē Christi recens nati fidem requisuisse perperam asseritur. cxvii. X.  
 Heliam Faber pro Heliseo ponit. cxli. I.  
 Hieronymus quę iuuenis scripsit emēdauit, translationē cōmunē securus. iiii. M.  
 Hieronymus falso inculpatur Iudæo nimis credulus falsa asseruisse in consuetudo argumento lib. Sapientię. lxi. G.  
 Homo purus sine Christi matre nullus ab omni peccato immunis. xxviii. P.  
 Horas canonicas & sacrę cottidianę male vilipendit Erasmus. ccii. Q.  
**I**acobum apostolū non id sensisse quod Erasmus illi imponit. ccxliii. C.  
 Iacturam animę non fecit Christus ad redimendas multas. cxcii. E.  
 Idiotas non esse ad euāgelii lectionem aut alterius doctrinę subtilis exhortādos. fo. ccviii. S.  
 Ieiuniū Faber p̄cipit nequis magni esse meriti existimet. lxxix. X.  
 Ieiuniū vtrum nullum exegerit dominus a suis discipulis. cxcviii. ante D.  
 Iesum patri non debuisse obediētiā, sed dūtaxat deo patri, temerarie asseritur. fo. cxcvi. T. V.

Iesum nihil premii postulare, sed tm̄ ambrosiosum fuisse in vñctione facta per Magdalenen: absurde dicitur. ccxiii. Y.  
 Imitatio Christi non est causa mortis nostrę. xxiii. T. & xxvii. L.  
 Inimicos odio sectari nū licuerit priscis Iudęis. ccxviii. I. & vtrū scripturę veteres imprecabatur mala inimicis. ibidē.  
 Insyncera fides & insyncera conscientia quorum reuera sint. ccxxvii. G.  
 Interpellare pro nobis gemitibus quomodo cōueniat spiritui sancto. xvi. Q. R.  
 Ioannē euangelistam mortuū esse. xxiii. X. licet negetur. clxxxiii. Y.  
 An ab vxore reuocatus sit. clxvi. L.  
 Ioannis Baptistę sermones quid veteris & quid nouę legis pręnderent, male definit Erasmus. ccix. X.  
 Iob seruauit dilectionē in euangelio pręceptam. clxxi. G. H. & ad Sathanam mala inferentem attendebat: eratq; agens non vt instrumentum. clxxxix. I.  
 Ionadab filii patris pręcepto parētes laudantur a domino. cxx. ante E.  
 Iudas Thaddęus apostolus, nō est Iacobi filius, sed frater. clxxxix. V.  
 Iudei sepe serui fuerunt. clxvii. P.  
 Iudeorū religio non probe dicitur crassa superstitiosa, & a maiorib; illis tradita: cū sit a deo instituta. ccxxiii. L. M. N.  
 Iudicia secularia inconsulte damnantur. clvi. C. Nec placet qd dicit iudicii metū ex mala conscientia nasci. ccxxix. X.  
 Iuramentum nō omne esse illicitū: nā & Christus & Apostolus Paulus aliquādo iurauerūt. cxxv. Y. Z. ccxxvi. D.  
 Iustificari ex fide quid sit. viii. H.  
 Iustificatio hoīm multīs attribuit. ix. M.  
 Iustificatio quomodo ex fide, operibus & deo fit. xiii. D. & qd ei? variū modi. xvii. T. Q. fiat ex operibus. c. L.  
 Iustitiā triplicē ponit Faber incaute. ix. N. & qd ex deo fit vt opera bona. O.  
 Iustitia dei an sit Christus. x. T. & quomodo differat iustitia hominis & iustitia quę ex deo est. x. V.  
 Iustitię nō est vna ratio, nec vnus modus vt sentit Faber nō distinguens. x. S.  
 Iustitia seu virtus dei in homine esse nō potest nisi duplex, q̄ ponit fo. xi. X.  
 Iustitię originali nō cōperit foaliter aīam deo gratā facere, sed charitati soli. 4. 8. Y

Iustitiā duplicē esse: vnā hominis aut operis quę dei nō sit: alterā in homine esse quę sic sit dei vt nullatenus sit hominis: merum est Fabri somnū. clxii. V.  
 Iusti non ideo moriuntur vt Christi sine imitatores. xxiii. Z.  
 Iusti faciūt bona opera non tm̄ ad Christi imitationem, sed etiam ex obligatione quia tenentur ea facere. xxviii. O.  
 Iusti christiani non oīno sani sunt. 28. Q.  
 Iustum in omni opere etiā bono peccare Lutherana censet hęresis. lviii. P.  
**L** Audari possunt homines boni & opera bona. xcv. Q. R.  
 Laurentii Vallę & æqualiū latini sermonis non rheologię peritorū scripta in rheologia euauerunt: qđ futurum similibus verisimile est. ccxxiii. Q. R. S.  
 Lex quō iusto non sit posita. xxviii. O.  
 Lex Moysi male dicitur fuisse lex qua synagoga astringebatur Moysi vt viro suo. fo. xxx. A. B.  
 Legi carnis non oēs vixerunt ante Christi aduentum. xxxi. D. Quin etiam ipsa lex spiritalis est. ibidem. F.  
 Legem dei non solum naturalem, sed & positiuā infringēs punitur iuste. lxxv. D.  
 Legem non esse vinū verę vitis. i. non esse ius diuinū sed humanū: impie innuitur in verbis Fabri. clxxiii. S.  
 Legis veteris obseruatio quātuis anxia neminē per se vitis & cupiditatibus inuoluebat. clxxxvii. M.  
 Legem iubere vt odio habeas inimicum est impiū dicere. clxxxix. ante T.  
 Nihil vetare qđ occidere, erronee scribit Erasmus. ibidem. T.  
 Legem seruare nō dixit dominus iuueni, non satis esse ad salutem obtinendam, sed ad perfectionem. cxci. D.  
 Legem veterem non puniuisse nisi crimina publica, falsum est. ccvi. G.  
 Legem veterem male vocat Erasmus carnalem, & qd victimis & terroribus fecerit hypocritas. fo. ccix. Y. & Z.  
 Legem potius irritasse qđ coercuisse cupiditates impie dicit Erasmus. ccxvi. M.  
 Legem euangelicā liberare Christianos a lege peccati an concedendū. ccxviii. O.  
 Lex vetus impie dicitur verbosa. ccxxiii. P.  
 Libertatem euāgelicam ad Lutheranam hęresim trahit Erasmus. ccx. C.

Linī sancti non videtur liber de passione Petri & Pauli. cxi. H.  
 Lites agere seu litigare, & ad iudicē superiorē prouocare nō semp̄ illicitum esse docet Paulus factō suo. lxxvii. M. N.  
 Licere autē interdū docetur. cxvii. F.  
 Lucas euangelista Marię proximos parētes nō nominat, nō intēdēs eius describere genealogiam, sed Christi. cx. C.  
 Lutherana hęresis in multis author & assertor est Faber. ciii. A.  
 Lux qualis & quāta Christus. clxxii. M.  
**M** Accabai seprē cū matre martyres reprobat Fabri sententiā, carnes immūdas citra peccatū edi potuisse asserētis. folio. lxxvi. F.  
 Magdalenam vnicam esse. cxliii. O. & sororē Lazari, de qua Marci. xvi. clxix. I. de qua iterū vide. clviii. propo. xvii.  
 Mali possunt vera dicere, etiam ad adificationem aliorum. folio. i. A.  
 Mala quō deus faciat & nō faciat. viii. I.  
 Mala opa an faciat summe miseros. xi. Z.  
 Mādarū salutis dat nō solus deus. cxx. S.  
 Manichęis accedit Erasmus. ccxxix. Y.  
 Mansiones in celo multę. ccxxix. Y.  
 Mansuetudinē Christi animasse Iudā ad maleficiū, absurdū est. ccxxiii. Z.  
 Marcum euangelistam cum alio Marco confundit Faber. cxliiii. R.  
 Maria m̄ dñi vere fuit i passioe filii. 163  
 E. Etq; ad mētē ecclesię vita nsa. clxxi. I.  
 Mariam Erasmus ab originali peccato nō eximit. cxci. L. & cxcv. N. Eam neminē salutasse cū abiit ad Heltzabeth temerarie dicitur. cxci. M.  
 Mariam an non vbiq; Christus matrem agnorit: sed tm̄ mulierem, vbi eam mulierem vocauit. cciii. X.  
 Martyrium etiam in antiqua lege iustificabat ipsū rite obeuntes. xx. F.  
 Merita iustorū nō sunt tenebre censenda. lviii. O. Nec dicentur nulla esse, vt vult Faber. lxxxv. V. & clxi. T.  
 Meritis suis fiduriam adhibere licet, dū modo non temerarie. clxviii. T.  
 Meriti Marię fuisse qđ illi a domino offerbatur per angelum, non negauit angelus, sed Erasmus. cxci. K.  
 Merita negātes. ccxxvi. A. & ccxxix. T. Z.  
 Mercedem male definit Faber esse gratię non debitā. lxxvi. G. H.

Mentiū superno fauore destitutarum futurę non semper sunt tribuli &c. i. A.  
 Mens Christi nō est spūsanctus. lxxvii. P.  
 Mens nostra nō est deo vt instrumentum inanime sese non mouens. ci. M. N.  
 Miraculorum operatio non probat alicuius sanctitatem. cxlix. L. Ea solus deus facit vt primus agens. cl. M.  
 Misericordia dñi puenit & seq̄. clvii. E.  
 Moyses nō erat vir synagoge. xxix. X. nec certo scit an sit resuscitatus cū Christo. 31. I. Neq; fuit sponus synagoge, nec aīa eius. 32. L. Neq; resuscitationē eius si cōstaret, vocaret Paulus mortē: neq; synagoga ob eā macore cōficeretur. ibi. N. O. nec ei & carni omnes sub lege fructificabant. xxxiii. P.  
 Monarchiam sine lege diuina pręscribit in politia seculari Faber. lxxiii. P.  
 Mors corporis est pœna peccato Adę debita. xxiii. T. & oīb; obedi. xxiii. X. Z.  
 Morti sunt oēs obnoxii pręter Christū, xc. Y. Z. & quid mori in dño. ibidem. Z.  
 Morti sunt oēs obnoxii pter Christū, qui tm̄ pro omnibus mortuus est. xc. Y. Z.  
 Mori in dño aut Christo qđ fit. ibidē. Z.  
 Mori magis hominē in quo deficit fides, q̄ in quo deficit charitas, non recte asserit Faber. clxxv. T.  
 Mortē suā Christus lugubrem esse & deplorandā censet, licet salutarem. cc. I.  
 Mori omnibus statutum esse, male negat Erasmus. ccxxii. K.  
 Mortem &c. neminē æquo animo tulisse nisi qui fidem in charitate radicātā cōiunxerit, improbat. ccxxviii. P.  
 Mulierum digressum a sepulcro domini non vere narrat Faber. cxci. P.  
 Multo spiritalis doctrinę & diuini amoris poti sunt multi ante aduentū Christi, licet neget Erasmus. ccv. B.  
**N** Aaman nō ter solum, sed sepius in Iordane mergi iussus. cxvii. X.  
 Natiuitas multiplex Christi, & an secundum temporalem cēsendus sit natus in iustitia originali. xl vii. T. V.  
 Nuptiis cū interesset Christus an soluendū curarit matrimoniu. clxvi. L.  
 Natura diuina non est creaturę etiam beatę natura. clxxviii. C.  
 Nesciat quomodo deus numerū damnatorum. lliii. C. & sequenti.

Nolente deo facta esse multa. clxxx. M.  
**O**bedientiā etiam matri debuit do-  
 minus noster. cxvii. T. V. & ccciii.  
 X. & q̄ illi semper mater fuit. ibidem.  
 Oculi discipulorū viderūt nō solū nō re-  
 luctādo, sed etiā cōcurrēdo. cxxxvi. N.  
 Odium vitiorū licitum est, hominū quīs  
 vitiosorum nequaq̄. cxxix. ante M.  
 Omnes quidem dormiemus, non vt re-  
 cepit ecclesia legit Faber. xii. P.  
 Oportet episcopum vnus vxoris esse vi-  
 rum, quomodo intelligendum. ciii. C.  
 Opus nostrū quō sit meritoriu. ix. O. &  
 qd̄ censendū sit meritoriu. x. in princi.  
 Opa mala an faciāt summe miseros. xi. Z.  
 Opa improbe vilispēdit Luther. xvi. O.  
 Opera quātūvis bona neminē ab infirmi-  
 tate carnis liberare, nihilq̄ mereri: Lu-  
 ciferianā sapit heresim. xl. H.  
 Operibus humanis nihil deberi iterum  
 male asserit Faber. cxlv. T.  
 Opera legis nūquid Christus alicubi do-  
 cuerit exactius seruanda q̄ lex ipsa do-  
 cuit. lii. R. T. & c.  
 Opa iusti quomodo dei sint dona. liii. V.  
 Operibus iustis premiū deberi cōtra sen-  
 tentiam Fabri probatur. lxxxv. V.  
 Opus hoīs nullū esse ita bonū vt mereat  
 premiū aeternę vitę: temerarie asseritur  
 cxcii. ante D. & folio eodem. D.  
 Opus aut locum aut vitę genus non bea-  
 tificare hominē, sed solū affectum: erro-  
 nee scripsit Faber. cxcii. post E.  
 Operibus seu factis vtrum sit fidendum,  
 & quatenus & c. cxxi. M.  
 Oratiōnū suffragia non catholice vilispē-  
 dit ac damnat Faber. lxx. Z.  
 Orandum nunquid paucis & in occulto  
 docuerit dominus noster. cxvii. B.  
 Orante viro sancto & intelligēte qd̄ orat  
 non parua est postulatio. xlii. A.  
 Origenes in multis cecutiuit & sequa-  
 ces in errorem traxit. xxxviii. X. Y.  
 Etq̄ non bene sequitur Faber. xliii. D.  
 & iterum folio. cx. D. & alibi sepe.  
 Originale peccatum est culpa. xxiiii. V.  
 Originale peccato subiecti, & filii irę na-  
 scuntur omnes ex mare & muliere ge-  
 niti: licet Faber aliter sentiat. xxxv. A.  
 Originale peccatum qui non aliud cen-  
 sent q̄ imitationem Adę, vt Faber & se-  
 quaces eius: errant. ccxvi. L.

**P**assio Christi quomodo sit a deo pa-  
 tre & ab aliis. folio. clxxx. G. H.  
 Pater tu⁹ & ego dolētes & c. verbis teme-  
 rarie additis nec satis piis dilatat Eras-  
 mus. cxvii. S.  
 Patris solius testimoniū, cū solus esse &  
 pater esse nō possit, dicit Erasmus irre-  
 futabile, & q̄ duo sint absolute: licet in  
 masculino se loqui prudētibus satis in-  
 dicit: imperitis tū male sentiendū occa-  
 sionē dare possit. ccvii. H. Licet aut vnū  
 sunt: est tū inter eos discriminē. ccvii. N.  
 Paulus interdum iurauit. iiii. S.  
 Paulus non fuit sine lege. xxix. S.  
 Paulus non in aliena persona, sed in sua  
 loquitur dicens: Non enim qd̄ volo bo-  
 num hoc facio & c. licet id Fabro forte  
 Origenē secuto videatur. xxxviii. X. Y.  
 Pauli non omnes esse epistolas illi ab ec-  
 clesia adscriptas: male & schismaticē as-  
 serit Erasmus. clxxxiiii. A.  
 Pauli in gręco sermone peritiā male par-  
 uifacit Erasmus, & propriam commen-  
 dat eloquentiam. ccxiii. A. B.  
 Pauli ad Romanos epistolam habere tan-  
 tum difficultatis, quantum vtilitatis:  
 non satis pie asseritur. ccxiiii. D.  
 Paulum vxorem habuisse temere asserit  
 Erasmus. ccxxv. X. Y. Z.  
 Pauperes & rerum omnīū inopes nō soli  
 sunt ab apostolis ad fidem Christi vo-  
 cati. folio. lxxxii. M.  
 Peccasse in Adā quō dicant oēs. 23. S. T.  
 Peccata ante aduentum Christi perfecte  
 debebantur, & iustificatio fiebat ad sa-  
 lutem, licet Faber neget. xix. D.  
 Peccata nobis per Christum omnino di-  
 missa esse etiam quoad poenę debitum,  
 vt peccantes nulla aut hic aut in futu-  
 ro poena maneat, hæreticum est Fabri  
 assertum. cii. Q. R. & ciii. V.  
 Peccatum in viatore nullum penitus est  
 irremissibile. cxxxiiii. H. Et peccatum  
 in spiritum quod sit. ibidem.  
 Peccatum est in viatore remissibile si ve-  
 lit respicere & c. cxxxv. M.  
 Peccata per sacrificia nō remittuntur quo-  
 ad culpam sine poenitentia. clix. N.  
 Peccatores qui ad nouę legis æstimationē  
 nē cēsantur, etiā peccatores ad veteris  
 legis æstimationē cēsandi sunt. ccx. A.  
 Pelagianam heresim tenet Faber. xxii. Q.

Pelagianā quoq̄ vitā videtur in multis  
 sectari Faber. xxiii. in principio.  
 Pertinacię quinq̄ signa. cxxxv. ante. M.  
 Petri, & Pauli passio quā beati Lini cēset  
 Faber: est apocrypha: & q̄ cōtigerit vno  
 die & anno. cxi. H.  
 Petrus nō solus accepit clauēs regni ce-  
 loꝝ. cxxxvi. in fine. Dicitur autē est perra  
 licet nō sol⁹, nec principalis. cxxxvii. P.  
 Et q̄ accepit clauēs ostēditur. ibid. Q.  
 Petri Malchum percutiētis facinus quae-  
 tenus licitum fuerit. ccvii. O.  
 Petro adscriptā epistolā secundā Erasmus  
 cuius sit male in dubiū reuocat. 228. L.  
 Phariseorum & Essæorum regulę viuēdi  
 non damnatur tāq̄ male, sed qui eas nō  
 bene obseruarunt. cxxi. L.  
 Phariseus orans non stabat vicinus pro-  
 pitatorio & c. cxcviii. E.  
 Pharisei non ita viuebant vt docebant:  
 nec eorū constitutiones quę nō erāt cō-  
 trarie diuinis, erant damnandę. ccxii. P.  
 Phariseorum sectam seu ordinem perpe-  
 ram desinit Erasmus. ccxxv. V.  
 Philippo ascribit Erasmus quae Natha-  
 naelis sunt verba. cciii. T.  
 Philosophorum scripta non omnia sunt  
 tribulis & lappis comparanda. i. B.  
 Pietatē stultā inducētēs, authore Fabro  
 verā impietatē inducūt i ecclesia. 69. R.  
 Pilatus non omnia quae ad Christi libe-  
 rationē fecit institūti diaboli fecit. fo-  
 cxxxii. Q. Et q̄ nō habuerit in Christū  
 potestatem vllam ab homine, male asse-  
 rit Faber. clxxxii. Q. sicut q̄ virga fue-  
 rit diuinā iustitię cū satellitibus suis.  
 clxxxii. ante S.  
 Plorare aut lugere peccata nostra Chri-  
 stum aut angelos non est asserēdum vt  
 Faber facit & Origenes. cx. D.  
 Poenitentiam non delere peccata absolu-  
 te, non bene dicitur. cviii. Q.  
 Poenitentiam esse nomen desiderabile &  
 non carnis afflictionē & c. dicitur a Lu-  
 thero in aliis multis discipulo suo Fa-  
 ber. idq̄ vterq̄ falso asserit. cxvii. Y.  
 Poenitentiam neminem saluū facere, sed  
 solas poenas quas pēndit Christus:  
 & poenitentia nō esse nisi fidē de Chri-  
 sto, & similia absurda asserit Faber. fo-  
 lio. clxv. l. k.  
 Pontificem nihil debere curare quod sit  
 extra euangelii līmites, temerarie praes-  
 cribitur a Fabro. cxii. A.  
 Potentiā hominis reuera non esse poten-  
 tiam, temerarie asseritur. cxliii. P.  
 Pręcepta decalogi obligabāt antiquos ad  
 cauēdā interiorē hoīs occisionē & cetera  
 peccata mēte perpetrāda. cxxiiii. V.  
 Pręceptum domini primū Faber temera-  
 rie in duo diuidit: & vltima duo i vnū  
 contrahit. cxlvi. post Y. Male etiam di-  
 cit non eundem esse pręceptorum ordi-  
 nē apud Hebręos & Christianos. folio  
 eodem. Z. & sequenti. B.  
 Prędestinatum & pręscitum esse ad men-  
 tem Fabri quid indicet. li. O.  
 Prędestinationis mysterium incaute attē-  
 tat Faber sine ecclesię doctoribus. lix. S.  
 Stulte autem dicit q̄ homines praedes-  
 tinantur, non quia volunt, sed conuer-  
 tant se & praedestinantur. ibidem. X.  
 Item nō minus temerarie q̄ diuinę na-  
 turę alienū sit aliquem non praedestina-  
 re. lx. Y. Et q̄ eos qui non praedestinati  
 dicuntur deus praedestinet. lx. A.  
 Prędestinatorum in arbitrio erat conuer-  
 ti ad prædicationem apostolorum & li-  
 berum. fo. lxi. E.  
 Prędestinationē ex sola dei gratia pēdere  
 & nequaq̄ hoīs aspiciere merita, temera-  
 rie rursus asserit Faber. xcvi. N. O.  
 Pręmiorū & mercedis nihil bonis opibus  
 deberi impiū esse dicitur. cxxxiii. B.  
 Pręmii causa certantem premiū amitte-  
 re absurde dicitur. ccxii. V.  
 Pręcipū officii præscribens Erasmus ve-  
 rū dei cultū minoris facit. ccii. Q.  
 Promissorum deus debitor est. xviii. A.  
 Prophetie malorū interdū profunt. i. A.  
 Prophetarū bonorū verba multa facta iā  
 irrita, male dicitur. clxxviii. D.  
 Prophetare non esse agere, sed agi, & simi-  
 lia, improbe dicuntur. clxviii. X.  
 Proximi nomine nō intelligitur Christus  
 secundū humanitatē in eo qd̄ dicitur  
 Diliges proximū tuū sicut teipm. 145. V.  
 Pueri Hebręorum non orauerunt deū p  
 Christo etiā vt homo erat. cxl. E. Cla-  
 mantes aut, Osanna & c. aliqui egerūt  
 & ipsi nedū spiritus sanctus. cxlix. Y.  
 Purgatoriu male negat qui dicit: q̄ oēs  
 sub gratia vt par est viuentes, in caeli  
 conuolant. xxxiii. ante S.



Purificandi dies. cxcv. O. Purificatione peracta Maria & Iosepho in Berhleē, licet forte per Bethlehem, sed in patriā Marię Nazareth reuersi sunt. cxcvi. R. **Q**uadragesimo non quadragesimo secundo die a partu masculi purificabatur mulier. cxcv. O. **R**eligionū rite institutarū obſeruatiōes nō sunt p̄ter Christi doctrinā. 69. T Religionū varietas & varii religioſorum status immerito culpantur. lxx. A. Religioſorū institutiones & regulas impie damnat Faber. cii. p. totū. & cxi. B. & cxxxvi. ante O. & cxxxvi. L. Religionis Iudaicę quam ſectā vocat, p̄ſeſſores dicit Faber meliorē doctrinam difficilius capere ſolitos: idq̄ ſe vereri ne temporibus noſtris accidat. qđ in odiū religioſorū dicit ordinū, vt multa alibi. fo. cliii. T. & clv. A. Religioſorū veſtes & ſtituta amara irriſione ſed impia ſugillat Eraſm⁹. cxcix. F. Religionē Iudaicam veteris legis obſeruantiam, fuiſſe craſſam & ſuperſtitioſam aſſerit Eraſm⁹. cxxiii. ante L. & L. Religionē falſa tentus qđ ſit propior verę religioni qđ qui nullo religionis affectu fungitur, non probe dicitur. ibidē. M. Reſurrectio mortuorū qualis futura ſit, & quid Faber nō recte de ea aſſerat. fo. xc. C. D. & xci. per totum. Reſurrectionis corporum diuerſitas videatur. fo. xciii. Y. Retaliatiōē & iniurię illatę aut damni reparatiōē iure poſtulare non eſt nobis ſemper illicitum. cxxvii. F. Retinēda cuius & qualia ſint peccata. vide fo. clxxxii. V. Rex Iſrael aut Iudęorum qualiter aſſerēdus Chriſtus. clxx. O. P. **S**abbatis iter natalē dñi & purificationē an liceat carnib⁹ veſci, & q̄liter. cliv. p. to. Sabbati ſēp fuiſſe obſeruatiōē. cxxi. fl. K. Sacerdotum cęlibatus male vilipēditur. fo. ciiii. per totum. Sacerdotem vt abſoluat non eſt neceſſe in gratia eſſe. clxxxii. ante. V. Sacre ſcripturę intelligentiā Faber quia non rite q̄ſuit nō obtinuit. clxvii. Q. Saluari hoīem p̄ ſolā volūtatē dei dicens

Faber puocat ad deſperationē. li. añ. R. Saluari poſſe non eſſe in volūtatē aut poſtate aut op̄ib⁹ hominū, heretice dicitur: ſicut qđ homo nō cooperetur ad ſalutem ſuam. lvi. H. Saluari cōtra impenitentes cenſet Faber. clxii. Y. Samaritanā mulierē nullū habuiſſe virū legitimum, falſum eſt. ccv. D. Sancti veteris teſtamenti quia opera legis ſeruauerunt ſalvi ſunt. xii. A. Sancti in terris & angeli in cęliſ nūquid vnū corpus conſtituant. xcvi. A. Sanctoſū a cultu & veneratione male dehortatur Faber. cxii. C. cvii. M. clxiii. A. clxviii. V. cxlix. K. vbi oſtēditur qđ licet eccleſia cęſeat colēdos, nō tñ pari cum deo cōditione habēdos. Item quomodo ſint via, veritas, & vita noſtra. clxxi. K. Sathanas non natura mendax eſt, ſed culpa propria. cxcvii. Y. Sathanę tradere quid ſit. cxcix. V. X. Scientia non omnis a deo data humiliat aut iuſtificat. lxxxiii. T. Scholaſtici theologi nō ſunt p̄mittēdi ab iis qui theologica tractat. xvii. S. Scripturę quomodo ſint interpretandę. fo. vii. D. & E. & viii. G. Qui eſt aliter intelligit qđ ſpiritus ſanctus intelligendas ſignificauit: errat. viii. in fine. Sectas duas hominū, alterā cōſidētū in op̄ibus, alterā in fide, ex Paulo & b̄to Iacobo male collegit Faber. xv. K. L. Septuaginta pro. lxxii. ſcripſit Eraſmus eoſq̄ nō recte dicit a dño miſſos ad faciendum ſui periculum. cxcviii. D. Sermo pro verbo aut filio. cxciii. I. Serui dño tñ fructificantes nō erāt apoſtoli, nec cęteri ſancti. vi. B. Nec ſerui erant ſancti veteris teſtamenti vt ſerui ſunt qui peccatis ſeruiūt. xli. O. Seruus hoīs poſſe eſſe ſeruus Chriſti. fo. lxxxii. L. Seruire deo pro quouis ſine aut p̄mio ſub deo non eſt nefas. cxxix. N. Sic eum volo manere legi poſſe, ſic tamē vt mortuus credatur. clxxxiii. Z. Symbolum qđ apoſtolorū dicitur, eorum eſſe nemini dubitare licet. clxxxv. F. Simeoni in purificatione quomodo dñs p̄ſentatus dicatur: & vtrum fuerit ſacerdos nec ne. cxcv. P. Q. Synagoge vir nō erat Moyses. xxix. X.

Synagoga nō cōſone cum p̄dictis aſſeritur legi obnoxia. xxx. C. Spem ſaluare & a confuſione defendere contra dicta ſua dicit Faber. xxi. M. Sp̄rādū quō ſit i effectu bonitatis dei. 6. Q. & in homine vt in Maria. xvii. R. S. Spirituales ſic quosdā ortos vt nūq̄ carnales fuerint, male ſentit Fab. xcvi. Z. Spiritualis quis dicendus. cxxxviii. T. V. Sp̄m ſc̄m minorē p̄ſe eē iudicat verba Fabri. 4. G. Spiritū ſc̄m poſtulare pro nobis ſcribit qđ Ap̄tus, ſed non negat nos quoq̄ poſtulare & gemere. xlv. M. Quid aut ſp̄m. poſtulare ſit. xlvi. N. O. Sp̄s. non eſt ſp̄s noſtri forma. lxxiii. V. dari poſteſt ante baptiſma. xciii. D. Spiritus ſanctus ſi dixerit, & non Dauid in ſpiritu: Dixit dñs dño meo & c. qđ heretis ſubſequatur. vide fo. clxiii. L. Studia humana addita diuinis nō faciūt diuina minus perfecta. clv. Z. **T**emplū Iudęis vnictū fuiſſe. clxiii. B. Tenebrę in morte Chriſti quousq̄ ſe extenderint. cc. L. Tentat deum Faber, intelligētiam euangeliſi ſine p̄ceptore ſibi dandam p̄tēdēns etiam ſine ſtudio proprio. cxy. L. Teſtis eſt mihi deus, iuratio eſt. v. T. Tamar non p̄dicatur in biblia tam iuſta & prudens vt a Fabro. cxvi. P. Theologica facultas nō eſt in ſuis determinationibus vilipēdenda. ii. E. Theologię & religionis pię p̄ſeſſores impie taxat Eraſmus. ccvi. Thomā fuiſſe inter alios apoſtolos in die reſurrectionis. cum appareret illis doctus, negat euang. cci. O. Timore coegit. i. induxit Chriſtus peccatores ad p̄nitentiam: & de timore ſeruiſſi pluſcula. xli. R. & ſeq. Timorem ſeruilem excludere volens Faber, nō recte interpretatur verbū timebis in decalogo. fo. cxxiii. propo. xviii. Timor ſeruiliſ nō omnis eſt nobis prohibitus nec ſtultus. clvi. B. Timere gehennę damnationem Chriſtus ſuadet, Faber prohibet. cxxii. Z. Traditiones patrū ſuper religionibus vilipēdit Faber. cxxxvi. N. Negatq̄ eas nos mouere debere. cxlv. S. Tradit Sathanę quid ſit apud Paulū non recte deſinitur. cxcix. ante. V.

Trāſlationē ep̄iſtolarū Pauli quā ſequimur Hieronymus ipſe nō damnaret. iii. K. calūniatq̄ i merito. iii. poſt M. & 4. P. Q. Trinitas ſancta eſt omnū electorū vir & ſponſus vtriuſq̄ teſt. xxix. Y. Triplex differētia dilectionis voluntatis & vitę & c. non recipitur. clxxvii. B. **V**elle & nolle quō ſint in deo. 49. H. Velle hominē nihil & c. clxxvi. L. Velle deū quouis mō peccata. clxxx. L. Vota ſanctis dona offerunt deo. clxiii. C. Verba Chriſti vtrū aliqua tranſierint, & tranſierint vt prophetarū. clxxviii. E. Veſtiri nos a deo ſine labore & ſollicitudine ſtulte aſſeritur. cxxx. P. Verus teſt. euangelicum vocat Eraſmus, dicitq̄ plus habere terroris qđ promiſſionis letę & c. ccix. T. V. Verba euangelica non ſunt ab idiotis & mulierculis nude legenda & diſcutienda vt quidam cenſent. clxxv. V. Vim vi repellere Chriſtiano nō licere in quocūq̄ caſu, nō docuit Chriſtus, Petrus ab vſu gladii arcendo. cxcix. G. Vindictam omnino nullam eſſe reſpōcendam erroneum eſt aſſerere. clxxxix. S. Vineā dñi qui excoluerint. cxl. in princ. Virginitatē. vide continētā perpetuam. Virḡ aterna brauiū ex ſemel accepto ab eo errore cenſet Faber non eſſe debitū, ſed gratis erogatum. lxxiii. ante Z. Viuere deo qui & quō dicendū. liii. X. Y. Et qđ ſancti patres deo vixerint. liiii. A. Viuere ſecūdū virtutes & non eſſe gratum deo, repugnat. xciii. A. & ſeq. **V**itęleſ errores. lxxii. N. Vocū æquiuocatio fallit. Fabri. cviii. R. Volūtatē ſuā nō dei facit peccās. 182. X. Vota ſancta ſtulte damnantur. lxxix. R. Vulgari lingua euangelia non ſunt diuulganda. clxxv. E. **V**xorem ante coitū licet ob religionē diſmittere citra vxoris culpā. clxvi. M. **V**xori ad fructū producendū ineptę non eſt negandum debitum. lxxix. A. **V**xor adultera nō deſinit eſſe vxor, licet poſſet repudiari. clxxviii. P. & iterum fo. cxi. poſt A. **Z**achariam non Ioannem poſcētes quos cęſeat Eraſmus in deſuſum institutionū eccleſię. cxcv. N. **FINIS.**

# SEQVUNTUR ERRATA

T V L A Ab archetypo dissidētia, colligēdis tabellis subito deprehēsa: quorum similia, siqua te offendēt bone lector, clemēter age: nec aliēnam, aut culpā, aut ofcitatōnē ab auctore praestanda postula. Ea vero quę deprehēdimus sic repones. Fo. i. pag. i. vers. iiii. de hoc annotanda. ver. penul. lege: hoc est, si quę dico &c. Fo. iiii. pa. ii. vers. xvi. & quidē doctissimos culta, ver. xxxiii. per inuia pergit. Fo. iiii. pa. i. ver. xxix. ad diuina disserēda. pa. ii. ver. vlti. In eo vero firmatur. Fo. x. pag. i. ver. xlii. nos hic docet. Fo. xi. pa. ii. ver. xxx. fructum paratissimū. Fo. xiii. pa. i. ver. iiii. satis putamus. Pa. ii. ver. xxi. dicere cōpellitur. ver. xxiiii. necessaria deus. vers. xxix. mouemur & instruimur. ver. xxxix. Fidē vero vt. Fo. xv. pa. i. ver. xvii. (vti credideri). pa. ii. ver. xxxii. nō posse primo. Fo. xvi. pa. i. ver. xxxiiii. Quę autē p hmoi. In mar. Hiere. xvii. Fo. xxi. pa. ii. ver. xli. Sibi reuera. Fo. xxii. pa. ii. ver. xxxviii. qñ em recti. Fo. xxv. pa. ii. adscribe in marg. ver. xli. Cap. vi. Et pone ppositionē. xxxi. q̄ incipit. Si hoies intelligerēt &c. cōtinuo post ppositionē. xxx. vna em cōfutatione in vtrāq; agitur. Fo. xxix. pa. i. ver. xxvi. intelligētiā, est em. Fo. xxxv. adscribe ppositionē. xlv. q̄ posita est fol. xxxvii. cōtinuo ad ppositionē. xliiii. illuc enim p̄tinet, vt indicat cōfutationis exordiu. Fo. xxxvi. pa. i. ver. xxvii. lege filio benedixisse: redūdat em non. Fo. xlv. pa. ii. ver. xxvii. illo nō gemit. Fo. xlv. pa. ii. ver. xxxii. & nō homo orat, & ge. Fo. xlvii. pa. i. ver. xxv. miseria in lege &c. & ver. xxxv. cetera per iam &c. Fo. l. pa. ii. vers. vi. Eiusmodi p̄pterea viro minime &c. Fo. lv. pa. i. ver. xxxiiii. infinitas vere cōtinui partes singulas. Fo. lvii. pa. i. ver. x. Hęc Augustinus: per quę. Fo. lxxii. pa. ii. ver. xxii. indignationē. Fo. lxxv. pa. ii. ver. xiii. p̄cipitē colit vt deos. Fo. lxxvii. pa. i. vers. xliiii. ipse prorrudit. Fo. lxxx. pa. i. ver. vii. fabricauit incude. Fo. lxxvi. pa. i. ver. vlti. & verbo vltimo, de notatione. Fo. lxxxix. pa. i. ver. vii. delu. est. Fo. xci. p. ii. ver. ii. in marg. Lib. xx. de ciui. Fo. c. pa. i. ver. xxxii. vnica ergo ecclesia. Fo. ci. pa. i. ver. xxix. dā apli. Fo. cvii. pa. i. ver. xxxix. q̄ accōmodata. Fo. cix. pa. i. ver. xxvii. quisq; suę ge. Fo. cx. pa. i. ver. xxi. filiu non adoptasse. Fol. cxiii. pa. i. ver. xviii. En qd inuuo paucis accipe. Iam p̄terierūt &c. pa. ii. ad finē in margi. appone octaua: vt sit, pte operū octaua. Fo. cxv. pa. i. ver. ix. in spm. Fo. cxvii. pa. ii. ver. xliiii. cuta. Plane ergo hic de lirauit Faber: nec se liberet: si dicat. Fo. cxx. pa. i. vers. xxxii. istud soli verbo dei. Fo. cxxii. pa. ii. ver. ii. securis ad radicē. Fo. cxxiii. pa. ii. ver. xi. Christi, iustificatiōis. Fo. cxxviii. pa. i. ver. xxix. emēdat em illā. F. cxxix. pa. ii. ver. xvi. vt a tritissimis. ver. xxxviii. adhuc magni ficētius. Fo. cxxxi. pa. i. ver. xxviii. priusq; exerat. Fo. cxxxiiii. pa. ii. ver. xxii. vt cūq; cogitauerē. Fo. cxxxviii. pa. ii. ver. ii. tñ docet dicēs. Fo. cxl. p. ii. ver. xvii. & pueros. F. cxliii. pa. i. ver. xv. cū aliqd scribimus. ver. xxxi. satur euāgelico spiritui. ver. xxxv. ille Roffēsis. Fo. cxlvi. pa. i. ver. xviii. Super hoc &c. aptius poneret noui versiculi caput: quia principiu est nouę sentētia. ver. xix. Matthei numero. Fo. cxlvii. pa. ii. vers. xxxiiii. q̄ & aut q̄ hucusq;. Fo. cxlviii. p. ii. ver. xxvii. Parascuē per n. & vbicūq; occurrerit filis accusatiuus. scribet. ver. xxix. in fronte. delect. vi. Fo. cxlix. pa. ii. ver. xli. Et q̄ cōpertū. Fo. cliii. pa. i. ver. iiii. a fronte: p̄te. Luc. & e regione ver. xxviii. adscribe. Luc. xii. Fo. clxiii. pa. i. ver. xxiiii. sacru donū. Fo. clxv. pag. i. ver. xxxvi. qua solis se. Fo. clxviii. pa. i. ver. xx. nisi sum? referare. Fo. clxxvii. pag. i. vers. i. xlii. non ita foret sent. Fol. clxxix. pag. ii. vers. i. simile autem cuilibet. Fo. clxxxiii. pag. i. vers. i. xlii. & xxv. Trapezuntium. pag. ii. vers. i. xix. quas Lei & Strunice. Fo. cxcv. pag. i. vers. i. xlii. in princip. ra. & animare. Fol. cci. pag. ii. vers. i. xlii. & deditis mihi manducare. ver. xxxvii. certe nō agebatur. Fo. ccvi. pa. ii. ver. xxx. credulitas vię ad. Fo. ccvii. pag. ii. vers. i. xlii. p̄si d̄m. ver. xxxvii. inculpatę tutele. Fo. ccxi. pa. i. ver. xxii. va litudo permittet. Fo. ccxiii. pa. ii. vers. i. xx. in princip. Qz impium sit. ver. vltimo. & difficultus. Fo. ccxv. pag. i. ver. xli. motusq; p̄positionū. Fo. ccxvii. pa. ii. ver. xxxviii. in principi. quoq; aut quodam. Fo. ccxx. pa. ii. ver. iiii. per incuriam. Fo. ccxxiii. pa. i. vers. i. xv. & legislatoris dei. Fo. ccxxiiii. pa. i. ver. xxxix. Laurentium Campegiū &c.

¶ Finis Erratorum quę percurrenti oculo hactenus deprehēdimus.

# ANNOTATIONES IN

Epistolā Iacobi Fabri ad Reuerendū patrem dominū Episcopum tunc Lodouē. nunc vero Meldeū. quę p̄mittitur commentariis eiusdem Fabri in beati Pauli Epistolas adnotanda: in qua occurrit hęc

Propositio prima.

Mentium superno fauore destitutarū fœturę tribuli sunt sentes & lappę. Et ferme talibus omnia sunt plena: cum eorum qui circa humana, tum qui circa diuina scripsere. Eos excipio qui nō ex se, sed diuino motu impulsī ad scribendum accessere.

¶ Confutatio.



**H**oc in primo limine Iacobus Faber non semel in bonos impingit mores: vt sequens ostendit certo digestus ordine sermo. Principio cum velit animam superno destitui fauore, id esse quod non habere dei gratiam, qua illi grata sit, quia scilicet crimen secum nullum admittit quā charitatem vocat Apostolus dicens: Fides, spes, charitas &c. Indefinite prima propositorum particula loquens, negat ille criminosos posse vel verbo vel scriptis aliorum vtilitates promouere. Fœtura (inquit) id est sermo aut scripta eorum qui charitate dei vacant, tribuli sunt, sentes & lappę: quasi nō possit spiritus domini & per suos inimicos regni sui filios docere quę vera sunt. Nō sunt certe noxię herbę prophetię Balaam hostis domini: & quę de domino nostro Christo per dæmones & Caypham spiritus sanctus locutus est. Tu es (inquiūt illi) filius dei. & rursum. Scio q̄ sis sanctus dei. Hic vero ro dicit. Expediit vt vnus moriatur homo pro populo, ne tota gens pereat. Quid verius? quid homini perduto cōducibilis? & q̄q; nō fuerit dominus spiritus nequā in sui p̄conia producere verba, permittit tamē vt vera de se nōnulla hominibus nūciarēt. De ipsīs vero hominibus quantūlibet prauis recta ramen loquentibus, non ita. Porro dilecto Ioanni apostolo domino dicenti, Magister vidimus quendam in nomine tuo euicentem dæmonia, qui non sequitur nos, hoc est nō operatur quę nos te imitātes: & prohibuimus eum. Respondit, Nolite prohibere eum. Turbæ item impie viuentium prophetarum, pie tamen loquentiū, cū de sana se iactitabant doctrina dicentes, Domine domine nōne in nomine tuo prophetauim? diciturū se eis testatur: Nūq; noui vos. Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem. Et beatus Paulus de pseudoapostolis qui propter inuidiā & contentionē euāgelium p̄dicabant, dixit. In hoc gaudeo, sed & gaudebo. Volēs proinde idem apostolus palam facere q̄ crebro cōtingit eorū qui dicunt & non faciunt, audientibus vtilem esse doctrinā, sub typo æreę campanę, quę audientes suo vocat ad profectū sono: nihil tamē sibi nisi attritionē cōparat: ait. Si linguis hominū loquar & angelorū, charitatē autē non habē: factus sum velut æsonans & cymbalū tinniens. Tanq̄ diceret. Quātūuis iusta p̄cipiam, doceam. recta, ceu prophetę dei vel apostoli, aut angeli sancti: si meipsum non doceo, hoc est quę dico non operor: alios erudio, & memet perdo. Ad hunc autē scopū sunt sacrorū doctorū non pauca testimonia, quę studēs breuitati

1. Cor. xiii.

Nūc. xliiii

Lucę. iiii. & Ioan. xi.

Mar. ix. & Lu. ix.

Matth. vii.

Ad Phil. i. Matt. xxiii

1. ad Cor. xliii.

B

omitto. Nō sunt igitur tribuli, seates, & lappē, quęq; fœturę (hos em̄ vult dicti per Iacobū ratio) mentiū dei fauore dēstitutafū. Qz sit autē de temeritate & vanitate suspectū, qđ hac subiūgitur sentētia: Tribulis sentibus & lappis ferme plena sunt q̄ scripsere, maiores, siue in philosophicis literis, siue in sacris: demptis qui nō ex se &c. Cæterū vnde hoc Iacobos: nū scriptorū quisq; cū recētū tū priorū merito illi, utcūq; pro hoc sermone vel cōdolens vel indignabūd⁹, dicere potest. Ego p̄ virib⁹ hęc aut illa differēs putauī ad rei christiane vsū cōferre in cōmune cū ceteris q̄ habui: & in hoc (q̄uis nīhil mihi cōsciū sim) absit tñ vt p̄sumā me ad hoc speciali & diuino impulsu fuisse permotū. ex me siquidē ad scribēdū accessi, hoc est ex naturali rationis dictamine, fide iūcta. Existimaui. si ita agerē, nō nihil vtilitatis rei literarię me p̄stiturū. Probe quidē hęc Fabro p̄poneret alius quilibet scrip̄tor. Nēpe diuino motu dūtaxat ad scribēdū impulsū dīci p̄prie debēt, qui nō quę humano studio didicerāt (deo tñ adiutore, sine quō nil potest homo qđ rectū sit) sed q̄ sp̄ritu dei infundēte nouerūt modo sup̄naturali, trāssu derūt in chartas: cuiusmodi solū existimo scripta, quę in sacro biblię canone habet ecclesia. Ceteri quotquot venerūt post scriptores illos, vt hoīes nō vt scribē velociter scribētis suas literas aliis tradiderūt, eo purius quo humilīus: quippe nō sinit vera humilitas habētē se de rebus dicere quę nō satis nouit. Iā & Fabrū interrogo, quosnā ita p̄tēdat nō ex se sed diuino motu impulsos ad scribēdū animos appulisse? Videat autē ne forsā hic personā illius agat Pharisei qui dicebat: Gratias ago tibi dñe quia nō sum sicut ceteri hominū. quasi diceret: nō ex me ad scribēdū de diuinis accedo, vt ceteri: sed peculiari sancti sp̄ritus motu impulsus. Si p̄fecto hęc de se nō ille p̄tendit: quid in se nō animaduertēs dixerit de proximis sentētiā ferēs, perspicuū est: videlicet plena esse tribulis sua scripta, sentib⁹ & lappis. Talia sunt (ait) eorū libri, qui ex se nō ex diuino motu impulsū accedūt ad scribēdū. Si vero id de se sentit, q. s. (vti plane illius vident̄ verba sonare) ad scribēdū nequaquā ex sp̄ritu suo accessit, sed a diuino impulsus: ceteri autē (exceptis canonicis) scriptores fere nō sic vt ipse Faber: probādī erant certe sp̄s an ex deo foret. Nō est (vti reor) ad hoc ipm̄ faciēdū discrimen perspicacioris: mētis aut cordis mūdioris, q̄ essent: cū Christo in terris viuētēs sancti dei Aplī aquila Ioānes, & Iacobus ei⁹ frater. qui tñ in hac discernēdorū sp̄rituū arte falsi nōnūq; fuere. Zelo etenim dei sese mouere credebāt in Samaritanos q̄ omnīū saluatorē Christū cū humili eius collegio: in ppriā regionē noluerāt admittere (q̄ illius facies esset eūtis i Hierusalē) cū eidē dño dixerūt: Dñe vis dicamus vt ignis descēdat de celo & consumat illos: bono nimirū sp̄ritu hoc se p̄scere autumabāt. q̄s autē (cognita Samaritanorū inhumantate & duritia) errare credidisset sanctos illos a deo electos: plane tñ errabāt. Nā cū sp̄i pprio cōcitati. i. vitiosa animi passione exarderēt in vindictā: diuino se impelli sp̄i opinabant̄. Sic em̄ habet sacer beati Lucę text⁹ Cōuersus dñs increpauit illos, dicēs: Nescitis cuius sp̄s estis. Maxime p̄fecto isto scriptori hoc in articulo verēdū, ne id p̄sumptionis fuerit malū p̄p̄tēssus. Cū em̄ dñs vetuerit in Matthęo dicēs: Nolite iudicare & nō iudica-

bimini: qđ in his sacrorū doctōrū iudicio potissimū habet locū q̄ & recte & aliter fieri queūt, & incertū est quonā fiāt aīo. sunt certe talia semp̄ in meliōrē p̄tē interpretanda. Hinc & cōtra eos q̄ secus iudicāt inuectus Apl̄s ait: Tu qs es q̄ iudicas alienū seruū? Et Corinthios p̄hibēs ne sic agāt. Nolite (inqt) ante tēpus iudicare. Cōtra q̄ sancta monita Faber hic palā egisse videtur. Iudicat siquē aliquos saltē scriptores ad scribēdū sinistro fuisse motos oculo. hoc em̄ vult dicēs ex se ad scribēdū motos fuisse. se vero diuino impulsū sp̄i. Certe nescio si valet in miseri peccatoris cor ascēdere piculo proximius iudiciū. Cōis qđ est doctōrū & pia sententia, q̄ si quē specialiter deus ad quoduis subeūdū officiū vocat: aut iā illi dedit vnde id si velit exequi valeat, aut cōtinuo p̄stat. Cū autē nō sit dissensionis deus, sed pacis, nō est simile vero ipm̄ vt scriberet suo sp̄ritu Fabrū mouisse: q̄ aliter q̄ per sanctos doctores ecclesiā suā imbuerit, in nō paucis doceat. qđ poterit ille ex subiectiōis nosse, si adiuuāte dño, semet syncerū p̄stet horū q̄ eo postulāte scripta sunt, lectorē: & p̄suptuosissimū illud (qđ ipm̄ dixisse audiui: nec tñ certo credidi) abhorrerit verbū: nihili videlicet ducēda sacre theologię facultatis in schola Parisiē. (sic vocāt theologorū cōtū) decreta: q̄q; nihil eiusdem facultatis magistri in diuinis recte sapiāt. Atqui si hęc aliqñ Fabri cor inua sit cogitatio: mox abiiciat eā, si non vult cū ea perire in eternū. Hoīes sunt (fateor) gradu theologi in plurimis nō satis suo digna operatēs noīe. Ceterū vbi de fide in cōi disceptat̄ magistrorū cōfessu (expto mihi lector crede) veritas vincit. Hinc caueat (p̄cor) Faber, ne paruifaciat q̄ per eā fuerūt definita. sed de his satis. Paris autē ferme scrupuli cū p̄scripto articulo est, qđ eidem subnectit dicēs, vel ad verbū vel in sensu: & ita velim accipi, si qua id genus transcribi litera poscat.

## Propositio Secunda.

Si humana mens fœtum edit vitę ac salutī animarum conducētem, cęlestis doni manifestum est indicium. & rursū.

Propositio tertia. Si lecturi cōmētarios nostros in epl̄as Pauli, in eis sp̄ritualis vitę veriq; animi partus percipiēt indicia, humanos nō debēt attēdere authores, sed intelligere desup̄ ima fœcūdātē virtutē: verūq; agnoscere authorē qui omnia operatur in omnibus.

Propositio quarta. Insup̄ qui intelligent has Pauli epl̄as esse dei donū, & quod adiectū est esse dei donū: proficient: & demū quoad hoc.

Propositio quinta. Si Paulus huius diuinę sciētę solū instrumētū est: quid posteriores quicūq; nisi perexile & tenue subinstrumētū? & cetera quę illic adduntur.

## Confutatio.

Hęc fere omnia, si p̄ se dicerētur, nulla ad p̄cedētia & quę sequūtur habita collatiōe, simplicia (fateor) viderētur: certū est em̄ bonū quodcūq; creatū donū dei esse seu cęleste: quippe & q̄ p̄missimus per Balaā dicta & ceteros dei aduersarios, dona de celo fuisse nō dubiū est: pro q̄bus primo authori gratias debet ecclesia, nō autē hmōi instrumētis, q̄ oīno citra eorū meritū suis beneficia filiis diuina per illa p̄stitit p̄uidētia: nos sup̄ eius omnipotētia (qua attingit a sine vsq; ad finē) instrues vt sciremus peruersorū rebelles

illi voluntates haud euasisse eius nutū, sed in qb<sup>9</sup> creator ear ū vult esse subditas. Quia tñ hmōi quatuor per Fabrū asserta ad id respicere videtur, vt il linc studiū in his edendis cōmētariis persuasum habeant oēs Dei donū esse cuius fuerit solū calamus: q. s. per eū spīrit<sup>9</sup> (qui ad scribēdū suo illū motu impulsit) locutus est: Qui opatur oīa in oibus. suspecta merito hęc Fabro & cuilibet esse debēt. Vnde em cōsequiū istuc: vt q Iacobi scripta dei donū in telligēt, proficiēt. Scio qa qd bene ille dicit Dei est. quātū tñ secū eo profecerint alii: ipsi viderint. Qd si me impēsius psumere dicit talia scribētē prō illius salute & aliorū (si forte opus alii habēt) quod formidandū occurrit enūcio, primo indignū puto q ad beati Pauli textū adiecit Faber, ceu literā illi<sup>9</sup> eodē sermonis genere, dei donū pdicare: Esto sane (deo stimulatē) & in vniuersum recte (qd verū nō est) scripsisset: Longe tñ dispari gradu ab Apostoli doctrīna Dei donū censerī debent ab eo qd humano studio ille & aliorū quisq; Deo etiā, sed modo cōi cooperante scribit. Pręterea hisce dicendi schematibus fieri putant incauti (& ipse ab oibus hoc iudicari cupit) vt in nullo rephēdenda credātur, sed habeatur pro certis q scripsit. hoc procul dubio ex illius colligitur verbis. nūq; em monet Deus vt quis prauū quodlibet aut agat aut loquat vel scribat. nō laudo hanc ob causam, nec probō Fabri hac in parte stylū, q haud nefcius sum cōplura illū sanæ doctrīnę aduerfa in eis tradidisse. Ipse autem recte docere sese credebatur, & gratum deo prestare obsequiū. Ceterū attēdere oportuit beati Gregorīi documētū. Sępe (inqt) opus nostrū quod causa dānationis est pfectus putatur esse virtutis. Sępe vnde placari iudex creditur, inde ad iracūdiā placidus instigat: Salomone attestāte qui in prouerbīis ait: Est via q videtur hominī recta: no uissima autē eius deducunt ad mortē. Et vtinā atq; vtinā quia uoluit Faber theologicis rebus decorū sermonis aliorū quorūdā instar addere, nō discēssisset a cōi theologorū sensu, sed tritas tenuisset scholasticorū semitas. tute em sunt: a qbus proinde quotquot volētes delirauerūt (de sensib<sup>9</sup> loquor) suę psumptionis nouerint se aliquādo iustas dāturos pœnas. Si profecto in telligētē quā sequitur ecclesia elegantia solū cōmētarios scribēdo pro iis qui cupiūt eā, dedisset illā, iam nō esset qd in eis cogere redarguere, to leraremus quidē animo bono q diceretur q in sacris literis amat verborū cultū: aut Fabristę, aut Erasimistę, vt nōnulli i scholasticis Scotistę vocātur, alii Thomistę: & ita de ceteris nomēclaturis. Illud em magnopere curādū minime putarē. Qz autē fuerit expediēs sacras ipsas scripturas Fabro & illius studiū amatibus elegātius nostro quo differere & illis addere mūditię plus satis prudētibus cōpertū est: de quo viri duo percelebres (certo scio) nōnihil his pximis scriplere diebus. Sileo propterea inde, & pergo ad alia.

¶ Annotationes in Iacobi Fabri Apologiam quę p̄dictam sequitur epistolam.

¶ Quoniam quidē in hanc Fabri apologiā sua legimus in Antapologia, Iacobum Stunicā multa dixisse non cōtemnenda: in quā etiā generatim nōnulla recēs inter alios scripsit Petrus Sutor nostrę Parisiē. scholę theologiae & Carthusianus professione: quę Fabrum ipsū optamus liberō anī

mo, & nequaquā additicio lectitare, hic statuimus designare solūmodo quę illū scripsisse propter eū dolemus breuissimis ad hoc adiectis causis. Nihil enim nos illius libris gratia dei a recto iudicio reuocati sumus: ipsi dūtaxat & minus cautis subueremur. Ingratū est itaq; in eis primo istud.

Propositio Sexta.

Singuli quiq; docti & qui incolumi pollent iudicio, probe norunt editionē epistolarum Pauli qua vtitur ecclesia, non esse opus Hieronymi: utpote qui eam confutat, redarguit, damnat.

Confutatio.

Si etiam quę hic de Hieronymo loquitur Faber vera essent, non fuerāt certe euulganda propterea q sine fructu (nisi curiosam temeritatē, superbāq; singularitatē quis ducat pro cōmodis) grauissimā ille in sanctū doctorem irrogat iniuriam: quid (quęso) istud est Hieronymus confutat, redarguit, damnat textum epistolarū Apostoli quo ecclesia iam vsa est annos mille & Audeo tibi o Faber dicere q nec deo placēt quę hic dixisti, neq; animę tam sanctę doctoris Hieronymi grata esse potuerūt, nec mirum hoc existimes. Porro si esset adhuc nūc p̄sens nobiscū in carne Hieronym<sup>9</sup>, & de se (qd absit vt vnq; vel id cogitare potuisset) quę tu de eo dicis iactitaret, cū omni libertate diceremus ei, Deliras pater, obmutesce. Si enim crimen est ingens mortali nostrę carnis parenti maledicere & eius reuelare turpitudinē: nihil duci debet ecclesię regenerationis animarū matri quę scilicet Christo eius sponso filios generat imponere q p lege tenet, & probat id quod damnari iuste potest: quasi spīritus sancti vero lumine orbata foret, cū eidē pmiserit sponfus ipse Christus, dicēs: Ecce ego vobiscū sum vsq; ad cōsummationem seculi, quod de ecclesię p̄latis p ipsius secūdū euāgelicā (quā tradebat) legē directione potissimū venit accipiendū: quod quidē dñi propheticū re promissum si (vt dicis) lex quā in huiusmodi ecclesię regimine annos supra mille tenuit, vitiosa est & merito. damaāda omnino (qd blasphemū est vel cogitare) falsum erit. Miror certe qua causa potueris induci, vt cū tibi obiiciēs dixisses, Sed inquires. Oēs tenent editionē vulgatā esse Hieronymi id respōdendo, ais: Refutamus oēs tenere: immo vero singuli quiq; docti & qui incolumi pollent iudicio probe norūt nō esse Hieronymianum opus. Quiq; docti (inqs) & q icolumi pollēt iudicio &c. (hic p̄cor) subsiste paulisper & perpēde q incōsulte hoc literis mādisti. perinde enim id est atq; dixisses: Nos gręcissantes, & qui scripturis Dei humane sapiētē venustatem adiciamus soli docti sumus & incolumi pollemus iudicio. Cur itaq; quoniā vos soli hoc cōtra ecclesię iura profertis. Hic p̄cipue de morum tuorum ago correctiōne Faber, nō discepto de assertiōne tua, quā omnino tamē falsam reputo & rationes quibus es ad tuū vsus propositū, plene dilutas. per p̄fatos Stunicā & Sutorē. Esto me cū ceteris & indoctū & iudicio lęsum vel nūc cēseas. Certū est autē Hieronymū dū adhuc iuuenis foret commentarios in prophetas scripsisse: in quib<sup>9</sup> qd tūc per ecclesias multas legebat nouū instrumētū coarguisse probatur. hinc in non paucis minus solide tūc scripsit, senior vero & exptior factus docuit rectius: vñ translationē (iubēte

G

H

Li. mora.  
v. Cap. xix.

Prou. xiiii.

Exo. xxi. &  
Leui. xx.

Math. vlti.

L

M



Damaso papa noui testamēti correxisse testatur sese beatus Hieronymus: & hoc haud inficiaris. quā autem putas correxit, nisi quę tunc ceu vulgata passim in ecclesiis legebatur? Illam nimirum emendasse omnino credēdus est. At cur ita? vt certe correctam extunc & vnicam haberēt ecclesię omnes translationē: quod factū diuina prouidentia fuisse qui adhuc non pie credit, eāq; esse quā vnice veneratur, & sequitur hucusq; ecclesiā: schismatis procul dubio semet formidando cōmittit periculo. Tantū abest vt singuli docti, & qui incolumi pollent iudicio aliud sentiāt. Mihi pręterea non leuius in moribus offendisse Faber videtur subsequenter annectens.

Propositio Septima.

Vulgata editio quę est in ecclesiarū vſu adeo multiplici vitio scater, vt nō tam fidei gręcę per sanctū Hieronymū reddita sit, q̄ reddi indigeat.

Confutatio.

Atqui stupeo ego totus hęc animo versans. Quis enim posset immodestius dicere: vitius scater biblia per ecclesiā omni honore dignata, per omnes sanctos ab annis mille, & quidem doctissimos cultu, explanationibus eorum vbi spiritu dei instigante opus esse viderint, declarata in omni sui parte (de his loquor libris qui auctoritatem meruerunt) summa veneratione ample xata: quis ex timoratis & peritis viris hęc dicenti Fabro crederet? Vehemēter certe verendum illi puto: ne in id maledictionis nesciens corruerit: Vt qui sapientes estis in oculis vestris & coram vobismetipsis prudentes: Maledictum vere istud merito censerī debet, quādo homo pauper & miser sibi arrogat contra pręscriptum diuinū: Ne sis (ait spiritus dei) sapiens apud temetipsum. & iterum per Apostolum eadem sapientia idiplum prohibet: Nolite, inquit, esse prudentes apud vosmetipsos. Quid esse potest o bone Iacobe quod tam vigilanter & totiens, ne fiat per suos scribas spiritus dei veritat, dicens: Ne sis sapiens apud temetipsum, & nolite sapientes esse apud vosmetipsos: nisi quia compertum centies est, qui huiusmodi sunt, vix esse a tali morbo curabiles: quod dicere non auderemus, nisi spiritus ipse infalibilis id nos docuisset. Vidi, inquit, hominem sapientem sibi videri: magis illo spem habet insipiens. Quis (obsecro) magis accommodate dici debet suis in oculis sapiens & apud semetipsum prudens q̄ qui soliuagus (sprentis ecclesię ducum traditionibus) pro sui stomachi gustu per inuia pergat noua definiens, expuens vetera, & nihil maiorum suorum decretis tribuens quasi erubescibile sit ad patrum regulas, suas omnes dirigere actiones: nisi noua quędam prugientibus hominū ingerantur auribus? Nō est, crede, proculdubio in humana cōuersatione dispendiosius aliquid. Magis (inquit dominus) tali sapienti spem habebit insipiens. Vere in oculis suis sapientem se ipsum esse prodidit Faber: & apud semetipsum prudentem, cum suę inuixus peritię non detrectat vniuersitatem sanctorum doctorum, quin & generalē matris ecclesię consensum imperitię criminari, & lęsionis iudiciū aut hebetudinis. Bonum sane fuerat illi cum sapientibus aliis regias currere vias: q̄ talibus pro lucris ad Gręciam transfretare: vnde & quę subitū go deuexit.

Esaię.v.

Prouer.iii.

Ad Ro.xii.

Prou.xvii.

Propositio octaua.

Age pręterea quomodo illa inerudita traductio tam facile ab vniuersa recepta esset ecclesia, cum illa erudita & limata qua nouum fidei gręcę reddidit Hieronymus testamentum, nondum sit recepta.

Confutatio.

Et hoc finiens disputationis negocium quasi sibiipsi cōgratulans Faber, q̄ suo arbitrato palmam demeruit aduersus cęteros omnes diuinarū scripturarum tractatores, illis solus intelligentior factus proclamat, & dicit.

Propositio nona.

Hęc eo diligentius ostendimus quo publicus error ratione traductionum quibus passim vtimur inductus, ab hominū mentibus falso iam vulgari more persuasus auelleretur, neq; vllas haberet falsa psuasio latebras. BED.

Et q̄ de ea traductione qua pro euangeliis ecclesia vtitur vniuersa, quasi futurorū pręcius bene sibi imprecatur, dicens. FAB. Cū emendatū per Hieronymum euangeliorum non habeat ecclesia textum, si quem de posteris Christus lux vera illuminet ad restituenda quę nobis periire, etiā in eo (quisq; is demū fuerit) erit gratia dei honorāda. BE. Hoc quippe post hac tuo sensu effecisti: si id per dei gratiā, a fructu sumi poterit argumētū: de quo suis (si deus permiserit) agemus locis.

Confutatio.

Omnia hęc (nisi humanū quid opinando patiar: super quo prudentum libentissime audire iudiciū) intolerabilem continent errorem. Non enim possum capere quonā pacto ineruditū Faber pręsumperit dicere opus scilicet biblia a milibus sanctorū, & quidē doctissimorū patrū laudatū, summa deuotione receptū: & vnice admatū. Cęcutientes fuere igitur per te Faber illi oēs, tu vnus vidisti. nō tibi (mihī crede) reuelauit deus qđ tāta humilitate & sapiētia pręditos viros (Gregoriū exēpli causa dixerim, Bedā, Isidorū, Cassiodorū, Haymonē, Alcuinū, Rabanū, Remigiū, Bernardū, Anselmū aliosq; id genus innumeros) latuerit. Hi nimirū & qui diuinū spiritū ecclesiam suā prout vult dirigēte post hos ad diuina differēda alio & humiliori stylo fuerūt excitati (qđ oīno p̄ etatis ecclesię ratione oportuit) oēs & singulas noui testamēti particulas pie sunt & catholice interpretati, nec in quavis earū impiū aliqd offenderūt: cuiusmodi fuere Guillelmus Altissiodorenū, Alexander Hallen. Thomas, Bonauētura, & cęteri laudati scriptores post Petrū Lōbardū doctore nō vulgare. Tu ne hac oīum collectione scriptorū solus vidisti limpidius? Impēssissime (sicut mihī dñs testis est) tibi pro his cōpatiēdū ausis iudico: & vix me christiana cohibet modestia ab reprehensione duriore, mirū deinde est quod nescio qua religione quasi p̄ ecclesię capite Christo dño zelans hūc in modū scripsisti.

Propositio decima.

Christum solum omnis honor decet, omnis gloria & gratiarum actio.

Confutatio.

Non est noua opus mihī in istud scribere. Respicit em̄ sanctorū venerationē, de qua puto videris quę docuit tuus primo iā & meus amicus Iudocus Clichthoueus: quibus consentaneę hoc vnū te posco verbū, vt tuo scilicet asserto concilies quod scripsit Apostolus. Et mirū q̄ scribenti tibi nō venit

Roma.ii. illud in mentem. Gloria autem (inquit) & honor & pax omni operanti bonum: Iudæo primū & Græco. & præmiserat inquiens: Reddet deus unicuique secundū opera eius, iis quidē qui secundū patientiā boni operis (querūt .i. vitam eternā) gloriā & honorē. Christus autē ipse (vt refert in euangelio sanctus Ioannes) Si quis mihi (ait) ministrauerit: honorificabit eum pater meus qui in cælis est. En teste scriptura; gloria & honor Christi membris, hoc est iustis hominibus, nō ab alterutris modo, sed a deo impeditur. quod iniuste fieri absit vt suspiceris: illis nāq; ex diuino pacto vti debita redduntur. Quomodo igitur dixeris quoue intellectu, q; solū Christū decet omnis honor, omnis gloria & gratiarū actio, tu videris: qui certe totum dicit (vt est in cōmuni puerbio) nihil excludit: honor dulci creaturæ debetur & gloria. alioquin non iuberet, dominus dicens: Honora patrem tuū & matrem tuam vt sis longeuus super terrā: et per beatum Petrum, Omnes honorate, regem honorificate. Et per Apostolū: Reddite omnibus debita: cui timorē timorem, cui honorē honorē. Qui autē creaturæ debetur honor & redditur, alterius profus secundū speciē est rationis ab honore Christo debito. Nō eū igitur dūtaxat decet omnis honor & omnis gloria. superstitiosum plane igitur fuit & manifesta fallacis demonis illusio: q; hac in re sic docendos fideles credidisti nolens cū solidā theologorū conuenire sententia, sed de his finis esto: quæ productiora q̄ decreueram exiuerunt.

Exo. xxi. i. Petri. ii. Ad ro. x. ii.

Annōtata in cōmentarios in Epist. B. Pauli ad Romanos.

Propositio vndecima.

Io. v. & viii

Cum Paulus dicit: Testis est mihi Deus, iurantis ne affectus est, non arbitrorsed asserentis. Quid est enim, testis mihi est Deus, nisi testimoniū mihi præbet Deus? Nūquid putas dominū iurasse cum dixit Iudæis, Testimoniū perhibet de me q̄ misit me pater: nequaq; sed sancte affirmat: ita & Paulus sancte affirmat cum dicit: testis enim est mihi Deus.

Confutatio.

Hæc fortassis non arguissim, q; potius quasi redolere videntur de nominū significantiis disputationem, quæ grāmaticorū partes sunt, nisi quid Fabrū (vt ita verbū Apostoli explicaret) mouerit ex dictis alibi per eum cognouissim: scilicet quia oē iuramentū illicitū falso sibi persuasit esse: de quo (si adiuuerit dominus) suo illum monebimus loco. Quod autem ad præsens negociū sufficere puto, iam eloquar. Affectu iurantis plane dixisse Apostolum, testis est mihi Deus, & ea sermonis forma re vera eum iurasse, nulli debet esse dubiū: cū ita doceant sancti doctores & ecclesiæ magistri: id quoq; literæ ratio poscat. Initio marginale glossema sic super hoc verbo loquēs, iuramentum (inquit) est faciendum in necessariis, cum pigri sunt homines credere quod vtile est. Non est iuratio in se bona: non tamen mala est cum est necessaria. Innocentius p̄terea huius nominis tertius vir cū in theologiacis & omnis disciplinæ genere peritissimus, tum meritis præclarus, in epistola vna decretali, Apostolus (ait) iurabat cū diceret, Testis est mihi Deus. & iterum: quotidie morior per vestram gloriam fratres. Quia græca exemplaria manifestissimā iurationē esse ostēderūt, hæc ille. In eo vero formatur

De iure iurādo in an. ti. ca. Et si Christus. i. Cori. xiii.

propositum: quod ex Augustino in expositione epistolæ ad Galathas, accepit Innocentius quod de Græcis addit exemplaribus. vbi & etiā libro de serdomini in monte illa cōperies. Et rursus idem August. quoniam iurat (ait) qui adhibet testem Deum diligēter considerandum est, ne contra præceptū domini Apostolus fecisse videatur, qui sæpe hoc modo iurauit cū dicit: quæ autem scribo vobis ecce corā Deo, quia non mētior. Et iterum. Deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui est benedictus in sæcula, scit quia nō mentior. Sequitur. tale est istud. Testis enim mihi est Deus, cui seruiō in spiritu meo. nisi forte quis tunc cauendā esse iurationē velit: cum per aliquid dicitur per quod iuratur, vt nō iurauerit: quia non dixit per Deum: sed dixit, testis est Deus. Ridiculū est hoc putare. Sic Augustinus. Deniq; idē accōmodatissime ad hoc loquēs: Nō vos (inquit) fallant qui nescio quomodo volentes ipsas iurationes discernere vel potius nō intelligere, dicunt non esse iurationē quando dicit homo: scit Deus, testis est Deus, & inuoco Deum super animā meam verū me dicere: inuocauit (inquit) Deum, testem fecit Deū: nunquid iurauit: qui hæc dicunt nihil aliud volunt nisi inuocato Deo teste mentiri: ita ne vero quisquis est prauus & peruersi cordis. Si dicas per Deum: iuras. Si dicas testis est Deus: non iuras. Quid est enim per Deū, nisi testis est Deus: aut quid est testis est Deus, nisi per Deū? Quid est autē iurare, nisi ius reddere Deo: sic Augusti. Vnde satis Fabrō cōstare poterit: quia huius erroris non est primarius author. Verustissimus enim est vtpote, qui ab Origene in vltima super Mattheū homilia prodit: quæ & Manichæi in hoc sunt secuti. Error itē est Valdensium. videat proinde q̄ sit erroneū secutus magistrū errans discipulus. In illis certe (iam præterierūt anni mille) etiam Fabrū erroris emulum iuste redarguit Augusti. Neq; existimet illi se sentētia haud virgeri, vel summī pōtificis Innocentiū, aut glossemate citato: quandoquidē post Petrū Lombardum, sancti doctores Thomas, Bonauentura, Reliqui quoq; omnes magistri, qui in diuinarū studio scripturarū omnem suam cōtriuērunt atatem, prædicti Augusti. sententiam vno tenēt consensu: & q; necesse sit (reiecta opinione hæretica) ad eorū redire intellectum sicuti possum Fabrō suadere, ita (fateor) persuadere (si suum nō humiliet ingenium) nequaq; valet hominū quispiam. Auscultet igitur animo bono vt declinaret in Apostolo peccatū fuisse, q; si iurauerit inuisisse putabat, literas eius ad sua trahēs vota, Apostolus (inquit) dicens: testis est mihi Deus, non affectu iurantis loquitur: sed asserentis. Idq; esse, testis est mihi Deus, quod testimoniū mihi præbet Deus, & quēadmodū Christus dicēdo testimoniū perhibet de me qui misit me pater, minime iurauit: ita neq; hic Apostolus, vt donem Fabrō: quia per illa verba testimoniū perhibet de me pater, nō iurauerit Christus: sicuti nec dicēs Iudæis. Vos misistis ad Ioānem, & testimoniū perhibuit veritati. Aut opera quæ ego facio: testimoniū perhibēt de me. Et ad Apostolos, vos de me testimoniū perhibebitis. Alio tamē verborum schemate crebro eum iurasse cōpertum satis est. Nec idem sibi volunt hęc loquendi formę. Testis est mihi Deus, & testimoniū mihi præbet Deus, & in hoc plane falsus est Faber, & sibi auscultantes falsus

Lib. i. de ser. dñi in monte, sub litera R. Gala. i. 2. Cor. xi.

T De verbis Apli sermo ne. xxviii. sub litera E.

Lib. iii. dist. xxxix.

V

Ioan. v.

Ioan. xv.

lit alioquin, sicut per scripturas certum est: ubi & quale de Christo perhibuit Ioannes testimonium ut puta Ioannis capitibus, primo & tertio, & de operibus palam faciunt hoc omnes fere euangeliorum apices. De Apostolis vero per B. Lucam in actibus? Aposto. Nos doceat oportet, ubi Deus testimonium perhibuit, & quibus: quod B. Paulus sine intermissione memoriam faciebat semper Romanorum in orationibus suis. Hoc enim sese agere Paulus ipsis iureiurando asserit, & vide o Faber (quæso) quod non admittit litera eum quem excogitasti sensum. Aplos quo sibi Romanorum animos ad eorum profectum conciliet, eis impensa assiduorum precum beneficia proponit: quas quidem preces (quod essent priuatim crebrius, & Deo soli & Paulo cognite) hominum testimonio probare non poterat. Expediebat autem hoc certo credere ipsos Romanos, quo per amorem suo adhereret doctori, eique (quod ad eorum usum scriberet) & quidem vere fideret. Hanc ob rem domini eis profert testimonium sperans, quod qui fortassis simplici non adhiberent asserto fide, per Deum iurati, haud essent increduli. Si enim verbi Aplos sensus esset sine iuramento, assertio foret simplex: cui an crederet Romanis: dubium omnino erat. Idcirco quod seipso poterat agens, in teste ad hoc roborandum vocauit Deum: quod est (vti nos satis ex patrum decretis, & ratione monstrasse quantum opus est confidimus) per Deum iurare. Siquis autem scrupulosus adhuc resultat dicens tecum, idem prorsus esse, testis est mihi Deus, & testimonium mihi præbet, non repugnare impensius: ubi ad cuiusque facti comprobationem quis alterutra verborum vteretur specie. Ceterum quod pergens dicis inventibus secunda, scilicet testimonium mihi præbet Deus non esse iurantis affectum: cum solus hoc ille nosse potest citra Deum, qui ita loquitur, quis tibi B. Aplos non iurandi habuisse reuelauit affectum? Iuramento quippe vtendum siue inculcate diuina ratio: ubi deest per hominum testimonia probatio. Non est propterea mirum, si noster saluator dum diceret testimonium suis institutis perhibuisse Ioannem baptistam, Aplos, & opera, propter quæ etiam patrem testificatum sibi asserit, non dicitur iurasse, cum de externo testimonio (vti liquet aduertenti) in præmissis loqueretur verbis.

¶ Propositio duodecima.

Quod vult Aplos in Romanis aliquem habere fructum, vt in cæteris gentibus cum Græcis tum Barbaris, hoc non sibi vult sed Christo domino, cuius est seruus. Seruus enim non sibi, sed domino suo fructificat.

¶ Confutatio.

Y Propter hæc non opere precium cæseo vt longo nos sermone, quod in scripturis innumerabiliter fere de seruo & domino deque seruitute & libertate habet, hic rete xedo fatigemus: dico proinde paucis quid in his me mouerit verbis: istud certe est: quod oino danare Faber, & sepius videt, oem Deo impensum affectione comodi hoc est pro premio seu mercede etiam spirituali & æterna cultum (de quo nobis oportune differendum erit) vnum & nequis Aplos vel pro alicuius commodis hic moueri suspicet: occurrit inquis, non sibi fructum vult sed domino suo Paulus. At quoniam non hoc: Cum & ecclie editio & ea quam se dicit Græcæ reddidisse veritati (an iuste & vere ipse viderit: Fabri nequaquam admittat commentarium) est siquidem huiusmodi B. Pauli contextus (quantum ad rem facit). Sæpe proposui (inquit Romanis) venire ad vos vt aliquem fructum habeam in vobis sicut & in cæteris gentibus, non dixit: vt fructum habeat in vobis per me dominus meus: sed habeam

inquit, quod fateor bifariam (ceu recte interlinearis expositio tetigit) accipi potest, hoc est vt fructificetis vos Romani, per meam ad vos prædicationem, vel vt ego Paulus pro vobis impenso pietatis officio premium mihi acquirere. Nepe Apostolis (referente Io.) dixerat dominus. Posui vos vt eatis & fructum afferatis, & fructus vester maneat: Quod quidem prioris expositionis respicit formam, quemadmodum illud eiusdem Io. Qui metit mercedem accipit, & fructum congregat in vitam æternam, secundam manifeste præterdit. Fallum itaque omnino reputari debet quod Faber asserit dicens. Paulus non sibi fructum vult, sed Christo. Quid enim (quæso) est fructum e re qualibet habere: nonne utilitatem seu commodum est inde percipere, aut in ea & de ea delectari, & ita melius per eam esse fructum ex ipsa habentem? Quando igitur dicit Paulus non sibi vult fructum ex Romanis, sed Christo, aut vt Christo fructum esse secundum formam qua est æqualis patri, quod est (ceu schola theologorum explicat) Christo in quantum Deus est. Si ita intendit non est hoc sapere sed plane desipere. Christo namque vt deo ex omnium creaturarum bonis neque commodum obuenit vllum, aut letitia, neque utilitas: plusque eius æterno patri aut spiritui sancto: quod dominus ipse testatur dicens. Cum feceritis omnia que præcepta sunt vobis, dicite serui inutiles sumus, scilicet domino tibi: qui bonorum nostrorum non eges. Nobis vero si que præcepta sunt fideliter fuerimus, & obcedenter executi, que maxime vtilis erimus: ita vt de seruorum ordine ad amicum & filiorum euehamur honorem, iam (inquit) non dicam vos seruos, quia seruus nescit quid faciat dominus eius. Sequitur. vos autem dixi amicos. &c. & præmiserat: vos amici mei estis si feceritis quæ ego præcipio vobis. Intelligendum maxime si ex amore iustitiæ feceritis: Qui enim mandata faciunt & corde & opere æternam timentes poenam: vno quidem modo serui dei sunt vocandi & non reiciuntur, sed laudantur in scripturis propter speratum fructum. qui vero spe felicitatis in celo consequendæ iustus audiunt: prudentes mercenarii sunt, eo laudatioris seruis, quo proximis ad filiorum accedunt perfectionem, qui eo nomine sola amoris iustitiæ ratione agunt. Et serui tamem & mercenarii atque filii, non modo sibi inutiles non sunt, sed inestimabiliter vtilis. Qui mihi (inquit) ministrat, siue vt seruus, siue vt mercenarius, siue vt filius, me sequatur: hoc est in ministerio perdurans proficiat. & ubi ego sum, illic & minister meus erit: Quid autem seruo, quid mercenario siue adoptionis filio fructuosius vtiliusve, que esse scilicet per felicitatis æternæ consortium, ubi est vnicus & naturalis dei patris filius? Si vero intellexit Faber Paulum voluisse fructum esse in Romanis Christo vt homo est: tamen hoc nomine etiam dei sit ipse seruus (vti mox dicetur) nihilo secius confitemur sacrosanctæ illi naturæ humanæ diuinitate hypostatice & inseparabiliter unitæ (cuius causa Christus ipse ecclesiæ caput est) ex singulorum bonis membrorum felicitate aduentitiam adaugeri. Verum itidem de singulis pro ratione existimandum est mebris, quod consideranti facile innotescit. His itaque paucis (quibus & possent in eundem addi plurima scopum) satis constare arbitror quod præmissimus, non admittendum scilicet quo ad hoc Fabri commentarium. Minus etiam apposite subiunctum est, seruus non sibi sed domino fru-

Io. xv.

Ioan. iiii.

Z

Ad Philip.

ii.

Luce. xvii.

Psal. xv.

Io. xv.

Ioan. xii.

A

ctificat, quasi prophana gentium seruitutis lege, Apostoli & fideles quique agantur (longe sit hinc ista cogitatio) nempe modo prorsus aduerso suas fortiuntur naturas, illi mundi potestatibus incipia facti, & Dei serui. In illis non coheret seruituti libertas, & verum est quod dicitur: quia non sibi sed domino fructificat. In his vero sicuti Deo seruire regnare est: Ita (vt inquit gloriosa virgo & martyr Agatha) summa est ingenuitas in qua Christi seruitus comprobatur: cuius agi frenis (authore de consolatione Philosophie Boetio) summa libertas est, Hinc certum est quemque perfectum Christianum esse se Dei mercenarium ea consideratione qua premium a deo sese eius gratia sperat per ministerium adipisci. Item & quonia sapius Deo obcedit affectu iustitie motus filius est rursus eo intuitu operans: quia Deus id iubet seruus dicitur, non tamen illa seruitute qua primo respicit poenam qua est incipientium nullo tamen respectu Deo utilis est quispiam. Vnde & Augustinus inquit, Dei dominatio non illi, sed nobis utilis est: ille quippe nostra seruitute non indiget, nos enim non illi ad suam, sed ad nostram utilitatem seruiamus. Nam si nobis indigeret eo ipso non verus dominus esset, cum per nos eius adiuuaretur necessitas sub qua & ipse seruiret. Et rursus idem Augustinus. Non solum pecore vel qualibet alia re corruptibili atque terrena: sed ne ipsa quidem iustitia hominis, Deum egere credendum est: Totumque quod recte colitur deus, homini prodesse & non Deo. Neque enim fonti se quisque profuisse dixerit si biberit, aut luci si viderit. Libera igitur (vt scripsit doctor ipse Augustinus) semper est nostra seruitus apud Deum: cui non necessitas seruit, sed charitas. Hunc in modum in ipso Apolo liberrima seruitus erat, & libertas seruilis, qui dixit: Cum essem liber ex omnibus omnium me seruum feci. Et vt inquit Hieronymus super illud Hieremie. Ne timeas serue me? Iacob. Paulus in principio suarum epistolarum hoc titulo gloriatur dicens. Paulus seruus Iesu Christi, & vt seruum se Christi inquit homo est veraciter fatetur. Ita & ea parte idem Christus a deitate seruus eiusdem pronunciat. Ecce (inquit per Esaiam) seruus meus, suscipiam eum: electus meus &c. Quod autem hoc de Christo sit dictum, hinc certum redditur, quia mox in litera sequitur, Deum dei spiritum meum super eum, iudicium gentibus proferet. Vbi idem Hieronymus: Non est (ait) mirum si seruus vocetur factus ex muliere factusque sub lege. Qui cum in forma dei esset, humiliavit semetipsum formam serui accipiens. Nec modo Christus ipse in scripturis secundum assumptam serui formam diuinitatis seruus dicitur: verum quoque & miserorum peccatorum. Audi eum per ipsum Esaiam loquentem. Seruire (inquit) me fecisti humano generi sub Iacob nomine loquitur, in peccatis tuis. Hoc est pro eorum expiatione, passione & morte mea tuis comodis consulens tam duram subii seruitutem. Et haec firmat solidissime qua scripsimus, Apostolici ministerii curas Dei lucris non cedere, aut Deo fructificare: sed eidem Paulo & quibus ipse proderat: quod & alia consideratione aperiri potest, Beatus Augustinus, In domo (inquit) iusti uiuentis ex fide & adhuc ab illa coelesti ciuitate peregrinantis, etiam qui imperant seruiunt eis quibus videntur imperare. neque enim dominandi cupiditate imperant: sed officio consulendi: nec principandi superbia, sed prouidendi

mercedi misericordia. Videat igitur Iacobus Faber quod inaduertenter huic spirituali & sancte quin & liberrime seruituti accommodat, quae necessarie & coacta, ac propterea onerosae & odiosae gentium competunt seruituti. De qua eorum (fatetur) leges decernunt: quia qui istiusmodi conditionis misere serui sunt: non sibi sed domino acquirunt.

Propositio decimatertia.

Cum dicit Paulus. Non enim auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur: non intelligendum quod ex operibus iustificari posse. neque enim dicit Paulus. Factores legis iustificatur, sed iustificabuntur. Non enim opera iustificat quod: sed opera si bona sunt praeparant ad Dei iustificationem suscipiendam.

Confutatio.

Hic suis Iacobus dictis derogare humanis cepit operibus: nescio qua in Deum minus cauta pietate ductus. Percutari forsitan quis posset cur incauta eum ductum pietate audeam scribere: causam ille audiat. Cum varios scripturae locos primo occursum quasi maxime pugnantibus Faber secum videret: etiam in presenti negotio. Quales vna ex parte sunt: quod dicit Apostolus. Factores legis iustificabuntur. Et quod Beatus Aplos Iacobus scribit dicens. Qui prospexerit in lege perfectae libertatis & mauerit in ea, non auditor obliuio factus, sed factor operis: hic beatus in facto suo erit. Et rursus idem Abraham pater noster, nonne ex operibus iustificatus est: offerens Isaac filium suum super altare &c. & sequitur, Videtis, quonia ex operibus iustificatur homo & non ex fide tantum. Et in hanc sententiam sunt in sacris literis multa. E diuerso legebat in sancto Paulo. Arbitramur iustificari hominem per fidem sine operibus legis, Nam ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram illo. Galatis etiam scribens, ait. Scientes autem quia non iustificatur homo ex operibus legis: nisi per fidem Iesu Christi, Et rursus. Nos in Christo Iesu credimus vt iustificemur, ex fide Christi & non ex operibus: propter quod ex operibus legis non iustificabitur omnis caro. Simile quoque scribit ad Ephesios dicens. Gratia estis saluati per fidem, & non ex vobis: cum aliis pluribus ad alios, quae idem praetere omnino videbantur. Item & de peccatorum remissione qua vno modo iustificatur homo, Legitur, Deum dixisse. Ego sum qui deleo iniquitates tuas, quasi dicat. Deum, & non alius. Dauid proinde ad deum solum, & non ad summum, aut inferiores sacerdotes conuersus dicebat, Tibi soli peccaui, Dele iniquitatem meam, & iterum. Omnes iniquitates meas dele. Quibus scripturae documentis imbuti Scribae legis doctores & Pharisaei: cum primum Christum (quod eum errantes purum opinabantur hominem, & nequaquam Deum) Paralytico (quem salutis eius solliciti procuratores per domum tectum in qua dominus turbis praedicabat, reuulsis tegulis suo iacentem grabato, in omnium conspectu ante dominum demiserat) audierunt dicentem. Fili dimittuntur tibi peccata tua. Pro constanti se putantes ex lege habere, quod solius Dei est peccata remittere, seu delere: cogitauerunt intra se dicentes. Quis est hic qui loquitur blasphemias? quis potest dimittere peccata nisi solus Deus? Et beatus Iacobus dicit. Vnus est legislator & iudex, qui potest perdere &

Lib. viii. de ge. ad literam, ca. xi. parte operum, v.

Li. x. de Ciuitate, cap. v.

Li. de vera innocentia, cap. cxxiii. pte operum. ii. Ad Cor. ix. Hierem. xxx.

Esa. xlii.

Ad Gal. iiii. Ad Phi. ii.

Esa. xliii.

Li. de Ciuitate Dei, xix. ca. xv. in fine.

Ro. ii.

Iaco. i.

Ca. ii.

Ad Ro. iiii.

Ca. ii.

Ca. ii.

Esa. xlii.

Psal. i.

Matth. ix.

Marci. ii.

Luce. y.

Ia. iiii.



Eze. xviii. liberare. quasi dicat: vnicus, & non plures. Ex aduerso autem sacris in eisde literis legebat. Cum auerterit se impius ab impietate sua qua operatus est, & fecerit iudicium & iustitiam: ipse anima suam viuificabit. Item dixit spiritus sanctus per Thobiam. Eleemosyna ab omni peccato & a morte liberat. & per Sapientem. Quæsiuit (ait) omnes nequitias: vsq; dum perueniret ad illos, scilicet Hebræos, defensio: & ab omnib; peccatis liberauit eos. Vbi ad litera de Cyro principe loquitur textus. Per Ezechielem autē aperte de homine loquens, Si dicete me (inquit) ad impiū, morte morieris. &c. sequitur. Ipse quidem in impietate sua morietur: tu autē animam tuam liberaſti. Et rursus eodem loquendi genere eidem dicit speculatori: Porro tu animā tuam liberaſti. A postolus insuper Corinthiis, Notum (inquit) vobis facio euāgelium quod prædicauī vobis, quod & accepistis: in quo & statis. sequitur, per quod & saluamini. Cui consentanee Beatus Iacobus, Suscipite (ait) inſitum verbum: quod potest saluare animas vestras. & iterum alibi. Oratio fidei saluabit infirmū. & rursus. Qui conuerti fecerit peccatorem ab errore vię suę, saluabit animā eius a morte. Quando inquā Faber (qui scripturas explicandi officium cogente nemine, sed vltro subiuit) inter duorum, quæ in citatis ex aduerso sententiis apparent, dogmatum vt videtur non coherentium angustias se pressum cerneret: a quibus emergere non datur cuiq; nisi per multiplicis resolutionem: incaute dico Fabrum mordicus (vt ait) alterum extremorum tenuisse: vt simpliciter reuiceret quos sacer scripturę textus admittit eisdeq; vtitur, loquendi modos. Nemo (ait) ex operibus iustificari potest. non enim opera iustificat. Vnde fit illico nemine se se viuificare secundum animam, nec a morte liberare se posse, & ab omnib; peccatis: Et per nihil hominem posse, nisi per Deum saluari. Cui olim damnata, sed iam per Fabrum reuocata assertioni repugnantes dicimus: Scripturas sanctas, qui ita loquitur, euacuat, falsi eas criminatur: quod blasphemiam manifeste sonat. Porro enunciant ille, Hominem per legis opera iustificari, beatum in suo facto esse, & ex operibus Abraham iustificatū. Videtis (inquit) Iacobus, quia ex operibus iustificatur hō. Et rursus asserunt ille, speculatorem domus Israel, id est ecclesię, si non cessat populo clamare quod mādāt deus, animā suam liberare: & eleemosynę ab omni peccato & morte liberare dicuntur. Euangeliū præterea orationē & fraternā correctionē saluare hominē plane docet. quę omnia (& si per citatos eiusde scripturę locos liquido cunctis explorata possunt esse) respuit tñ. nō vult simpliciter (dicit) Paulus hominem per opera iustificari: nequaquā opera iustificat hominē. Quid vis Fabro dicā: aut quid nobis resultando cōtra potest obtēdere: omnia (nec est hestandū) quæ pro eius votis tanq; militarent: etiā in campum de scriptura produximus. Lego (inquit) quia solus Deus iniquitates delet, q; ex operibus legis non iustificatur homo: & alia quę in hanc citata sunt parte. Ceterū quid inde poterit cōponere: scripturas ne (vbi p eius sententia videntur facere) veras esse fatebitur: vbi vero tota (vt dicitur) diametro discrepāt refellendas censebit: Nō eo vsq; delirat Faber, vt hæc psumat. Nō ergo debuit pfecto q; iam ad piā erant per scōs primo &

deinde p scolasticos doctores reducta cōcordiam scdm verū spiritus sancti intellectum: suo sensu de virtutis semita (quæ in medio consistit) ad diuerticulum delirando reducere. Nō hæc scribens, o Iacobe memor eras, Christum dominum ecclesię prælati eorum patres Apōs compellans dixisse. Quorū remiseritis peccata remittuntur eis: & quorū retinueritis retenta sunt. Quis est hic (dicebāt Scribæ & Pharissæ) qui loquitur blasphemias: quis potest dimittere peccata nisi solus Deus: Illis plane & tibi quoq; & quibuslibet in hoc tecum scrupulosius (ne quid durius dicatur) agētibus respondemus. Deus suo modo solus remittit peccata, a morte liberat, & perditum saluat hominē: hoc est autoritate summa & a nullo pendete. quia scilicet ad hoc nullius indiget: nec nisi ex misericordia vtitur ministrorum adiniculo. Remittit & delata sibi a Christo potestate (cui pater dedit omnne iudiciū) ecclesię prælati. & qui hoc inficiari præsumit, Christū ipsum facit mendacem, qui ait: Quorum remiseritis peccata, ministerio scilicet indulto & concessa autoritate: remittuntur eis a Deo, qui probat in cœlis, quod fideliter in terris charismatum illius dispensatores exequantur: Quibus & pollicitus est dicens. Quæcūq; alligaueritis super terram, erūt ligata etiam in cœlo: & quæcūq; solueritis super terram, erūt soluta & in cœlo. Se etiam a peccatis liberat & morte homo, & animā suam saluat per iustitiæ opera: aut fallit nos scriptura dicens. Eleemosyna a peccatis & morte liberat: & qui conuerti peccatorem fecerit ab errore vię suę, saluabit animam eius a morte. Vide iam cōsequens ne est ad hæc q; per opera (sicut dicit Beatus Iacobus) iustificatur homo: consequens omnino certe. Hanc ob rē in veritate tibi dico, quia quod in scriptura multiplex est (nescio quo spiritū actus) indistinctum prætereire voluisti: tibi haud paruam peperit confusionem. Omnes etenim scripturæ sacræ tractatores, scientes q; seipsam illa per se explicat: vbi offenderunt secundum literæ primā faciem locos discrepantes, omni quæsiuerūt humilitate quo modo cōuenientiam quā illi inesse fide tenebant, aliis patefacere possent. nec erubuerūt interdum æquiuocum resoluendo, eiusdem articuli plures proponere sensus: nequaquā tamen a pietate abhorrentes. Vos autem (vti videmus) vestris perpetuis & nō fractis orationibus vnicum in scripturis admittitis & prosequi cōtenditis sensum. At quo vos hæc perduxerit nouitas: vtinam & vos reiecta singularitate, simplicioribus oculis intueamini. Neq; existimes (te precor Iacobe) nihil esse periculi, dum quis vnū (quem aliqua scripturæ particula prætereire videtur) sensum pertinacius sequitur. Verbi causa, istud quod ex Apostolo præmisimus. Credimus vt iustificemur ex fide Christi, & non ex operibus. Dāna bilis vtiq; pertinacia semper est. Ex verbis autem illis & similibus Apostolus tantū volebat ad conuersionē infidelium, ad legem Christi nouā, legis opera vel humana quæcūq; nullatenus esse prærequisita: nec tum posse infidelem siue pagānum siue Iudæū per opera ante piā de Christo fidem habitam, iustum esse: ad quod gratia Dei vocans & præueniens: & ideo mere gratis data dicitur, cum fide sufficiebat. quæadmodum in se expertus est ipse Apostolus, qui cōtra propria merita vocatus est, Augustino teste: qui ait:

Ioan. xx.

Matth. ix.  
Mar. ii. &  
Luca. v.

Ioan. v.  
Ioan. xx.

Matth. xviii.

Iaco. v.

G

H

Ad Gal. ii.

Lib. de gratia & libe. arbi. ca. vii. pte op. viii

Apostolum Paulum certe inuenim⁹ sine vllis meritis bonis, immo cū multis meritis malis, Dei gratiā consecutum, reddētis bona pro malis. Hostis itaq; Dei cum actu foret Paulus: eius nihilo secius praueniētē suscepit gratiam, qua bene vtens & proprio liberi arbitrii sui opere se humiliās, dixit: Domine, quid me vis facere? Qui igitur ex illo Apostoli verbo (ceu tu omnino videris contendere fieri) pertinacius docet nequaquam per opera iustificari hominem: damnandus is plane est, quia contra scripturam loquitur, quae dicit. Videtis quia ex operibus iustificatur homo. Qui vero contra non posse aliter iustificari hominem predicaret, quam per opera: itidem ille damnandus, quia contra scripturam Apoli loquitur dicentis. Credimus vt iustificemur ex fide Christi, & non ex operibus. Cur tam varie inquis: quo modo iuste damnari potest, qui scripturam tenet, & predicat quod docet Apostolus & scripsit: per opera scilicet hominem haud iustificari. Audias obsecro. Olim per ecclesiam, quod hic scribimus factitatum fuisse, est satis copertum. Sanctum Isidorum Hispalensem legimus in Catalogo haereticorum, quem collegit (vti putamus) ex Epiphanio, Philastro, Augustino, & ecclesiae actis, hunc in modum scribentem. Collitiani haeretici a quodam Collitio nominati fuerunt: qui dicunt Deum non facere mala, contra illud quod scriptum est, Ego dominus creans mala. & sequitur. Floriani a Floriano: qui e contrario dicunt Deum creasse mala, contra hoc quod scriptum est: Fecit deus omnia bona. En damnat ecclesia dicentes Deum non facere mala, damnat quoque dicentes Deum creasse mala. An forte non sunt idē facere & creare? Idē profecto sibi volunt omnino hoc in negotio. Quid igitur dicēdū: id sane quod & tibi dictum cupimus & intellectum: videlicet multiplex pro scripturarum sana intelligentia, cum loca occurrunt quae aperte secundum literam dissonant (cuiusmodi sunt pro hac re citata per nos in superioribus), ubi quaerendum esse, & distinguendum. Alioquin homo qui hoc negligit: crebro eum sequitur sensum, quem non voluit literarum diuinarum author spiritus sanctus: qui non est dissonantis Deus: vt secundum eandem intelligentiam per sanctos Paulum & Iacobum scribi fecisset, quem palam pugnare videntur. Et simile ferendum est iudicium de aliis praemissis scripturae locis, aliisque innumeris, quae secum stare & cohaerere adinuicem secundum corticē minime possunt. Qui itaque suo sibi coplacens ingenio indefinite, seu in vniuersum capit, quod Dei spiritus vult definite & secundum partem, aut alias contra eundem spiritus sensum trahit scripturas: inter haereticos est connumerandus. quod beatus Hieronymus his docuit verbis. Quicumque aliter scripturam intelligit quam sensus spiritus sancti flagitat, a quo scripta est: licet ab ecclesia non recesserit, tamen haereticus appellari potest: & de carnis operibus est eligens quae peiora sunt. Si itaque Apostoli verbum quo ait, Factores legis iustificabuntur: contra eius intellectum ad alienum detorseris sensum, dicens nequaquam illum voluisse quempiam per opera iustificari posse: ex praescriptis vales si voles errorem tuum conuincere. Et quoniam in hoc (ceu in aliis compluribus) haereticum Lutherum es secutus, vel ille te: non opus est ad huius illi & tibi communis erroris confutationem me particularius in-

Lib. viii. E  
thi. ca. v. &  
Gratianus  
renarrat,  
xxiii. q. iiii.  
cap. Quidam  
autem.  
Esaie. xlv.

Gene. i.

i. Cor. xiiii.

Super epi.  
ad Gal. ca.  
vii. Et tran  
scrip. Gra  
tiani. xxiiii  
q. iiii. capi.  
Haereticis.

cumbere, quae iam doctissimi viri & nostrates & alienigenae, efficacissimis ipsum eliminauerunt armis. Duntaxat hanc finiens causam dico, ex adiectis per te pro huiusmodi assertionis incaute fundamento, recte illius perceptio nem posse confici. Nepe cum hoc scripsisset Apis ad verbum: factores legis iustificabuntur, & tuo non congrueret stomacho; id quod plane praetendere verba videntur, hominem scilicet ex operibus aut per opera iustificari posse: dicit illud nullatenus beatum Paulum velle. quod vt mostrēs, Neque enim (ais) dicit Paulus, factores legis iustificantur, sed iustificabuntur: tanquam diceret: si ita Apostolus scripsisset, factores legis iustificatur: in illius confiterer verbo quod per opera iustificatur homo. & dialecticam non attendisti regulam, quae explicat (non dico facit) assertionem de futuro veram esse non posse, quae vna de presenti non est habitura veram. Nisi dubio procul haec assertio (qua reuicēdam contēdis) factores legis iustificantur, aliquando vera fuit: falsum Apis (quod blasphemum est etiam cogitare) scripsit, dicens, factores legis iustificabuntur. alterum siquidē sine cotrouersia fit ex altero. Praeterea loquēdi per futurum tempus forma, plus multo aduersari tuae videtur sententiae, quam ea quae de presenti detrectas. Dicendo enim, factores legis iustificabuntur: magis inuere videtur Apostolus, legis obseruantiam necessariam fuisse, vt post illum homo iustificetur: quam si modo presenti diceret, factores legis iustificatur. Sat siquidē ad huius verificationem esset: legis opera iustificationem comitari. Denique id quod fateris, scilicet quod opera si bona sunt praeparat ad Dei iustificationem suscipiendam: pro modo enunciandi & philosophico & civili necnon theologorum efficit quod tu inficiaris, quae enim subiectum quodlibet disponunt ac praeparant, vt in illud producat forma, quae absque tali praeparatione haud generaretur: illius plane dicitur causa, quae ea sua ratione producant. Huiusmodi autē praeparatiua siue dispositiua, ad efficiētis causae generari reduci, nemo non admittit. Probe igitur ex hoc. Opera bona praeparat faciētem ad iustificationem suscipiendam: colligitur, per opera iustificari hominem. quod theologi intelligendum esse docēt dispositiue siue praeparatiue sicut dicit, aut meritorie. Et secundum hunc sensum accipiuntur scripturae superius ex Thobia, Ezechiele, Paulo, Iacobo, & caeteris per vos citatae. Haud dubie ergo tenendum est & docendum: quod Deus iustificat homines, fides iustificat: homo iustificat, opera iustificat. qui autē propterea quod fides non eo modo quo Deus iustificat, neque homo, neque opera: pertinacius agēs locutionem hanc de Deo admittit, vel de fide, de homine vero & operibus reuicē: eum plane errare factis praecedētia conuincere puto: quibus nec obstare valent, quas de sole oculum illuminante, & pupillae reuelatione, profers analogias. Quibus praetermissis ad periculosiora quae scribis subinde, accedo.

Propositio decimaquarta.

Operum iustitia est: & qui adimplet ea quae Deus mandat, iustus est. Sed haec iustitia (vt ea de qua loquuntur Philosophi) non est nisi quaedam eius (de qua loquitur Paulus) diuinae iustitiae perexilis umbra. Et ex opposito etiam opera mala nullos faciunt extreme miseros, sed praeparant ad extremam exteriorum tenebrarum miseriam.

Confutatio.

Quid hic Iacobus suo nouo theologia docendi modo velit, si peritorum a  
 liquis vrgeret illū vt clarius explanaret: forsan quæ edicere conaretur, pa-  
 rum cū veritate & secū hererēt. Triplicē hic nobis primū proponit iustitiā.  
 vnam operū: quibus adimplet homo quæ Deus mādat. aliā de qua Philoso-  
 phos fuisse locutos testatur. tertiā vero diuinā vocat: de qua & locutū fuisse  
 se Ap̄lm pronūciat. Hoc ego in primis eū flagito, quēnā harum triū suarū  
 iustitiarū est illa de qua Christus ad Ap̄los dixit: Nisi abundauerit iustitia  
 vestra plusq̄ Scribarū & Pharisaorū, non intrabitis in regnū celorum. &  
 iterum: Videte ne iustitiam vestrā faciatis corā hominibus. aut illa de qua  
 Ap̄ls ad Corin. Augebit, inquit, incrementa frugū iustitiæ vestræ: Dicat pre-  
 cor num iustitia hæc, quā innuit dñs necessariā ad regni ingressū: & illa de  
 qua Ap̄ls loquitur, merito diuina dici debet, & est: quis hoc ibit inficias: est  
 tñ operū. Nisi inquit abūdauerit iustitia vestra &c. Eo sane cōminatorio ser-  
 monis genere, ad qd Ap̄los & eorū successores in pp̄li regimine p̄latos, ex-  
 citatos vult dñs & prouocatos: nisi ad mādatōrū & cōsiliōrū obseruatiām:  
 quæ autē a diuinis proficiscuntur virtutibus opera, fide videlicet, spe & cha-  
 ritate: cur nō dixerimus diuina? ¶ Non ferunt exiguæ vires nostræ vt iā ap-  
 posite expendamus hic quæ de immēso iustitiæ cumulo post diuinas literas  
 sacri disseruerunt doctores. Quod fateor, pulcherrimū foret: At nobis pro  
 nostra p̄cunriā id multū reputamus: si q̄ poterimus paucissimis, eorū quæ  
 in Fabri scriptis veluti minus recta signauimus, cur id egerim⁹ causas pro  
 feramus. ¶ Dico itaq; Opus humanū quodcunq; secundum circūstantias  
 quas per rationis lumen in moralibus inuenere philosophi, factū: si in Deū  
 referatur, quēadmodum per Ap̄lm fieri mandauit, cum dixit: Siue mandu-  
 catis, siue bibitis, vel aliud quid facitis: omnia in gloriam Dei facite. & rur-  
 sum: Omne quodcunq; facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine domi-  
 ni nostri Iesu Christi facite. iustitia est qua adimplet homo quæ Deus man-  
 dat, aut fieri monet vel cōsultat. Et ita operū iustitia est & diuina, hoc est Dei  
 gratia facta: quēadmodum contra Pelagianos locis probat Augustinus q̄  
 plurimis. ex his scilicet & innumeris aliis scripturæ locis: Sine me (inquit  
 per Ioan. dominus) nihil potestis facere. & prius dixerat: Non potest homo  
 quicq; nisi fuerit ei datū desuper. Apostol⁹ vero: Quid habes (inquit) quod  
 non accepisti: si autē accepisti: quid gloriaris quasi non acceperis? Item ad  
 eosdem. Nō quia idonei sumus cogitare aliquid a nobis quasi a nobis (hoc  
 est non cooperante vt primo authore domino) sed sufficiētia nostra ex Deo  
 est. Ad Romanos autē. In omnibus superuincimus per eum qui dilexit nos.  
 Quæ scripturæ noui testamenti verba, & cetera in eandē sententiā non pau-  
 ca, quæ iam nō occurrunt: in illo Dei sermone ad populum Hæbræum per  
 Moysen, radicē habent. Non dicas (ait) in corde tuo: fortitudo mea & po-  
 tentia manus meæ fecit mihi virtutem magnā hanc: sed memoraberis domi-  
 ni Dei tui: quia ipse tibi dat fortitudinem facere virtutē. Cū igitur per hanc  
 operum iustitiā, quam diuino munere facit homo fidelis, adimplendo quæ  
 Deus mandat, æternū mereatur prēmīū: domino dicēte: Si vis ad vitam in-

Matth. vi.

2. Corin. ix.

1. ad Cor. x.

Ad Col. iiii.

Ioan. xv.

Ioan. iiii.

1. ad Corin. iiii.

2. ad Corin. iiii.

Ad Roma. viii.

Deutero. viii.

gredi, serua mandata: diuina omnino dici debet. Si autem per Philosopho-  
 rum iustitiam Faber intelligi velit opera externa quæ honesta videntur, &  
 moralium effectus virtutum: cum tamē idcirco minime sint, sed vitiōrū, q̄ in  
 vnus Dei gloriam non dirigitur: & eam ob causam nequaq; in illius ocu-  
 lis (qui solus nouit corda filiorum hominū) iustitiæ deputantur: cum eo fa-  
 remur, huiusmodi exteriorum operum iustitiā nō esse veram, sed certe neq;  
 per quā adimpleat homo quæ Deus mādat. Quod nō semel scripsit Augu-  
 stin⁹: sed semel sit satis pro desiderata breuitate eum huic vocasse. ait ergo.  
 Omnis infidelīū vita peccatū est, & nihil est bonum sine summo bono. vbi  
 enim deest agnitio veritatis æternæ & incommutabilis, falsa virtus est  
 etiam in optimis moribus, hoc est q̄tumlibet iustum apud homines cēseatur  
 opus: vt esset patriæ aut innocentum defensio non propter Deum saltē me-  
 diate facta: & quicquid egerunt optimi etiā Romanorum principes infide-  
 les, de quibus vere dixit dñs, Quia receperunt mercedem suam. Si vero ali-  
 ter Faber loquitur: videat an iuste. Pro eo autem quod creberrime idē do-  
 ctor Augustinus asserere videtur: hominē videlicet sine Dei charitate aut  
 gratia recte agere nullatenus posse, contra eosdē Pelagianos, quēadmodū  
 sit accipiendū, tandē argutis rationibus ipsorū Pelagianorū pressus decla-  
 rat perspicue, dū in libro de patientia fatetur posse in hæretico aut schisma-  
 tico (quos certū est ex charitate quæ gratum Deo reddit habentē non ope-  
 rari) esse laudabilē patientiā, & quæ Dei donū est, multaq; in peccatoribus  
 talia comperiri facta, recte & ex Dei gratia gratis data. qualia re vera sunt  
 quæcūq; in mortali vno aut pluribus existēs homo facit, vt inde liberetur:  
 & alia etiā quæ quis proxime ad peccatorū suorū obtinendam non dirigat  
 absolutionē, propter Deum tñ agit, quem fide nouit, & per ea nulli obuiat  
 precepto. Huiusmodi autē opera (quæ theologiæ schola probe vocat mora-  
 liter bona, & ne venialia quidem peccata: nō tñ dicit esse meritoria scilicet  
 vitæ æternæ, sed aliorū dūtaxat bonorū) per pulchre ibidē cōfert Augustin⁹  
 muneribus quæ filiis concubinarū dedit Abrahā, quos in præcipuis bonis  
 hæredes habere noluit. qua de re ita habet Geneleos textus. Dedit Abrahā  
 cuncta quæ possederat Isaac: filiis autē cōcubinarū largitus est munera, &  
 separauit eos ab Isaac filio suo. E quib⁹ Augustini verbis liquido cōstat ip-  
 sum, cū dicit hominē absq; charitate aut gratia Dei bene agerē nō posse: nō  
 intelligere nisi de gratia q̄ gratis dari dicitur: id est citra omne meritū: non  
 autē de gratia gratū Deo faciente, q̄ proprie charitas dicit esse, de qua qui  
 dē proclamat Ap̄ls dicens. Si distribuero in cibos pauperū oēs facultates  
 meas, & si tradidero corpus meū ita vt ardeā: charitatē autē non habuero:  
 nihil mihi prodest, scilicet ad æternæ beatitudinis cōsecutionē. Sed iā videā  
 mus, verū ne est qd Faber subnectit dicēs. Qui adimplet ea q̄ Deus mādat,  
 iustus est: Sed hæc iustitia non est nisi quēdā eius (de qua loq̄ Paulus) diui-  
 nę iustitię perexilis umbra. Ecce tāq; vnica esset diuina iustitia, de qua loq̄  
 Ap̄ls: nos hic doces. Et qm̄ (vt p̄misi) impar ego sū tāto negotio, quo scili-  
 cet oēs resoluī iustitię ramī aut species possent: hic solū ipsum Fabrū (vt de  
 paucis agam) rogo vtrū eadē sit diuina iustitia numero, de qua Romanis

Paralip. vi.

Particula  
 cviii. de ve-  
 ra innocē.  
 pte op. xi.

Matth. vi.

Cap. xxvi.  
 xxvii. &  
 xxviii.

Ca. xxv.

1. ad Corin.  
 xiii.

S

Ad Ro. i. scripsit Beatus Paulus dicens. Iustitia enim Dei in eo, scilicet euangelio, reuelatur ex fide in fidem. & rursus ibi. Qui. s. peccatores cum iustitia Dei cognouissent: non intellexerunt &c. item. Sine lege iustitia dei manifestata est. & iterum, Serui facti estis iustitie. &c. Item & de qua Corinthiis loquens, Christus (inquit) factus est nobis iustitia. & rursus: Eum qui non nouit peccatum, pro nobis peccatum fecit Deus, ut nos efficeremur iustitia Dei in ipso. Rogo preterea si diuina est iustitia, de qua pariter scripsit ipse Ap[osto]lus dicens: Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam. & quod premissimus, Augebit incrementa frugum iustitie vestre. Item Timotheo: Secta re iustitia. & iterum. Omnis scriptura diuinitus inspirata utilis est ad erudendum in iustitia. & ubi de se loquitur dicens. Reposita est mihi corona iustitie. Si diuinam fatetur Faber, quare pergo, eadem ne est cum illa cuius precedentes scripture particule memineret? Ceterum a Fabro cur hec postulo, qui super primo citato verbo, scilicet iustitia Dei reuelatur in eo, sic exp[re]sse ait: Iustitia Dei Christus d[omi]n[us] est. Manifestum autem puto per id quod secundo loco dicit Ap[osto]lus, scilicet. Qui cum iustitiam Dei cognouissent: ipsum de Christo non esse locutum. Illi siquidem quos asserit Dei iustitiam cognouisse: nequaquam cognouerunt Christum. Quo fit ut aliam Dei iustitiam de qua in priori loquitur verbo Ap[osto]lus, oporteat esse ab ea, de qua in posteriori. Vnde nec illud Faber de Christo exponit. & facile identidem de ceteris adductis locis monstrari posset, aut eorum compluribus. Quid vult ergo Iacobus faciat lector de suo dogmate, quo ait, Iustitiam qua homo adimplet quam mandatur Deus, diuinam iustitiam de qua loquitur Paulus, umbram esse perexile? Ecce non tamen Deum qui iustitia est increata (de qua exponi debet quod legislator dixit. Iustitia est constans & perpetua voluntas ius suum unicuique tribuens: & de qua Dauid. Iustus dominus & iustitias dilexit: & alia in eandem sententiam innumera) diuinam iustitiam dicit Ap[osto]lus: sed & Christum ut homo est. Quin & nos Dei iustitiam vocat: ut nos inquit efficeremur Dei iustitia. Sed & fidem, spem, atque charitatem theologas, id est diuinas virtutes (per quas Deus hominem de legis sue necessitate re ipsa iustificat, hoc est de iniusto facit iustum) diuinam appellat sanctus Paulus iustitiam. Vnde ergo sibi suavit Faber, ut tanquam de vnica & vniuocae loqueretur Paulus, & diceret. Iustitia qua adimplet homo quam Deus mandat, umbra est perexilis diuinam, de qua loquitur Ap[osto]lus? Verum cum de tertio per nos exp[re]sso diuinam iustitie modo, hoc est theologiarum virtutum communicatione, magis loqui putari possit, quas certum est ad iustitiam operum (qua scilicet homo adimplet que mandat Deus) concurrere, augeri que per quodcumque opus tale: alioquin non posceret dominum ecclesia dicens. Da nobis domine fidei spei & charitatis augmentum. quid noui tuo nobis theologizandi modo afferat, viderit: diuini Augustini sermonis memor, qui in libro de gratia Dei contra Pelagium, illud Ap[osto]li ad Philip. tractas. Ut inueniar in illo non habes mea iustitia que ex lege est, sed ea que ex fide est Iesu iustitia ex Deo: discrimen assignat inter hominis iustitiam, & illam que ex Deo, his verbis. Tantum inter legem distat & gratiam: ut cum lex non dubitetur esse ex Deo: iustitia tamen que ex lege est non sit ex Deo: sed iustitia que

Iustinianus  
li. i. Insti.  
Pal. x.

Parte ope.  
xviii. ca. iiii.  
Philipp. iiii.

V

per gratiam consummatur, est ex Deo. quia ex lege iustitia dicitur: que fit propter legis mandatum. Iustitia ex Deo dicitur, que datur per gratie beneficium. hoc est dum agit homo non poenae legis formidine, & seruiliter: sed ex charitate libeter. preceptum quippe liber facit, qui libes facit. Vnde liquido colligitur quod premissum est: videlicet opus de se bonum, sed sine sinistro factum: iustitiam diuinam non esse, sed hominis, de qua locuti sunt gentilium Philosophi. Opus autem omne quod homo recte facit, hoc est secundum omnem, que necessaria est, circumstantiam: per quod adimplet que mandat Deus: ex Deo est, & Dei est iustitia. Quod eodem lib. firmat idem Augustinus. inquit. Fidelibus & pie viuentibus additur gratia, qua resistat fortiter tetatori: cum tamen gratia etiam primitus accepissent, ut Dei faceret voluntatem. Et Iulianum haereticum datam Pelagiana compellans, Noueris (inquit) non officiis sed finibus a vitiis discernendas esse virtutes. Officium est quod faciendum: finis propter quod faciendum est. Cum itaque facit homo aliquid ubi peccare non videtur, sed non propter hoc facit propter quod facere debet: peccare conuincitur. Sic ille. In quo luculenter hominis iustitia quae re vera solum iustitiae est imago, a Dei iustitia que in homine est discernitur, & paucis. Ad quod iterum addit paulo post dicens. Vere virtutes Deo seruunt in hominibus, a quo donantur hominibus? Pro rei huius autem summa scire oportet: esse non posse in homine Dei iustitiam seu virtutem (idem sane sibi, hoc in negotio volunt duo haec verba) nisi duplicem, in genere loquedo. Prior est quam Deus in animam se solo creando imittit: cuiusmodi sunt virtutes ille tres diuinae, fides, spes, & charitas, & si quae aliae sunt infusae, ut nonnulli pie de spiritus sancti donis credunt. & haec omnes se per habitum modum habent, permanentque in anima etiam nihil profus agere: ut in pleno somno, & paruulis baptisatis. Posterior vero est quam cum ipso homine Deus operatur in homine, cum prioris iustitiae, id est infusorum habituum consensu. quod aliud omnino esse non potest nisi (ut dictum est) collectio operationum hominis fidelis laudabilium, & inde genitorum habituum: qui recte virtutes vel iustitiae acquisite dicuntur, sicut & operationes ipsae. non quod earum non sit author Deus: quia de eis loquens dicit Ap[osto]lus. Deus est qui operatur in vobis & velle & operari pro bona voluntate sua. sed quia rationis studio & conatu voluntatis Deo obtemperans & cooperans libere & delectabiliter homo ea sibi parit, propter quae vere laudem meretur & praemium. Ea itaque parte qua haec a libero hominis proficiuntur arbitrio: merita sunt quibus secundum veritatem merces debetur aeterna. Ea vero, qua a Dei misericordia excitante, & tam per predictos habitus infusos, quam alias coagente procedunt: Dei dona dicuntur. Et proinde scripsit Augustinus in Enchiridio dicens. Vitam aeternam (que certa merces est operum bonorum) gratiam Dei appellat Ap[osto]lus: cum ait. Stipendium peccati mors: gratia autem vita aeterna. & paulo post. Intellegendum est igitur, etiam ipsa hominis bona merita, esse Dei munera. quibus cum vita aeterna redditur: quid nisi gratia pro gratia reddatur? Ex his (que certa cuique esse debent) intueri si vult Faber valet, quae arbitrarie & gratis nobis iustitiarum differentiam suo more praescribendo, dixerit vna esse operum, aliam Philosophorum, & diuinam tertiam: nihil discernens inter

Ca. xxii.  
Parte ope  
viii. lib. iiii.  
cap. iiii. sub  
litera E.

X

Ad Phi. ii.

Parte ope  
viii. c. vii.  
Ad Ro. vi.

## Natalis Beda In Iacobi Fabri Commentarios.

primam & secundam: sed utraq; diuinæ solum esse umbram perexilem. Porro ex præmissis liquet vel tardioribus, iustitiam quæ Philosophorū ille vocat, haud verā esse. Idcirco umbrā perexilem veræ iustitiæ hominis fidelis, q̄ & diuinā per superius dicta vocari debet, & iure optimo dici potest. Iustitiā autē operum qua fidelis homo adimplet quæ mādāt Deus (quod vt docuit Augustinus post B. Paulum, non contingit, nisi cū ex toto recte operatur) cur diuinā umbrā vocauerit, miramur. quando (vt deductū est) nihil prorsus aliud prætere hinc potest, nisi q̄ diuinā a solo Deo in hoīe fit, quæ est infusæ virtutes. & iustitiā operū, qua adimplet homo quæ mandat Deus: nō a solo Deo, sed ab eo & homine fit, vna cū ipsa infusa & diuinā iustitiā. Nisi autem est oblitus, etiā ex philosophia didicit, q̄ habitus seclusis actibus nihil animā mouent: nec propter illos nisi quatenus (quoad acquisitos dicitur) a secunda iustitiā, id est Deo placētibus operibus proferuntur, laudem meretur homo vel præmiū. Videat igitur quare habitus virtutū verarū, & opera quibus æternum debetur præmiū ab eis profecta, & miro modo (vt inquit Augustinus) auctiores nos sua p̄ductione faciētia, cum & nō existētium sint generatiua, umbrā perexilem appellauerit: Cū ex scriptura certū fit quod hic dicimus: iustitiæ scilicet operū (quibus veluti prius nescio qua ductus opinione Faber derogat) regnum cœleste, id est fœlicitatis æternæ præmiū, correspondere & deberi, nō suæ infusæ diuinæ iustitiæ, nisi eo quæ diximus mō. Reddes (ait domino psalmograph⁹) vniciq; iuxta opera sua. & Christus, referente B. Matthæo de se loquēs: Filius, inquit, hominis tūc reddet vniciq; secundū opera sua. Procuratori quoq; in parabola iussit pater familias dicens, Redde operariis mercedē suam. Romanis etiā idem scribit Ap̄s inquit. Deus reddet vniciq; secundū opera eius. **Q**z si adhuc nobis pro sua & aliorum ædificatione hæc afferentibus minus auscultat, nec volens accipit hanc operū (quæ vt diximus, a Deo simul fiunt & homine) iustitiā diuinā vere vocari: Apostolū precor audiat. Omnis (inquit) discipulina, hoc est omniū verarū exercitiū virtutū, in presenti quidē videtur non esse gaudiū, sed mœroris: postea autē fructum paratissimū exercitatis per eam reddet iustitiæ. Hęc perpendat Faber: & si vera loquimur, etiā reuocet illud, per quod haud parū inconsulte cōprobari putat, quæ reprehendimus. scilicet: Ex opposito, opera mala nullos faciūt extreme miseros: sed præparant ad extremā exteriorū tenebrarū miseriam. Videat precamur quid ex suo hic fiat asserto. Vt probet enim operū iustitiā humanorū gloriam nō mereri, neq; eis debitam esse, sed ad illā duntaxat preparare: assumit & asserit, q̄ mala opera extremam nō cōmerentur miseriam: sed ad eā solum preparant. hoc plane Fabri prætedit argumentū. Aut si hoc pro ratione prioris assertionis dictū minime velit: sed per se esto. Nobis tū dicat oportet, qd sermo iste suus prætedat: mala opera nullos faciūt extreme miseros. Nō audisti Iacobe ex diuo Chryostomo, neminē lēdi nisi a seipso: nō legisti quibus id cōiunctat scripturis & rōnibus? Num pœna quā dicis exteriorē, aut alia quæ libet, sustinentē extreme facit miserū? Miserū certe hominē extreme facit: quod ei extreme nocet. quid autē id fit: An quod Deus ad iniquitatis seu

Psal. lxi.  
Matth. xvi.  
Matth. xx.  
Ad Ro. ii.

Ad Hæb.  
xii.

Z

Tomo operum vi.

iniustitiæ & inordinationis punitionē, vnīuersitatisq; pulchritudinē creat, id est malū pœnæ: de quo per Amos prophetā: Si (inquit Dei spirit⁹) erit malum in ciuitate, quod dñs non fecerit. An peruersum ac turpissimum hominis opus, quod totū fœdat vnīuersum deturpatq;: hoc est peccati deformitas: quæ est priuatio modi, speciei, simul & ordinis? Impropotionaliter (ubi dico) ab homine pro recto fidei & rationis dictamine malū culpe, id est facinus aut flagitiū, vel vnicum, fugibilius est q̄ sit omnium exterior pœna dānatorum. Nempe si ponatur Deus animæ iustæ, quæ nulli est obnoxia debito, tantā infligere pœnam (hoc enim absolute posset) quantum Iudæ proditoris sustinet anima: nūquid extreme esset misera? nullatenus. Culpa igitur vere miserum authorem suum extreme facit per se, & iuste exteriorum tenebrarum commeretur pœnam, eamq; demeritorie facit. quia verū est quod domino dixit Dauid: Iustus es dñe, & rectum iudiciū tuū. & iterum: De⁹ iudex iustus. Hinc & Ap̄s de peccatoribus: quorum inquit iusta est damnatio. & Christus, qui iudicaturus viuos & mortuos, referente Ioanne de se dixit. Sicut audio iudico: & iudiciū meum iustum est. Hęc longius q̄ exordietes proponebamus, sumus profecuti. Verum nos inde non piget, q̄ per ea, pro reuulsis & confutatis alia multa quæ subiiciemus his affinia facile reputabuntur, & decernentur.

Propositio decimaquinta.

Esto quispiam opera legis per vitam custodierit, ex illis quidē operibus iustus erit, sed legali iustitia: Sed ex hoc nondū iustificatus, nōdum iustitiā habens ex qua vitam habere possit æternam.

Confutatio.

Hęc expositio Iacobi quid afferat lucis vt contextus Ap̄s obscuritas magis sit lectoribus peruiua: non video. Et quoniam proxime præcedente confutatione reor me attulisse, vnde iustitiarum legis, operum, & diuinæ plene possit natura dignosci: ad quæ lectorem (si ea mente non tenet) remitto: A Fabro quæro solum. Moyses, Aaron, Iosue, Samuel, Dauid, Helias, Heliseus, Esaias, Daniel, cum septem milibus quos sibi domin⁹ reseruauit, qui non flexerunt genua sua coram Baal: zelatores Macchabæi, Ioachim, Anna, Zacharias, Helizabæth: aliiq; id genus iusti innumerabiles: nonne legis opera per vitam suam custodierunt: & duntaxat illius legis? Alioquin doceat nonnulla eorum facta, aut non mandata per legem, aut non suasa. Superuacuum omnino esset horum per scripturas sanctitatem vt monstramus laborare: cum de postremis scriptum teneamus. Erant (ait beatus Lucas) Zacharias & Helizabæth iusti ambo ante Deum: incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus domini sine querela. Singulos itaq; quādo (vt opinor) iustos non negat Faber legali iustitia: videat quod adiecit. Nōdum (inquit) qui ita egit iustificatus est, nondū iustitiā habet ex qua vitam habere possit æternā. Prænominati legis opa solius faciēdo, dubio pcul & iustificati fuerunt, & iustitiā adiutore Deo sibi acquisiuere, vnde vitam meruerūt æternam. Quomodo ergo nos Faber docet: nihil discernē inter legis obseruatores? Oportebat sane quo de his emergeret lector angustis,

b iiii



non omittere quod prius signatū est resoluere, scilicet multiplex quod in his latet voculis, Opus legis, legis iustitia: & dicere opus legis nonnunquam accipi pro obseruantia eius per exteriores operationes. quando scilicet exterius nihil omittebat Hæbreus eorum quæ aut mandabat lex aut monebat: sed sinistra intentione: hoc est vel quia sibi quæ sic ageret, & non gratiæ Dei tribuebat: vel quæ operabatur duntaxat ut temporalia (quæ primo videbatur promittere lex) assequeretur bona, vel pœnam quam infligebat euitaret: nequaquam opera illa referendo in Deum legis authorem, & eorundem temporalium bonorum (per quæ æterna significari volebat) largitoris gloriam. Et huiusmodi opera (vti superius docuimus) in Dei oculis peccata erant virtutum specie palliata quoad homines. Et de his verum est quæ operantem iustum faciunt tamen iustitia legalis, hac ratione vocata. hoc est: homo iudex qui cor non intuetur, sic operantem exterius quantalibet praua intentione, pro iusto habebat. Sic Deus ipse benedictus dicitur dedisse eis præcepta non bona, & in quibus non esset vita: quia scilicet quis in se optima foret, quoniam tamen multi non mandantis Dei operantes sequebantur intentionem, sed peruersos respiciebant fines: non ex operibus istiusmodi promissum colebantur æternæ vitæ bonum: verum propter sinistros intuitus in suum malum bona dei conuertebant præcepta. Huiusmodi autem finibus opera legis faciendibus, factorum lex dicitur, & litera occidens est. Aliter legis opus est factum, quo legi obsequendo operatur homo quod præcipit aut consulit tam actu cordis interiore, quam externa operatione: hoc est omnia in Deum referendo sponte. quemadmodum Dauid qui dicebat: Voluntarie sacrificabo tibi. & iterum pro talibus rogabat dicens. Voluntaria oris mei beneplacita fac domine. De primitiis etiam dominus loquens præcepit dicendo. Ab omni homine qui offert vultoneus, accipietis eas. Et qui ita quæ volebat lex operabatur (sicut tradit Augustinus. li. de Spiritu & litera) licet in lege esset, non tamen sub lege: quia scilicet non eum ut ageret cogebat lex: sed inducebat amor. Cuicumque autem sic operanti, lex ipsa, lex fidei erat, lex gratiæ & spiritus. Alioquin de vno eorum quomodo scripsisset Lucas. Homo inquit (de Symeone loquens) iste iustus erat & timoratus, expectans consolationem Israel, & Spiritus sanctus erat in eo. Quando igitur Moyses, Helias, Daniel, Anna, Helizabath, cæteri que prenommati, & alii iusti, legis opera ad mortem usque custodiendo, animas suas fecerunt saluas: videat Faber qua scripserit consideratione. Esto quispiam opera legis per vitam custodierit, ex hoc nondum iustificatus est, nondum habens iustitiam, ex qua vitam habere posset æternam. Non puto autem eum posse quempiam monstrare, qui per totam vitam suam primo explicandi modo, id est per sola exteriora opera, legem seruauerit. Ex toto enim Faber loquitur, quasi vnicus foret opera legis faciendi modus. Unde fit ut quia non dabilis est qui legem omnem per exteriora tantum opera, tota custodierit vita: & falsum sit plane, & scripturæ dissonum quod asseruit. Quod autem quæ præscripsimus de duplici legis operum genere, priore vitioso, altero laudabili, videatur Iacobus prætere, subiungens. Iustitia illa legis dicitur, hæc fidei. Illa operum: hæc gratiæ. Illa humana est: hæc diuina. Illi homo

Eze. ca. xx.

Psal. V.  
Psal. cxviii.  
Exo. xxv.

Parte operum. vi.

Luc. ii.

C

mo: huius Deus author est. In his tamen bis offendit lectorem. Primo quæ implicita in Apoli sensibus non explicat, non aperit clausa, neque obscura illustrat. Nescit enim lector per Iacobi commentarium, quænam illa sit, & hæc. quod monstrasse lucide satis putamur. Dein quæ in errorem secum eum pertrahit, dicens. Huius, scilicet diuine iustitiæ, deus author est. Putat enim lector ipse, quæ vt prioris (quæ re vera sicut docuimus iniustitia est & delictum) solus homo est operator: ita posterioris solus deus. quasi verbi gratia, iustitiæ diuinæ, id est operum iustorum quæ in Symeone iusto fuerunt: non esset ipse author. quod plane hereticum est: & iuste secundum rem inter Lutheri dogmata reprobatum. Qualiter præterea accipi debeant sequentia, vbi ait Faber. Illa scilicet operum iustitia, ad terrena & transitoria: hæc ad diuina & æterna iustificat bona. Illa preparat: hæc consummat. Ergo illa via: hæc finis. & cetera quæ illic scribit: nec ille certe docere sine præiudicio posset magistro, nec ea statuere, cum fere sint omnia aut falsa aut impropria, & sine fructu folia.

Pro quo nouerit certum esse, quia nullum opus hominis quod peccatum est: cuiusvis boni etiam terreni meritorium est. Opera igitur legis secundum primam notionem per nos designata, cum vere delicta sunt, nequaquam dici debent via ad diuinam iustitiam: id est mereri vt sic agerem deus faciat non solum exteriori opere, peruersa tamen voluntate: sed & ex amore iustitiæ, quæ lex præcipit obseruare: nec per illam falsam iustitiam ad veram preparari: nisi forsitan sicut de factis ex timore pure seruili, quando scilicet pœnæ formidine manus a perpetrando malo cohibetur, non animus: dici solet, quæ etsi peccata sint, occasio tamen esse possunt futuræ virtutis. Cæterum quoniam alibi timorem huiusmodi seruilem scribit Faber esse homini in nullo vtilem, sed & perniciosum: constat hæc illius non coherere dogmata secum.

## ¶ Propositio. XVI.

Ex fide iustificamur quemadmodum ex operibus. ex his remotius: ex illa vicinius. hæc minus, illa magis necessaria. Nam ex operibus sine fide nunquam quis iustificatur. At contra, ex fide sine operibus iustificatur quis. Neque fides neque opera iustificat: sed preparant ad iustificationem. quandoquidem vnus est deus qui iustificat &c. Sequitur paulo post. Opera igitur sunt vt preparantia & purgantia viam: fides autem vt terminus & aditus quidam diuini ingressus.

## ¶ Confutatio.

Ex manifestis scripturæ sententiis, confutatione propositionis .xiii. monstratum est hos loquendi modos: fides hominem iustificat: opera facientem iustificat: homo hominem iustificat. vt hunc: Deus est qui iustificat impiū: simpliciter esse admittendos: neque posse a quoque nisi perperam declinari, quis aliter deus atque aliter reliqua, ipsam hominis iustificationem operentur. quæ admodum in phia recipitur hoc documentum: homo & sol hominem generant. Eodem itaque vitio quo illic has reiecit assertiones: Homo ex operibus iustificari potest: Opera hominem iustificat: & hanc impresentiarum ponit: Neque fides neque opera iustificat: quæ (vti præmisimus) quia scripturæ aduersatur: est plane heretica. Nec est hic opus repetere semel hæc ob causam dicta, quibus idem comprobatum est. suo si ambigit quis loco illa legat: nec negligat quod Augu

stinus libro de predestinatione sanctorum cap. vii. parte operum. x. de his loquens: Ex fide (inquit) Apostolus hominem asserit iustificari, non ex operibus: quia ipsa fides prima datur ex qua impetrentur cetera, que proprie opera nuncupantur: in quibus iuste uiuitur. & paulo post. Nec (ait) in Cornelio bona fuerunt opera ante fidei donum qua in deum omnia sua referebat: quis adhuc Christum nesciret. Hec ille. que palam aduersantur Fabri assertionibus. Fidei enim finis proximus sunt opera: quibus (inquit) iuste uiuitur non immediate per fidem. Vicinius igitur: & magis per opera iustificamur, quam per fidem. Sed paucis intueamur, si secum & veritati que hic resumpsit Faber conspiciant. Hec duo ille scribit. Ex fide sine operibus iustificatur quis: & Neque fides neque opera iustificat. & promissit. Ex fide iustificatur quemadmodum ex operibus: que sese interimere penitus videtur. At ut illi detur non ea sibi obuia re que non secundum idem illam vult esse dicta. Nam dum dicit: Neque fides neque opera iustificat: hoc (licet erronee) simpliciter asserit: propterea que neque fides neque opera sunt (sicut putat) iustificatio. Cum vero dicit: Ex fide iustificamur quemadmodum ex operibus. & rursus: Ex fide sine operibus iustificatur quis: Hec vult dicta harum loco. Ex fide & operibus ad iustificationem preparamur. Ex fide siue operibus quis ut iustificationem suscipiat preparatur. Sensus (factor) isti non opponuntur. Quid autem contineant veritatis: ex antea per nos deductis satis liquere puto. Nempe per scripturę locutiones inuitabiliter dicere compellent, deum iustificationem esse: actiuam scilicet, primam, & principalem. Fidem & opera itidem iustificationem esse, sed meritoriam: & demum charitatem seu gratiam: iustificationem esse hominis formalem. Per illum siquidem diuini habitum re ipsa & secundum legem datam necessario deus de iniusto facit iustum. Nec opera modo & fides, iustificatio in scripturis dicuntur: Iuxta illud Danielis ad dominum. Neque enim in iustificationibus nostris prosternimus preces nostras ante faciem tuam. & illud Psalmiste. Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas. Verum quoque & ea per que ad fidem & opera exercenda mouemur & iustificamur, hoc est ipse literę sacre: Iustificationes crebro nuncupantur. In iustificationibus tuis (ait Psalmista) meditabor. & rursus. Cantabiles mihi erant iustificationes tuę. & sepius ita scripturam vocat. Quę sint autem sibi aduersa hæc duo: videlicet Operibus iustificamur remotius: fide vicinius. Hec id est opera, minus quam illa scilicet fides, magis necessaria est. & quod colligens subiunxit Faber his verbis. Opera igitur sunt ut preparantia & purgantia viam: fides autem ut terminus & aditus quidam diuini ingressus. Cęcutiens (opinor) deprehenderet. purgantiam dubio procul hæc claudunt apertam. Nempe si opera preparant & purgant viam, & sit fides terminus: euidentis est & tempore & natura, opera ipsa præcedere in negotio iustificationis: fidem vero ut medium seu viam, necesse est ante suum finem vel terminum esse. Si præterea in hoc iustificationis progressu, fides vicinius agat quam opera, magisque necessaria sit: ea quoque sine operibus sufficere possit, non contra: consequens omnino est, fidem operibus esse priorem. Adde que maxime contraria videntur hæc. Fides in iustificatione terminus est humanorum

Psa. cxviii.

Psal. cxviii

operum. & quod his que transcripsimus præposuit Iacobus verbis, dicens: Neque credas sufficere ut continuo iustificatus sis, si fidem habes. Porro quando operum fides terminus est, & aditus quidam diuini ingressus: Deus autem cui libet agere quod potest, non solum preesto adest ut per gratiam suam illum iustificet, sed donet eidem: verum (ut in Apocal. Ioannes refert. cap. iiii.) stat ad ostium & pulsatur: ut si quis aperuerit, scilicet per pium voluntatis consensum: intret. &c. Non stat igitur pro Fabri documentis seu principiis, quempiam habere fidem, & non continuo iustificatum esse. Erroneum autem est & damnatum: dicere que opera humana preparant & purgant viam ad fidem, dicente Apostolo: Omne quod non est ex fide, peccatum est. Item. Fides est sperandarum rerum substantia, & argumentum non apparentium. hoc est totius moralis iusticie principium. Hinc & idem Apostolus. Credere (inquit) oportet accedente ad deum: quia est, & que inquirentibus se remunerator sit: quia sine fide impossibile est placere deo. Ad hæc certe consentanee superius ex Augustino monstratum est: laudabile nullam esse posse in homine virtutis operationem: nisi proficiatur ex fide, qua in deum agens illam ordinet. Quę si hæc nobiscum, ut debet, admittit: videat que extranee & inrudite scripserit, dicens. Opera igitur sunt ut preparantia & purgantia viam: fides autem ut terminus. &c.

Ro. xiiii.  
Ad Heb. xi  
Ibidem.

Propositio. XVII.

Paulus ad iustificationem primas & vicinas partes dat fidei: neque vult (quod aliqui putant) in operibus confidendum esse, quasi possint ex illis iustificari: & qui operatur ex operibus sit iustificatus, quasi opera iustificet: non ita est.

Roma. iiii.

Confutatio.

Hec fere sunt, quantum dextro lectori sat esse reor, ex superioribus confutata: F non est proinde amplius eis iam immorandum. Firmat autem quod paulo ante diximus: fidem videlicet totius bonitatis moralis principium esse. Id quod hic scribit Faber: Paulum ad iustificationem primas & vicinas partes dare fidei. Verum omnino dissonum est ei quod etiam dixit: que scilicet in iustificationis negotio (ut hic scribit) ad iustificationem opera preparant & purgant viam: fides vero terminus est. Quod vero addit: Apostolum nolle in operibus esse confidendum: an sit recipiendum, non post multa disquiremus.

Propositio. XVIII.

Viam fidem iustificatio sequitur: ut oculum sanum ad solem conuersum illuminatio.

Confutatio.

Pro hac Fabri assertionem, non immerito forsitan eum dicerent multi similem illis esse, de quibus Aplos ait Timotheo scribens. Quidam aberrantes conuersi sunt in vaniloquium: volentes esse legis doctores, non intelligentes neque que loquuntur, neque de quibus affirmant. Viderit ille quatenus hæc ad eum pertineant. Utinam quando legis doctor se exhibuit, illi hanc dominus gratiam contulisset, ut prætextu suauiloquii neque prauiloquia neque vaniloquia effudisset: sed essent ut suauia, ita & catholica iuxta & salutaria cuncta, quæ differendo de diuinis scripsit. tatum abest ut illius mordeamur gloria. Ceterum que istud assecutus ipse non sit, vel hoc in breuissimo articulo palam demonstrat. Porro neque fides viua est, aut opera que libet: neque homini (teste Aplo) ad

G  
i. Timo. i.

i. Cor. xiii. salutē profunt (vt̄ superius monstratū est) si non adsit charitas. Si (inqt) habuero omnē fidem, ita vt montes trāfferam, &c. & si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas: & si tradidero corpus meū, ita vt ardeā: charitatem autē non habuero: nihil mihi prodest. Citra charitatē igitur fides & opera, quātūuis in deum referantur, in homine mortua sunt. Vnde fit vt virtutū omniū, tum habitūū, tum inde emanantiū operationū, sola sit charitas (vt ita dicamus) vita, & viuificans illa. Quā qui nō habet, et̄si quibus cūq; ceteris polleat virtutibus & gratiis: iniustus est & dei inimicus. adueniente vero illa: de iniusto iustus, pius de impio fit, & de peccati morte redi uiuus, de hoste quoq; dei amicus constituitur: qui eam vel primo recipit, vel qui perditā recuperat. Quod volebat Apostolus dicens Ephesiis. Vos conuiuificauit, cū esletis mortui delictis & peccatis vestris. Modum autē paulo post spiritualis huius viuificationis explicat dicens: Gratia enim saluati estis.

H & non pauca in hanc sententiā scribit Apl̄s. Quādo itaq; ipsa charitas cum virtutū tum animæ vita est, & formalis (quod & superius dictū est) iustificatio: videat Faber q̄ ignoranter falsum scripsit, dicens: Fidem viuā iustificatio sequitur, perinde nimirū est atq; diceret: prius viuūt homo q̄ viuat: qd̄ euidentē sonat repugnantia. Nepe si nō est fides: viua, nisi sit charitate formata: charitas vero sola est qua iustificatur peccator, ceu per animā formaliter viuificatur corpus: quid est dicere, fidem viuā sequitur iustificatio: nisi fidei iam per charitatē uiuenti aduenit charitas vt iustificetur homo? Q̄ ac cōmoda autē sit de sano oculo ad solem conuerso, & sequēte illuminatione analogia: animaduertenti facile potest occurrere. Homo etenim quātūcūq; sanos habeat oculos: liberū habet, radiis solis eos reclusos opponere: & sic illuminari: aut clausos tenere, lumineq; sic priuari. Fieri vero nequaquā valet, vt in cuiusq; anima sit viua fides: & nō sit illa iustitię sole illustrata. Charitas (inqt Apl̄s) diffusa est in cordibus nostris per spiritū sanctū qui datus est nobis. Necessario enim sunt in anima hęc omnia simul: hoc est, vnū absq; reliquis esse nō potest: viua fides, charitas, & spiritus sanctus: quocūq; autē admissio crimine: perdit anima & charitatē, & spiritū sanctū. De fide vero secus est: quia manet, sed mortua. Solo etenim pertinaci contra se errore, perimit̄ fides: illa, de qua loquens Apostolus scripsit. Et si habuero oēm fidem, & rursum. Spes, fides, & charitas, tria hęc: maior autē horū est charitas. Ad hunc insuper errorem spectat, quod de sancto patriarcha Abraham paulo post subiūgit Faber, dicens: Fidem igitur & credulitatē Abraham subsecuta est dei iustificatio. Qui hoc legit simpliciter Fabro credens: putat cū eo iustificatū fuisse primo Abraham, posteaq; (vt Genes. xv. cap. recitatur) deo filiū heredem promittēti fidem accommodauit. quod si verū est: antehac iniustus erat. quod est scripturę cōtrariū: ceu ex capitibus. xi. xii. xiii. & xiiii. libri eiusdē constat. Fatemur autē nos eū qui iam est iustus, hoc est cuius fides per charitatem viuificata est: p̄ sentētia angeli ad Ioānem, posse magis ac magis iustificari. quod fit per opera meritorie, per auxilium eiusdē charitatis formaliter, & a deo charitatis ipsius augmentū meritis reddente, principaliter. Verum hęc (cum tamen sint verissima) non sapiunt Fabro, cur

autem hoc: viderit ipse.

¶ Propositio. XIX.

Duę sectę olim erant. Prima confidentiū in operibus: vt quę sententia eorū sufficerent ad iustificandū. Secūda confidentiū in fide, nihil opera curatiū: hanc confutat Apostolus Iacobus: illā Paulus. Et tu (si spiritu sapis) neq; in fide neq; in operibus, sed in deo confide.

¶ Confutatio.

Nescio in primis vbi Faber hominū sectā vsq; fuisse legerit, qui ita in operibus confiderent: vt ea ad iustificationē absq; fide sufficere putarēt. Quosdā vero fuisse qui citra opera satis esse fidē docerent: scribit Augustinus. Mistā (inqt) mihi scripta nonnulla, q̄ ita distinguerēt a bonis operibus christiana nam fidē: vt sine hac non posse, sine illis autē posse perueniri suaderetur ad eternā vitā. quibus respondēs librū scripsi, cuius nomen est de fide & operibus. Et eodē libro. Cēsēt, ait, scilicet scriptorū ad eūdē Augustinū mīstorū auctores: vt et̄si fidei gratia regeneratus recte operari noluerit: christiana tamē fide retenta, sine qua in eternū periret, in quolibet scelere, iminūditiaq; permaneret, saluū eum futurū &c. Ecce Augustino referēte, qui opinatī fuerūt fidē sine operib; ad salutē satis esse: illo (vt̄ crediderūt) delusi Christi verbo, Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit: opera sine fide nulla tenus ad hoc prodesse censent. quia scilicet adiecit dñs dicens: Qui vero non crediderit, cōdemnabitur. & iterū. Sine fide impossibile est placere deo. Scētam hanc quā dicit Faber tenuisse, ad salutē opera citra fidē sufficere: putari posset effinxisse potius q̄ in codicibus illam descriptā comperisse: q; nō nihil suo id reputabat conducere instituto. Q; autē ad hoc addit: Iacobum scilicet Apostolum secūdā confutasse heresim, & Apostolū Paulū eā quam primā nobis fecit: prorsus est schismaticū ac hereticū, nedum falsum: si cum exclusionē (vt̄ Iacobi poscit sensus) loqui pretēdit: sic vt alterutram solū alter confutet. Id vero eū velle omnino inde colligit, q; dicit. Primas salutis p̄tes fidei tribue, ex Paulo: & opera fidei iunge, ex Iacobo. Porro cū hęc duo: Opa necessaria sūt ad salutē, & sine fide sufficiūt, & fides ad id exigit, & citra opa sat est: q̄ in Fabri claudūtur sectis, sibi maxime sunt obuia: alterū si dūtaxat cōfutaret Iacobus, alterū probare cōuinceretur. Est siquē verisimū, & ex phia notoriū: quia vnus oppositorū cōprobatio, alterius reprobatio existit. Et de Apl̄o Paulo itidem diceretur. Si em̄ refellit hanc beatus Iacobus: fides ad salutē necessaria est, & citra opera sufficit: & sanctus Paulus confutat hanc: Opera sunt ad promerendā vitā beatā necessaria: manifeste sunt sibi obuia. quod asserere (vt diximus) hereticū omnino est & blasphemū. Vnus em̄ atq; idem veritatis spiritus per vtrūq; Apostolum est locutus: decernens & huius & illius literis: Neq; fidem sine operibus ad iustificationē seu salutē sufficere: neq; opera citra fidem: sed vtrūq; necessarium esse pro adultis fidelibus. quod est, non Apl̄m Iacobū alterā harū solā cōfutasse sectarū, & alterā beatū Paulum: sed vtrūq; reuera vtrāq; damasse. Quibus precor verbis potuit beatus Paulus clarius ac certis vtrāq; hic designatam sectā confutare: q̄ hisce. Non em̄ audiores legis iusti sunt apud deū: sed factores legis iustificabuntur. & rursum. Neq; circūcisio aliqd̄ va

K  
ii. Retract.  
lib. cap.  
xxxviii. parte operum viii. ca. i. parte operū. vi.

Marc. vlti.

Ad He. xi.

L

Galat.v. let, neq; preputiū: sed fides quæ per charitatē operatur. En docet Aposto-  
 M lus palam, fidē vna cū operibus hominī vt saluetur esse necessariā. At neq;  
 i. Cor. xliii. illā sine charitate sufficere: locis pauloante citatis testatus est. Si, inq; lin-  
 guis hominū loquar &c. si habuero omnē fidem, ita vt montes trāfferā. &c.  
 charitatem autē nō habeā: nihil mihi prodest. Idētidem & sanctus Iacobus  
 Cap. i. vtrāq; reprobans sectā: tradit neq; fidem citra opera, neq; cōtra ad salutem  
 Ca. ii. hominī sufficere, dū ait. Estote factores verbī, & non auditores tātū, fallen-  
 tes vosmetipsos. &c. & iterum. Fides sine operibus mortua est. & paulopost  
 sequitur. Vides quoniā fides cooperabatur operibus illius, scilicet Abrahæ  
 i. Ioan. iiii. & ex operibus fides consummata est. His etiā concordat beatus Ioannes in  
 quiens. In hoc scimus quoniā cognouimus deū: si mandata eius obseruam⁹.  
 sequitur. Qui dicit se nosse deū, & mandata eius non custodit: mēdax est, &  
 veritas in eo non est. Per hæc plus q̄ satis cōfutatū reor quod Faber scripsit:  
 videlicet alterā duarū ab eo positarum sectarū per Iacobū Apostolum cō-  
 futatam fuisse, & per Paulum alterā: ad intellectū mox expressum. Reliquū  
 est indagemus recte ne lectorem quodā quasi paradoxo exhortetur: neq; cū  
 Apostolo Paulo, neq; cum Iacobo, sed vt nouus Apostolus mediū incedēs.  
 Et tu (inq; si spiritu sapis: neq; in fide, neq; in operibus: sed in domino cō-  
 fide. Hoc Lutherum Faber docuit: aut ille fabrum. Quod piissimū, quod ce-  
 Psal. cxvii. leste ac diuinū iudicat: scripturas prospiciens quæ clamant: Bonū est con-  
 fidere in domino, q̄ confidere in homine: bonū est sperare in domino, q̄ spe-  
 Psal. cxlv. rare in principibus. & rursus. Nolite confidere in principibus neq; in filiis  
 hominū: in quibus non est salus. Et prius monuerat ipse Dauid, vel potius p  
 eū dei spirit⁹: inq; iēs. Iacta cogitatū tuū in dño: & ipse te enutriet. Per aliū  
 Psal. lliiii. autē manifeste idē protestatur Spiritus, dicēs. Maledictus homo qui confi-  
 Hier. xvii. dit in homine. Hęc & similia scripturę (quę non pauca sunt) Faber attēdēs  
 (vt opinor) verba: prēmisit Apostolū Paulū secū huius esse sentētię. Neq;  
 ait, vult Apostolus quod aliqui putant, in operibus confidendū esse, quali  
 N possint ex illis iustificari. Ceterū q; sacra hæc dogmata eminus tm̄ cū Lu-  
 thero salutauerit Faber, eorū vi minime perspecta: q̄q; supersticiosa vtrūq;  
 ii. Cor. xi. pietate fefellit, qui se in angelū lucis transfiguratur: vel modo si non est stupi-  
 dus poterit aduertere. Sciens etenim antiquus ille Sophista, nō posse puio  
 aut Fabro, aut Luthero, vel ceteris per eos imponere: si aperte suggereret  
 humana opera nihil penitus esse ducēda: nō in illis sudandū: illa deū nō re-  
 quirere ab homine. q; preuidebat tam patentī mendacio reclamātes scriptu-  
 ras cōfētū illos opposituros: qbus iubet dñs: Quodcūq; potest man⁹ tua  
 Eccl. ix. instāter opare: qa nec opus nec ratio &c. erūt apud inferos, quo tu pperas.  
 Genes. iiii. Et p Moysen hominī primo denūciatū fuisse nobis innotuit, q; in laborib⁹  
 & sudorib⁹ vultus vesci deberet pane suo. Per Ioānē vero plane dñs locut⁹  
 Ioan. xliiii. est dicēs. Si diligitis me, mādata mea seruare. & itē. Si pcepta mea seruauer-  
 Ioan. xv. ritis: manebitis in dilectione mea. Ap̄s insup se & in Galatis vniuersos ad  
 Galat. vi. opa cōcitat dicēs. Dū tēpus habem⁹, operemur bonū. & Philippēsis. Cū  
 Philip. ii. metu, ait, & tremore salutē vestrā opamini. Has in quā callid⁹ puidēs dispu-  
 tator respōsiones, si plane reuicēda eē opa cōtēderet: ad artificiosissimū sese

cōuertit & perplexū sophisma: qd̄ apparēs profecto nō parū est, sed re vera  
 nō existens argumētū. Demonis ipsius plane ppositū istud fuit, homines ad  
 ociū pertrahere simul & luxum: pedetentim inducto operū, laborū, & sudo-  
 rum spretu. Ad hoc autē efficiendū, quibus per Lutheranos & Fabrū arti-  
 bus vsus est, q̄q; astutis (precor) animaduerte lector: hoc est tecū recogita,  
 quemadmodū scripturas recolligere illos docuit (quas frequentes esse fa-  
 teor) quibus innui videtur q; sola fide iustificatur peccator: q; per opera ne  
 quā valet iustificari homo: q; operū iustitia tātum vmbra est verę iustitię:  
 q; æterna vita minime operibus redditur vt illis debita, sed mere gratis a  
 diuina confertur bonitate: q; neq; in sanctorū meritis sperandū, neq; in pro-  
 priis: sed dūtaxat in eo, a quo & sancti quicquid boni habēt, eius sola gratia  
 habēt. Huiuscemodī nimirū collectis, vafro sophistę facile fuit, incautos ad  
 hoc officiū, selectos quosdā, q; etiam dicēdi arte multū valerent, seducere: id  
 est curiosos, singulares, de sensu psumētes proprio, & quibus humiles pa-  
 trū traditiones sequi fastidiosum erat: & per id genus homines illudere mū-  
 do: q; scripturis consona videbantur, & puriorē in deum spirare pietatem.  
 Quid autē illusionibus istis in miseros promouerit homines, experientię li-  
 ber manifeste (proh dolor) nimū docet. Nempe operibus derogando pau-  
 latim remissiores cœperunt esse: qui aurem Lutheranis & Fabro libētes ac  
 cōmodauerunt. Quid vero tēpore non longo de pœnitentię operibus, & de  
 iis quibus petulans castigatur, & sub disciplinę freno caro continetur, omī  
 serint: quid item cōtra sacras ecclesię leges cōmiserint: hic (q; iam per com-  
 plures & quidem præclaros scriptores literis mandata fuere) non explico.  
 Quippe nemo (vt dicitur) nescit: quānā sit apud Lutheranos ieiuniorū &  
 abstinentię a carnibus, continētię quoq; in clero etiam publicę obseruantia.  
 Et si ita impune in Galliis (vbi tamē desēda fuit in rectoribus incuria: cui  
 qui dederūt causam, portabūt iudiciū) vt in Germanię magnis regionib⁹  
 licuisset agere: pro noua Euangelicę doctrinę luce, quā se putabat Faber p  
 mouere, & deinceps nouū in ecclesia ac synceriorē (vt instillabat callidissi-  
 mus deceptor) inducere cultū: palam certe iā fieret, quod Lutheranę amā-  
 tes doctrinę clam vna coeuntes operari dicūtur in sacris ieiuniorū, & quoad  
 delectum ciborū abstinentiarū diebus, itidē in cleri cēlibatu, & dierū festorū  
 obseruātia. Quibus in rebus quātū Fabro & Luthero tulit opis Desiderius  
 Erāsmus: obscurū nō est. Quæ autē porro huiusmodi studiis homines istos  
 apud iudicem deū (qui hæc occultis suis sed iustissimis permittit iudiciis)  
 maneat merces: vtinā tēpestiue ad suā intelligant frugem. Sed omīssis his p  
 ad constitutū reuertentes iter, inquiramus, illicitū ne (vt Faber p̄tendit)  
 sit, in fide & operibus confidere hominē. Tu (inquit) si spiritu sapis: neq;  
 in fide, neq; in operibus, sed in deo confide. Hęc scribens nō intēdebat (opi-  
 nor) frigidiores ad operandū reddere homines: At hoc per eū, omnino ta-  
 men egit humanę salutis inimicus. & quēadmodū de iustificatione per ope-  
 ra, multiplici non explicato: ita hoc in negotio de confidētia in eis reponē-  
 da operibus, Fabrū manifeste seduxit. Ex hoc enim Hieremię dicto: Male  
 dicitus qui confidit in homine: (quod est in hominis operibus confidere)

aliisq; conspirantibus in hoc scripturis: fieri omnino credidit, in vniuersum non esse in qualibet fidendum creatura, sed in solo creatore. E regione vero non perperdit, hoc suo paradoxo alias se negare scripturas sanctas. Audi Iacobe, quem agitas Apostolum, patientissime, quod asseruisti suo loquendi modo damnantem. Debet (inquit) in spe qui arat, arare: & qui triturat, in spe fructus percipiendi. Et ad Timotheum: Laborate (ait) agricolam oportet primum de fructibus percipere. Sapiens quoque ad opera sapientie puocans, vniuersumque alloquitur, & dicit. Quasi is qui arat & qui seminat, accede ad eam: & sustine: id est sperando expecta bonos fructus illius. In opere enim ipsius exiguum laborabis: & cito edes de generatione illius. Nec est ut dicas, haec ad rem (quae parabolica sunt) minus facere: aut quae non de vniuersis hominum operibus loquitur Apostolus, sed de praedicatorum & praedicatorum officiis: Sapiens vero, de sapientie studio aut contemplatione. eadem namque prorsus omnium iustorum operum ratio est, quae & de eorum parte, quoad spem in eis reponendam. Accipiat (inquit Augustinus) pastores sustentationem necessitatis a populo: mercedem vero dispensationis a domino sperent. Vide praeterea nunc eidem Apostolo te cedere oportet: qui Thessalonicensibus scribens: Quae est, inquit, spes nostra aut gaudium, aut corona gloriae? nonne vos ante dominum? Ecce homines Apostolus spem suam esse testatur: eo dicendi genere, quo agricola de feraci agro, circa quem licet non plus impendisset laborum, quam circa suapte natura sterilem: diceret. Ager ille spes mea est. Hanc profecto locutionem nemo non admittit: quae certe collatore honorum pendere. Neque (ait Apostolus) qui plantat est aliquid, neque qui rigat: sed qui incrementum dat deus. Non est certe mirum, veram theologiam locutiones recipere, quibus in medijs ad finem quempiam necessariis confidentiam & spem reponi significatur, ceu in ipso fine: cum in scriptura crebras eas coperiatur. quales haec sunt. In umbra alarum tuarum sperabo. & iterum, Sub penis eius sperabis. Idem enim sibi voluit ducere istae verborum formae: quod est in diuinae bonitatis effectibus spem habere. & alio Psalmo. In iudicijs tuis supersperavi. Item. In verbis tuis supersperavi. Sed forsitan resultabis & dices, cum omni reuerentia locutiones istas suscipio, quae in dei iudicijs aut verbo vel auxiliorum effectibus non speratur, nisi quia dei haec sunt, a quibus auxilium haud segregat sperans. Recte quidem, at de humanis operibus prorsus idem censent: quicquid recte in eis sperandum praedicant, prout scilicet a diuina gratia pedent. Suntque medijs necessarium quo (ut dicit Apostolus) promeretur deus: & quibus aeternam promissit mercedem. Enumeratis siquidem varijs vijs huius & arduis operationibus: his qui eas fuerint executi. Gaudete (inquit) & exultate. Ecce enim merces vestra copiosa est in caelis. & alibi. Voca operarios & redde illis mercedem suam. Iam ergo (te precor) intellige, in solo domino confidendum esse aut sperandum confitemur ut in salutis & omnium bonorum auctore primario & largitore: in fide vero & operibus: tanquam in medijs per quae deus statuit & non aliter vitam esse promerendam. & sine quibus, illam posse consequi putare: non confidere aut sperare est, sed culpabiliter presumere. vnde Augustinus: Qui credit & diligit bene agendo praecipis bonorum

i. Corin. ix.  
ii. Tim. ii.

Ecclesi. vi.

Li. de pasto  
ribus ca. i.  
pte op. x.

Thessa. ii.

i. Cor. iiii.

Psal. lvi.

Psal. xc.

Psa. cxviii.

Hebr. xiii.

Matth. iiii.

Matth. xx.

morum obtinendo efficit, ut etiam speret se ad id quod diligit esse venturum. haec ille. Spera dum praeterea dicimus in sanctis: ut in auxiliatoribus, patronis, & qui mediatores sunt inter deum & miseros viatores. In quibus quia principatum desiderat Maria tenet: non confundaris cum vniuersa ecclesia eam compellat cum humilitate dicere, Salue regina misericordiae, vita, dulcedo, & spes nostra saluae. Non errat (crede mihi) haec concinens ecclesia: pientissimum habet intellectum. Qui autem tua (ut fertur) opera huiusmodi plenam affectione pia praesam (cuius auctor est, Petrus Coptellus episcopus fuisse tradunt Guillelmus Minacensis eps titulo de prosa, & Iacobus a Voragine in vita Pelagii papa) dedignati sunt: viderint tecum quibus valeant auxiliis tam superbum illud & blasphemum expiare crimine. quia nulla eis (dicere cum diuo auisim Bernardo) nisi per ipsam via relicta est. Haec catholica sunt & omni religione amplexanda. Quae si adhuc de his ambigas, posito supercilio ad planiora nobiscum descendas oportet. Lege quae ex scripturis & patribus de spe theologali virtute collegit Petrus Lombardus. & ut quibus sunt accipienda sensibus sane videas: scholasticos humiliter doctores percurrere. Illi namque apparentes discordias concordant, perplexa explicant, illustrant obscura, & aspera ponunt in vias planas: tum quo ad ea quae in scripturis opus habere inueniuntur: tum in sanctorum doctorum libris. Vis audire familiarissimum hoc in negotio exemplum. Ipse Petrus Lombardus quodam in loco idem quod tu dicere videbatur his verbis. In homine spes ponenda non est: quia maledictus est qui hoc facit. ne autem simplex in eo falleretur lector, sed nosset quo accipiendum intellectu id foret: humilis & vere theologus prouidet Sanctus Bonauentura scholastico more opponens. Contra (inquit) de beata virgine cantatur: Vita, dulcedo, & spes nostra: ab ecclesia, quae non errat. Item super illo longe primo, Accessit ad eum gubernator. ait glossa. naturale est homini magis de alijs quam de se in periculo confidere. Dicendum autem, quod de aliquo sperare est dupliciter: aut sicut de adiutore: aut sicut de Saluatore. Prima spes potest esse in homine: secunda non. vel est sperare finale praemium: & hoc debet esse tantum in deo. vel temporale beneficium: & hoc potest esse in homine. primum si ponitur in homine, meretur maledictionem: secundum non. Rursum explicans id quod alibi ipse Lombardus pro vna causarum cur Christus homini potestatem baptizandi ministerialem duntaxat contulit, dixit: ne scilicet seruus in seruo spem poneret. Idem Bonauentura instat ut prius: & resoluendo ait. Est spes auxilijs: & est spes praemij. & paulo post. Cum homo possit orationibus adiuuare: quadam congruitate potest homo sperare in aliquo sancto, tanquam in adiuuante. Haec prodictorum per Petrum Lombardum intelligentia ait Bonauentura: quae de industria voluimus dicta: tum ut qui scholasticorum aspernantur styllum, saltem sensum non reiciant: tum ut plane sit illis contestatum, quia in schola tyrunculi edocentur perspicue ea, circa quae tota via delirant, qui (spretis hisce humilioribus quo ad eloquium studijs) suis ingenijs & humanitatis artibus cossiti, legis diuinae mysteria differere praesumunt, quae non didicerunt. Aliam insuper ob causam haec adducere placuit, videlicet quia sicut in cofutatione propositionis. xvii. signatum est: dixisti. neque vult Paulus (quod aliqui putant)

Li. i. de do  
chri. ca. 37

Lib. qui  
rationale  
diu. or.

R.

Li. iiii. dist.

Li. i. dist. i.

Li. iiii.  
dist. v.

S



in operibus confidendum esse. Illo quippe verbo quod aliqui putant suspicati sumus ipsum Lombardum cum aliis theologicę scholę doctoribus te subinsinuasse, qui post Haymonę (vt idē Bonauętura scribit) spem vno definięns modo dixit. spes est certa expectatio futurę beatitudinis: ex dei gratia & meritis pcedētibz puenięs. displicuit nimirū tibi adieciſſe eos, ex meritis. &c. qđ tuę non consentaneū videretur doctrinę nouę, ac fidelium moribus idcirco pernicioſę, qđ dum sub pietatis in deum purioris colore dicis: tu (si spiritu ſapis) neq; in fide neq; in operibus, sed in deo confide: viam ad ocium & luxum negligentibus pandis hominibus.

## ¶ Propositio. XX.

Nō dicamus nos ex opibus iustificari: sed dicamus ex fide quęcūq; iustificari. vt iustificationē videamus dei donū esse & gratiam: non debitum.

## ¶ Confutatio.

**T** Ad omnimodā horę refutationē abūdantissime sufficiūt que p̄signata sunt, nō dico nostra sed Fabri ipsius verba. p̄positione siquē. xvi. dixerat: ex fide iustificamur, quęadmodū ex opibus. Hic absolute ait: Nō dicamus nos ex opibus iustificari: sed dicam⁹ quęcūq; ex fide iustificari. Rursū illic. neq; fides neq; opera iustificāt: sed p̄parāt ad iustificationē. Itē opa (ait) sunt vt p̄parātia & purgātia viā: fides autē vt terminus. cur tā varie? nō em̄ cōsentiūt hęc sibi. Fabro quippe dici pōt: modo ais, modo negas. qñ libet: ad iustificationē opibus nō nihil tribuis: hic fidei totū, & opib⁹ nihil. Te p̄inde rogo cū dicis quęcūq; ex fide iustificari: putas intelligis qđ loq̄ris? nō vn⁹ est iustificationis (ceu iā est nō semel exp̄ssum) modus. de⁹ iustificat, fides suo officio iustificat: & opa suo. quinimo & hoimē aliū suo ministerio iustificare, ex sacris lris supra cōfectū est atq; mōstratū. Qm̄ autē piget repetere qđ ad hoc iam p̄dicta sūt: copia Fabrū (ad hoimē loquēdo) p̄ligam⁹ tormēto, qđ declinādū nulla ei copia dat. scribit quęcūq; ex fide iustificari. Apostolū illi opponimus: qđ hoc prorsus dānat. Si habuero, inq̄t, oēm fidē, ita vt mōtes trāsferā, charitatē autē nō habuero: nihil sum. En nullā fidē posse sibi prodesse clamat Ap̄ls: si nō assit charitas. per fidē itaq; nemo iustificatur. ad Fabrū loquor: qui falsus fidem magnificare (deiectis operibus) cōtendit. Cū autē nō vna existat fides, si mōstrare Faber posset Apostolū de vna quapiā loqui, de reliquis vero nō: effugiū sperare posset. quid autē loquatur, audi: Si habuero (inq̄t) oēm fidem. nullā certe illi relictā fecit: qui omnē dixit. & quidē rectissime. neq; em̄ infusa a deo, neq; per credendū actus conquisita: crimini aduersatur. Iustificatio vero que (vt sepius iā p̄dictū est) formaliter per charitatem (sicut hic planissime docet Ap̄ls) cōficitur, nullū secū crimē admittere potest. Quo sensu autē oīa sint accipiēda, per: qđ ipse Ap̄ls aut alię sacre literę, si dei iustificationē & salutē tribuere vidētur: ex Augustino cōfutatione p̄positionis. xvi. palā fecim⁹. Nec est quo diffugiū Faber speret, qđ in scriptura legit qđ est fides mortua, & fides qđ per dilectionē operat, & cōsimilia. superius em̄ dictū est. charitatē ipsam & fidē & oīm virtutū qn & animę, vitam creatā esse. Vt itaq; nō aliud & aliud facit naturale corpus, aię viuificantis p̄sentia vel absentia: sed idē oīno est in se corpus viuū & mortuū: sic peni-

tus & fides ipsa, eadē oīno est viuā & mortua: neq; de se alterius est efficacitę aut virtutis p̄sente charitate qđ absente. aut nos minus recte (qđ vel cogitare, oīno blasphemū est) instruxit Ap̄ls, dicēs: Si oēm fidē habuero. &c. i. Cor. xlii. Vnde & nō ab re addidit: quia fide & spe maior est charitas. Eniuero nō possumus satis admirari: qđ in hac iustificationis causa nihil (qđ meminērim⁹) prorsus dat Faber ipsi charitatē. cū tñ per Ap̄lm vna sit oīm virtus: qua posita, iustus est homo: sine qua, licet oēm habeat possibilē fidē omnēq; aliam virtutē: iustus remanet homo & dei inimicus. Vnde facile colligi potest qđ pueriliter se permiserit seduci vt factioni Lutheranoę ferret opē: aut vnū illius se ducē exhiberet: qui nihil nō tribuūt fidei: operibus vero neruis oib⁹ detrahūt. in quo eousq; (vti audimus) cōualuerūt: vt miseris psuaserint p̄pe infinitis, oīa ad mortificationē corporis per ecclesiā sancte introducta exercitia, tū in ieiuniis & abstinētis, tū in cleri cęlibatu angelico: sub arbitrio esse posita. quo ea quisquis obseruat, non male agat: sed & neq; qđ ea sequi nō vult (etiā si oibus illa votis obseruare sit pollicitus) delinquit. qđ (ceu p̄missum) nō pauci in Galliis Fabri partim innixi dogmatibus factitare (licet nodū publice) asserūtur. pro qbus iudici deo rationē reddīturus est: neq; se iustificabit, qđ quasi pro dei gloria plus ceteris zelaret. Ad id quod scripsit: Dicamus quęcūq; ex fide iustificari: adiicit dicens. Vt iustificationē videamus dei donū esse & gratiā: nō debitū. In his profecto si nō spreuisset Faber alios doctores: facile animaduertere poterat nobiscū sophismatis dæmonici vim occultari: de qua p̄xime qđ res id postulat, pauca adhuc dicem⁹.

## ¶ Propositio. XXI.

Dei bonitas tanta est: vt nihil debere possit, sed solum dare.

## ¶ Confutatio.

Hęc assertio qđ euidentibus scripturę obuīat veritatibus: est plane hereticā. Quid hic loqueris Faber? Dei bonitas plurima se p̄misit hominū generi daturā, pactis atq; iuramētis ad illa se misericorditer obligauit: quę nō dū exoluit. & tu dicis: nihil debere potest. quasi sub tutoribus sit deus. Vt nam hic fuisses mutus. Certe non tibi plus omnibus reuelatum est, quidnā diuina possit bonitas: vt de ea quasi iudex absolutionis sententiam ferres. Quantum autem per eam vt homines operari negligant Luthero confers: videre est facillimū cui libet recti iudicii viro. Quis enim alacriter duos & assiduos subiret labores: quibus nihil mercedis debitum esse iudicat: nec tu id sane ageres. aliter itaq; agis, aliter loqueris. Si procul dubio nihil potest debere deus: p̄miū æternū hominū meritis non debetur. Si ita est: cur illud aliquibus & non omnibus confertur? Si operibus non debetur: cur in æqualiter tribuitur? At, de hac p̄miorum disparitate alias (si velit dominus) tecum erit sermo opportunus. modo firmemus hoc tuum dogma diuinis literis esse contrarium. Naturale ius similiter & diuinū, eum qui libere alteri quippiā medio sacramēto spondit: qđ vtriq; promittētī scilicet & p̄missum acceptātī, honestū est, & neutri dispēdiosum: ad illud teneri decernit & obligari. Si quis (ait scriptura) se cōstrinxerit iuramēto: nō faciet irritū verbū suū, sed omne quod p̄misit implebit. Itidē omni iure teneri

ex iusto pacto, & p̄sertim si iuramēto firmatum est, eū qui pepigit: omnibus in cōfesso est. Si autē creaturis suis deus debere nihil poterat: cur & iuramētis crebris & pactis homini se daturū multa & facturū pro eis pollicitur? **Genes. ix.** Statuā (inqt Noe & familię eius) pactū meū vobiscū: & nequaquā vltra interficietur omnis caro aquis diluuii. & sequit̄. Hoc est signū fœderis inter me & terram: & rursus. Cūq; obduxero nubibus cęlū, apparebit arcus meus in nubibus: & videbo illū, & recordabor fœderis sempiterni, qđ pactū est inter deū & oēm animā viuētē. Ad Abrahā autē q̄ magno se iuramēto obligauerit deus: audito. Per memetipsum (inqt) iurauī, quia fecisti hęc rē, & nō pepercisti filio tuo vnigenito p̄pter me: benedicā tibi, & multiplicabo semen tuū. &c. Ecce palā se deus multa p̄mittit facturū Abrahę: nō gratis oīno, quā eis eidē primā misericordiā gratis mere (sicut & ceteris) donauerit. quia, inquit, fecisti rē hęc &c. De his vero pactis & sponsonibus diuinis Sapiens ait. Parētib; nostris iuramēta & cōuētionē dedisti bonarū p̄missionū. & Ap̄ls. Abrahę (inqt) p̄mittēs deo, quoniā neminē habuit per quē iuraret maiorē, iurauit p̄ semetipsum. Quādo autē de p̄missio per sanctā trinitatē Christo secūdū serui formā sacerdotio dicit̄ in rege Dauid sp̄ritus dei: iurauit dñs, & nō p̄nitēbit eū &c. & alibi. Iurauit dñs Dauid veritatē: & nō frustrabitur eū, & rursus. Quę procedunt de labiis meis: nō faciā irrita. Semel iurauī in sancto meo si Dauid mentiar &c. Quid aliud p̄tendit dñs, q̄ humano more qđ iurando p̄misit & paciscendo cōuenit, firmare ac ratificare: quasi diceret: Ad ea quę mea p̄missione exhibere pro hominū salute vltro pro immēsa mea bonitate pollicitus sum, teneri me p̄fiteor, & omnia volo p̄stare. Audis q̄ per scripturā voluit exprimi deus. Non Dauid, inqt, mentiar: quę procedūt de labiis meis, nō faciā irrita. cur ita: quia certe quo quis maior & melior est: eo magis p̄stare tenet̄ quod sua liberalitate facturū se sacramēto interueniēte cōstrinxit. Qđ dñs id manifeste volēs p̄ Esaiā innuere. Quiescite (ait) agere puerle &c. sequit̄. Et venite: (glo. cōtra me in iudiciū) & arguite (glo. quasi ingrātū) me, dicit dñs. quia si dicat: facite q̄ iubeo: & reddam q̄ p̄mitto. Porro si operibus iustis deus ex factis & p̄missis suis nihil deberet: neq; merita dici possent: quod est aduersum scripturę. Maior est (dixit Cayn) iniquitas mea: q̄ vt veniā merear. & Sapiēs. Omnis misericordia faciet locū vnicuiq; secūdū meritū op̄erū suorū. Nec scripsisset Paulus. Bonū certamē certauī, cursus cōsummaui, fidē seruauī: in reliquo reposita est mihi corona iustitię, quā reddet mihi dñs in illa die iustus iudex. Si p̄terea in die illa nulli quidq; deus deberet, nō diceretur Christus iudex iustus sedere vt vnicuiq; redderet secūdū opa sua: sed vt munerū nō alias debitorū liberalis distributor. Vñ loquēs Hieronymus de corona iustitię Paulo debita, ait. Nō p̄sonę p̄miū debet, sed labori. August. vero. Audi, inqt, Paulū flagitantē debitū, q̄ primo indebitā susceperat gratiā. Ego, ait, iā delibor &c. sequit̄. De cetero reposita est mihi corona iustitię. Iā debitū flagitat: iam debitū exigit. Nam vide verba sequētia. Quā mihi reddet dñs in illa die iustus iudex. Vt ante susciperet gratiam: misericordię pa-

trē opus habebat. vt p̄miū gratię: iustū iudicē. & super Psalmistam. Audi Psalmic. (inquit Augustinus) quia ille cui gratia donata est, tenet etiā deū debitorem. Inuenit eū donatorē tēpore misericordię: tenet debitore tēpore iudiciū. Et post sequitur. Bonū certamen certauī &c. hoc tēpore misericordię. Audi de iudicio. In reliquo reposita est mihi corona &c. Nō dixit: donat: sed reddet. Quādo donabat: misericors erat. quādo reddet: iudex erit. quia misericordiā & iudiciū cantabo tibi dñe. Sed donando delicta, fecit se coronę debitorē. Ibi misericordiā cōsecutus sum: misericors ergo dñs. Hic autē reddet mihi coronā iustitię. Vnde reddet? quia iustus iudex. Sic Augustinus. Hęc perpendat Faber. Ex scripturis cōuincūt Hieronymus & Augustinus, deū creaturę suę se debitore fecisse. Ille vero ait: Dei bonitas tāta est, vt nihil debere possit, sed solū dare. Et nescio qua falsa opinione seductus nō aduertit reclamātes euidentissime scripturas: cōtra quas erronee loquitur. Bonū illi quidē fuerat, ecclesię magistrōs audire, & eorū vestigiis hęrere: vel illos principes, vel quos nihili ducit scholasticos. Discere enim potuisset ab eis, equiuoci termini distinctione scripturas quę discrepare videntur, ad cōsensum reducere: & nō ita pertinaciter vnū sequi intellectū, qui cum ceteris coire nequeat. Qz ignoranter autē (qui est illi error perpetuus) æquiuoco delusus fuerit hoc in p̄cto: patiēter audiat. Bisariam potest quis alteri tenere seu obligari. Primo quidē modo secūdū rationē dati & accepti. sicut Philippēsis cap. iiii. loquitur Apostolus. & est quādo ex mutua vtilitate quā ab altero vterq; est cōsecutus: alter quidē alteri manet deuinctus. quod fere in iustitię cōmutatiue contractibus cōtingit. Et hac ratione nequaquā deum posse creaturę obligari: quis nescit fidelit̄? cū nulla possit deo vtilitas accedere. Altero autē obligatur quis, quādo ex mera bonitate & liberali beneficentia alteri indigētī beneficiū cōferre ex misericordia & sui diffusiuā bonitate p̄mittit, siue simplici verbo, siue iureiurādo aut ex pacto. Et hoc deo cōpetere, literę iā p̄ nos citatę, & ceterę nō pauce cōtestantur. qđ qui negat cū pertinacia: hęreticus oīno cēseri debet. Non ab re quidē de obligatione dei ad Abrahā, dicit Ap̄ls. In rep̄missione dei nō hęsitauit diffidētia: plenissimē me sciēs quia quicūq; p̄misit deus potēs est & facere. Consulo proinde tibi o Faber, quando leges in scriptura q̄ sonare vidētur qđ deus nobis sua gratia oia largit̄, etiā ipsam ęternā mercedē: quale est illud Ap̄li. Stipēdia peccati mors: gratia autē vita ęterna. & id genus multa: nō cōfestim sensui tuo credas: sed humiliter vide sanctorū explanationes, & incedes sine offendiculo. Qz si multos p̄currere operosum cēses: vnus hic accipe doctrinā, quę sufficiens tibi merito esse debeat. Augustinus is est. Differēs em̄ illud Psal. Misericordiā & veritatē diligit deus. Qui (inqt) tribuit misericordiā: seruat veritatē. Vñ seruat veritatē: quā dicēte Ap̄lo: Illā reddet mihi dñs in illa die iustus iudex. Indulgētia donauit: coronā reddet. Donator est indulgētie: debitor coronę. Vñ debitor accepit aliqd: cui debet aliqd deus? Ecce videm? quā tenet eū debitore Paulus: cōsecutus est misericordiā: exigit veritatē. Reddet mihi, inqt, in illa die dñs. Quid tibi reddet, nisi qđ tibi debet? Vñ tibi debet: quid ei dedisti? quis prior dedit illi: & retribuet ei. Debitore dñs fer-

*i.Timo.i.* cit se, non accipiēdo, sed promittēdo. Non ei dicitur, Redde quod accepisti: sed redde quod promissisti. Misericordiā mihi erogauit (inquit) vt faceret innocētē. Nā prius fui blasphemus & iniuriōsus: sed ex illius gratia factus sum innocens. Ille autē qui progauit misericordiā: negare poterit debitū? Diligit misericordiā & veritatē: gratiā & gloriā dabit dominus. quā gratiā: nisi de qua ipse dixit, Gratia dei sum id quod sum? quā gloriā: nisi de qua ipse dixit: Superest mihi corona iustitię. Ideo dominus (inquit) nō priuabit bonis eos qui ambulant in innocentia. Hęc Augustinus.

¶ Propositio. XXII.

Ante Christi aduentū neq; peccata perfecte debebantur, neq; perfecte quisq; ad vitā eternā suscipiendā iustificabatur: sed solū p̄cedebāt quēdā p̄paratiua.

¶ Confutatio.

**D** Hęc propositio veritati scripturarū iuxta & perspicuę rationi cōtrariatur: quod ita pandamus. In peccato duo sunt dūtaxat delenda, seu remittenda: culpa videlicet, quę est dei offensa, & obligatio ad p̄nā: id est reatus illā ex diuinę iustitię decreto sequens offensam. Remissa itaq; peccatorū culpa per dei misericordiā, & expensa per p̄nitentiā in via debita eis ex integro p̄nā, aut in purgatorii loco tolerata: nihil prorsus delendum de peccatis remanet, sed est perfectę innocentię anima restituta & iure fori & iure poli. Et cū remissio culpę haud fieri aliter possit, q̄ per fidei, spei, & charitatis infusione: dicente Ap̄lo: Sine fide impossibile est placere deo. Et iterū. Arbitramur hominē iustificari per fidē. Dñs vero his quib; peccata dimittebat: fere semp̄ dicere solitus erat. Fides tua te saluū vel saluā fecit. De spe autem Apostolus Romanis scribit dicens. Spe salui facti sumus. & de charitate seu gratia Ephesius ait. Gratia estis saluati. & Tito: iustificati gratia ipsius. & ad Romanos, Charitas (ait) diffusa est in cordibus nostris per spiritū sanctū qui datus est nobis. & iterū. Iustificati gratis per gratiā ipsi. Neq; datur in cuiusq; anima has tres esse virtutes: quin sit iusta & sancta. Quando igitur ex scripturis certū tenemus tā veteris q̄ noui testamēti, ante Christi aduentū iustissimos ac sanctissimos fuisse viros: consentaneū omnino est vt dicam; peccata quo ad culpas per p̄scriptarū infusione virtutū, fidei scilicet spei & charitatis, in eis fuisse perfecte deleta. Et cū plurimi eor; pro iustitia mortem iniustā fuerint perpeffi: nūquid martyriū falce omnis (siqua forsā in quolibet exoluenda restaret) persoluta est p̄nā: quid (quęso) voluit Augustinus, dicens: quia iniuriā facit martyri qui orat p̄ martyre: nisi q̄ remissis martyribus quo ad offensam peccatis, si p̄nē debitores alioquin erāt: in qua persoluēda, vita defunctorū animę per viuētū preces & cetera pietatis officia leuātur: ipsa mortis p̄pter deū perpeffione cumulatissime redimitur. Et si secus existimet quis, & volens martyre leuare p̄ eo dominū exoret: ei potius iniuriatur, perfectionē tā p̄clari opis, vtpote martyriū, quasi ad omniū exolutionē debitor; nō sufficeret, derogādo. Q; vero Innocētius tertius hoc vsurpās Augustini documētū, ait. Cū sacre scripturę dicat authoritas: q̄ iniuriā facit martyri qui orat p̄ martyre: quis in sacris literis nō legatur hęc ad verbū: absit tamē vt sciolus quispiā tā doctū & sanctū eccle-

się patrē inconsiderate locutū fuisse suspicetur. Hanc enim sententiā plane colligere potuit ex illo: quod accōmodatissime ad id quod differimus dñs ipse, de his qui eum p̄cesserūt martyribus loquens turbis palam cōtestatus est. Ecce (inquit) ego mitto ad vos prophetas & sapiētes, & scribas: & ex illis occidetis & crucifigētis &c. sequitur. Vt veniat super vos ois sanguis iustus, qui effusus est super terrā. Audis bone Faber quia sanguinē omnē effusum per martyriū, iustū dicit dñs: id est martyre omnibus partibus iustificantē. Nā & domin; ex titulo Regni cęlorū eū (sicuti in Mattheo & Luca refertur) decernit. Beati (inquit) qui persecutionē patiūtur propter iustitiā: quoniā ipsor; est regnū cęlor;. Et ne putes ius istud solū respicere beatū protomartyrem Stephanū ceterosq; qui martyriū caput Christum dominū sunt eo genere mortis cōstanter insēcuti: turbā videns innumerā: Attende a quo exorditur limite priuilegiū signans dñs ipsorum martyriū. A sanguine (inquit) Abel iusti vsq; ad sanguinem Zacharię filii Barrachię. Cur quęso vnū qui cū eo p̄debāt Latronū dixit iudex Christus, Hodie mecū eris in paradiso: nisi quia ille etiā de necessitate virtutē dei gratia faciēs dixit: Nos digna factis recipimus: mortē p̄ peccator; p̄nā p̄sentē acceptans: qđ dño p̄ omni debito fuit satis. Nulla p̄fecto dimissa est resultādī via tibi (his rite acceptis verbis Christi) vt de martyribus tā legis nature q̄ scriptę dicere iuste possis: eor; peccata nō p̄fecte fuisse deleta. Q; si cōtētiōse recalcitras: dic ecclesię nō mihi: sancti innocētēs in paruuli Christi odiū per Herodem interempti, qui lege cōi in peccatis nati erant: quid post beatā passionē suā delendū habebāt: nihil penitus. Ioānes itē Baptista & Macchabęi martyres post tā cōstāter admirādo diuinę legis zelo immanissimos toleratos agones quid debebāt: nihil penitus. Paruuli p̄terea qui post susceptū circūcisiōnis cōtra peccatū originis remediū statim vita defungebātur: quid delendū in se habebāt: nihil penitus. de ceteris vero illorū tēporū iustis qđ nobis eloqueris: nū reos aut p̄nē aut culpę cuiusuis, dum e vita migrarēt mortali, eos cēses? Dimissis hic interim Seth, quę patri Adā p̄ Abel deus posuit: & eius filio Enos: q̄ inuocare cępit nomē dñi: Enoch etiā q̄ cū deo legit ambulasse: de istor; filio Noe clare dicit Genesis litera: q̄ inuenit ille gratiā corā dño. & rursus. Noe vir iustus atq; p̄fectus fuit, & cū deo ambulauit. Nō opus est sanctitatis excellētiā referre patriarcharū Abrahę, Isaac, & Iacob, & ceteror; deinceps patrū ad aduentū vsq; dñi succedētū sibi: cū euidenter reuelauerit Christus in eiusdē Abrahę sinu, hoc est leto quodā & amœno recessu iustos oēs placide requiescere: & nihil prorsus luere p̄nā. Factū est (ait dñs) vt moreret̄ medicus: & portaret̄ ab angelis in sinū Abrahę. Dein de refert quēadmodū diues in inferno sepultus, cū esset i tormētis, a longe vidit Abrahā & Lazarū in sinu eius: & dū pauxillū aquę ad leuamē postuisset patrē Abrahā: audiuit p̄ respōso: Fili recordare q̄ recepisti bona i vita tua: & Lazarus filr mala: nūc autē hic cōsolat̄: tu vero cruciaris. Oēm qppe dubietatis cām Christus semouit, & totā simul hęc dīremis q̄stionē: reuelādo q̄hic cōsolat̄. s. Lazarus: q̄si diceret: oī debito liberatus de sperata certo mercede gaudēs illā citra tēdiū p̄stolatur: interim diuinā cōsolatione leti-

Ad He. xi.  
Ad Ro. iii.  
Matth. ix.  
Marc. v.  
Lucę. vii.  
Ro. viii.  
Ad Eph. ii.  
Ad Tit. iii.  
Roma. v.  
Roma. iii.  
Ser. xlii. ad fratres in eremo. & ser. xvii. de verbis ap̄li  
In anti. de celebr. mis. Cū Matthe; s. iiii. loco.

Mat. xliii.  
F  
Math. v. & Lucę. vi.  
Lucę. xliii.  
G  
Matth. ii.  
Matt. xliii.  
Marc. vi.  
ii. Mac. vii.  
Gen. iiii.  
Gen. v.  
Gen. vi.  
Luc. xvi.

**H** ficatus. Et hoc non ignorare arcanum, per necessarium nobis fuit: quo discrimen statuū inter iustos & iniustos a seculi principio usque ad Christi aduentum nosceremus. Sic sic Iacobe res se habet. plenissime siquidem ante Christi aduentum in iustis hominibus (quatenus ad eos attingebat) deleta fuerunt peccata: & quo ad culpam & quo ad eis temporaliter correspondentem poenam. appede hęc: De paupere Lazaro Abraham loquens diuiti: Consolatur, ait: tu vero cruciaris. Putasne pauperculum illum eo ipso quia in Abraham patris collo catus erat sinu consolatum fuisse: & omnium primū martyrem Abel & succedaneos, ad sanctos usque innocentes pro Christo occisos, quin & patrem ipsum Abraham, quasi cuiusdam adhuc poenę debitores non egisse letam quietem & omni vacante molestia absit. perfectissime dubio procul peccata necesse erat eis esse deleta iustificationeque ipsos donatos: quod affatim sufficiens iis erat ad felicitatem suscipiendam: qui in illum Abraham admittentur sinu: ad quem mox a corpore solute descēdebant animę martyrum & circūcisorum paruulorum: vel aliis remediis ab originali liberatorum: aliorum quoque perfectorum: cuiusmodi fuisse nullatenus ambigo Seth, Enos, Noe, Sem, Abraham, Isaac, Iacob, Ioseph, Moysen, Iob, Samuelē, Helyseū, Daniele, Annā, Zachariam, Elizabeth, Ioseph virū Marię: aliosque innumerabiles sanctos. Qui vero (donata per poenitentiam culpa) prius rapti sunt, quod ex integro pro poenę satisfactio debito: eorum animę ad purgationis locum sicuti & nunc descendunt: quia tolerata ad quietis & consolationis sinus patris Abraham locum mox euehebatur: quolibet per eos exsoluto debito. Dicas itaque iam nobis quis tete docuit: In quibusuis (qui Christi precesserunt aduentum) sanctis peccata non fuisse perfecte deleta: sed solum in his quedam fuisse preparatiua ad vitam æternę susceptionem. Respondes: & ais. Hęc sanguis Christi & resurrectio in veritate operata sunt: quæ omnia hoc pacto testatur Paulus dicens: Deus suscitauit Iesum dominum nostrum a mortuis: qui traditus est propter delicta nostra: & resurrexit propter iustificationem nostram. & deinde subnectis: Qui post mortem Christi viuificam peccataque tollentem & resurrectionem plenarie iustificationem hanc ingrediuntur vitam: omnes redempti omnesque plenariam consummatamque iustificationem adipisci possunt. Hac tua responsione non pauca male resoluta comprehendis: quę obiter satis fit nunc tetigisse. Principio dicens hęc: Sanguis Christi & resurrectio in veritate operata sunt: bis erras. primo quod inuis deletionem peccatorum perfectam: & iustificationem a solo Christi sanguine fuso, & resurrectione fieri: quasi homo & alia dei creata dona ad hoc nihil cooperetur: aut minus (exempli causa) ad suorum remissionem peccatorum egerint omnium pater Adam, Dauid, Ezechias, aut Manasses: quod Thomas Apostolus: & ceteri: quorum incredulitate & duritiam cordis dominus increpauit: Quia his qui viderant eum resurrexisse, non crediderant: quod omnino falsum ceteri debet. hęc inquis: Sanguis Christi & resurrectio in veritate operata sunt. deinde in eo quod (vt tua resonant verba) peccata vis delere & operari iustificationem, Christi mortem & resurrectionem posteaque hęc exhibita fuere: & non prius. cui plane contrarium est verbum domini prescriptum: ad sanctum confessorem Dismam (sic enim illum quedam vocat historia) Hodie tecum eris in paradiso.

Mar. vlti.

& idem est prorsus iudicandum de innumerabili animarum cœtu, quę in ipso Abraham quiescebant sinu: singule enim die illo parasceues cum anima Christi beata in paradiso fuerunt: hoc est, in eo ipso manentes sinu & vbiuis loci fuerint, beatifica Dei visione ac fruitione donatę sunt: nondum autem Christi erat celebrata resurrectio. Hinc manifeste dicit Ioannes de Christo: quod ipse est propitiatio pro peccatis nostris: non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi. Non plus igitur pro his qui sub euangelica fuerunt, sunt, & erunt lege, Christus suis meritis satisfecit: quam pro his qui precesserunt. Eadem etenim Christi mysteriorum fides in his fuit, & in illis, quod innuit Apłs Corinthiis scribens. Patres (inquit) nostri omnes eandem escam spirituale manducauerunt, & omnes eundem potum spirituale biberunt. sequitur: Bibebant autem de spirituali cõsequete eos petra: petra autem erat Christus. Hęc autem per scripturas episto. clvii. quę est ad Optatum, sequentibus cõuincit verbis beatus Augustinus dicens, Fides sana est qua credimus nullum hominum siue maioris siue paruulę quilibet & recentis ætatis liberari a contagione mortis. antiq̄ & obligatione peccati quod prima natiuitate contraximus: nisi per vnum mediatorem Dei & hominum hominem Christum Iesum: cuius hominis eiusdemque Dei saluberrima fide etiam illi iusti salui facti sunt: qui priusquam veniret in carnem, crediderunt in carnem venturum. Eadem namque fides est & nostra & illorum: quoniam hoc illi crediderunt futurum: quod nos credimus factum. Vnde dicit Apostolus Paulus: habentes autem eundem spiritum fidei secundum quod scriptum est: Credidi propter quod locutus sum. & nos credimus: propter quod & loquimur. Si ergo eundem spiritum fidei & illi habebant qui venturum in carnem Christum prenuciarunt: quę etiam illi qui eum venisse nunciarunt: sacramenta esse potuerunt pro temporum diuersitate: ad vnitatem tamen eiusdem fidei concordissime recurreretia. Scriptum est in actibus Apostolorum loquente Apło Petro: Nunc ergo quid tentatis Deum: imponere iugum supra collum discipulorum quod neque patres nostri neque nos portare potuimus: sed per gratiam domini nostri Iesu credimus nos saluos fieri quęadmodum & illi. Si ergo & illi, id est patres portare iugum legis veteris non valentes, per gratiam domini Iesu saluos se fieri crediderunt: manifestum est quod hęc gratia etiam antiquos iustos viuere fecit ex fide: Iustus enim ex fide viuuit. & sequitur paulopost. Proinde cum omnes iusti hoc est. veraces Dei cultores siue ante incarnationem siue post incarnationem Christi, nec vixerint nec viuant nisi ex fide incarnationis Christi: in quo est gratię plenitudo: profecto quod scriptum est: Non est aliud nomen sub cœlo in quo oportet saluos fieri nos: ex illo tempore valet ad saluandum genus humanum: ex quo in Adam vitiatum est genus humanum. Sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabunt. Hęc Augustinus. quibus eundem constare putamus Christum suis meritis pro genere humano non secus fecisse satis: quo ad eos qui post eius passionem fuerunt: quod qui illam a seculi exordio precesserunt. Nec obstat quod qui post passionem (peccatis & quo ad offensam & quo ad poenam deletis) migrauerunt: mox cœli ciues facti sunt, non autem qui precesserunt: Non enim inde fit, quod in patribus esset quidam

i. Ioan. ii.

i. Corin. x.

i. ad Timotheum. ii.

2. Cor. iiii. Psal. cxv.

Actu. xv.

Abacuc. ii. Roma. v.

Ioan. i. Actu. iiii. i. Cor. xv.

L

aut purgandum aut delendum. quod ex præscriptis lucidum satis euasit. De  
 niq̄ ex Apostoli verbo, quia scilicet Christus tradit⁹ est propter delicta no-  
 stra, & resurrexit propter iustificationem nostram: nequaquā poterat Faber  
 aliud conficere q̄ expressimus, videlicet q̄ iustos qui Christum præcesserūt  
 eodem modo liberauit & pro eis debitum exoluīt Christ⁹: quo & illos qui  
 resurrectionem eius sunt secuti: q̄q̄ ad salutē obtinendam his & illis eque  
 fuit mysteriorum Christi necessaria fides. quod palam dat intelligere idem  
 i. ad Cor. x. Apostolus ipsis Corinthiis loquens. Si (inquit) cōfitearis in ore tuo domi-  
 num Iesum, & in corde tuo credideris q̄ Deus suscitauit eum a mortuis: sal-  
 uus eris. His igitur omnibus recte appēsis: dicat qd voluerit scribens q̄ in  
 his qui Christi aduentū præcesserūt non perfecte debebātur peccata &c. sed  
 solum præcedebant quædam præparatiua. quibus adiecit etiā hoc. Qui ve-  
 ro post hanc ingrediūtur vitam: plenariam cōsummatamq̄ iustificationem  
 adipisci possunt. Si dixisset: Fideles ante Christi aduentum etsi omnem ius-  
 tificationis plenitudinem & sanctitatis per Dei gratiam consequerentur:  
 non prius tamen æternę felicitatis gaudiis perfrui poterant: q̄ eorū caput  
 Christus in cruce animam posuisset pro omnibus: secus autem extunc cum  
 iis qui omne persoluerunt debitum agitur. recte quidē non illum arguere-  
 mus. Cæterum quādo omnino aliud est iustificatio seu sanctitas, aliud æter-  
 na felicitas: hæc enim corona, merces & præmium: illa virtutis exercitium,  
 opus, & meritum: hæc Fabri dogmata (q̄ scripturis distona ea monstra-  
 mus) dicimus omnino reiicienda.

Propositio. XXIII.

Ca. v. Vt desperatio perdit, confundit, & aufert vitam: Ita spes saluat, a confusio-  
 ne defendit: & auferens mortem tribuit vitam.

Confutatio.

M Bene profecto quin & optime hic nos instruit Faber. exoluantur Deo gra-  
 tię, qui vel hoc in articulo veritatis illi lumē donauit: aut (quod forsan ma-  
 gis est suspicandum) vt scriberet ita permisit: quo perueniendi ad humilia-  
 tionem & per hanc ad humilitatem de propriis occasio eidem præstari va-  
 leret: dum eius in assertionibus manifestam esse cōtrarietatem proderetur.  
 Hanc ob causam sane presentem huc citauimus (cum sit verissima) propo-  
 sitionem, vt palam fiat, q̄ sibi dissentiat & aduersetur. Ecce hic Faber plane  
 fatetur, quia spes hoc est sperandi actus, saluat sperantem, a confusione de-  
 fendit, mortem aufert, & tribuit vitam. Quid precor est mors quā sperandi  
 actus remouet, nisi peccatū: quid vita quam cōfert nisi charitas: quonā p̄  
 cto hoīs spei actus illum saluat, nisi meritorie: aliter p̄cul dubio nec potest  
 N nec debet hoc tuū verificari dictū. Cōstant igit̄ hæc Iacobi dicta sic interp̄-  
 tata. Nec est vnde valeat effugiū sperare, si dicere cōtēdat, de sperandi actū  
 nolle se loqui, sed de ipsa spe, q̄ habitus est quē Deus animę cū aliis duabus  
 diuinis seu theologalib⁹ virtutibus infundit, fide. s. & charitate. Ibi reuera  
 eius obstitit (si hoc dixerit) styl⁹, & veritas. vt desperatio (ait) pdit &c. ita  
 & spes saluat. Certū est autem quia per desperandi actum, id est desperatio-  
 nē, qui illum habet, perditur homo, & confunditur, non per habitum: quod

est accipiendum de meritorie. Si igitur ceu desperatio perdit &c. ita & spes  
 saluat: ad actum hoc ex Iacobi ratione literę omnino venit referendum, qd̄  
 & ratio ipsa cōficit. porro habitus ipsi (actibus exclusis) nihil prorsus (vti  
 superius iam nos dixisse nouimus) animę potētiās mouēt: nedū per eos ci-  
 tra actus meretur præmiū aut p̄nam ipsos habens anima. Firmū itaq̄ re-  
 linquitur quia per Fabrum actus spei, id est speratio saluat sperantem, mor-  
 tem aufert, & confert vitam: quę indubie vera fateor. At veritas, hæc: actus  
 seu opus hominis quoad spei materiam illum saluat: eiusdem peccatum auf-  
 fert, & confert vitam, scilicet gratiæ: reprobat & damnat nobiscum, imo cū  
 sacris literis multa superius per nos cōfutata: vt exempli gratia, Qz opera  
 non iustificat, Qz operum iustitia duntaxat est verę iustificationis perexi-  
 lis vmbra. Item q̄ neq̄ fides neq̄ opera iustificare quenq̄ possunt. Qz so-  
 lus Deus iustificat, solus peccatū tollit, solus confert animę vitam. Nempe  
 impresentiarum hos omnes actū sperandi hominis tribuit effectus: & recte  
 quidem secundum sensus in præcedentibus per nos sacrarum literarum ra-  
 tionibus expressos.

Propositio XXIII.

Christus fuit super omnes sperans. hinc per Psalmistam. Ego autē ait sem- P sal. lxx.  
 per sperabo: & adiciam super omnem laudem. & iterum. In te domine sper-  
 raui, non confundar in æternum.

Confutatio.

Iacobus Faber: qui eousq̄ paruaducit theologicę scholę traditiones: vt il- O  
 lis erudiri se posse minime iudicet: audacter de his (quę certe non didicit)  
 decernit. Christus (inquit) fuit super omnes sperans. dicat itaq̄: Christus (cū  
 sit dei filius: vna cum patre & spiritu sancto diuinitas) num secundū ratio-  
 nem illā sperauit quicq̄ absit. Naturę enim diuinę (vt pote sui omnia præ-  
 sentia sunt quę futura esse dicimus aut præterita) aliquid sperare nullate-  
 nus cōpetere potest: quia (vt ait Ap̄s) Spes quę videtur, nō est spes. Nam  
 quod videt quis quid sperat: Itidem neq̄ secundum serui formā spei virtutē  
 sicuti neq̄ fidē habere poterat. Si enim (doctore Ap̄lo) charitas est quę nū  
 q̄ excidit: hoc est in beatitudine etiā permanet, & quo ad habitū & quo ad  
 actus: fides vero & spes (q̄ imperfectū non nihil habeant) euacuabuntur,  
 cum venerit quod perfectū est: id est beatitudinis statui omnino repugnant  
 præsertim quo ad actus: Christi anima, quę nūq̄ beata non fuit, sed omnium  
 præteritorum presentium & futurorum intuitiuam & claram habuit semper  
 notitiam, secundum illud beati Ioannis: Vidimus gloriam eius gloriā quasi  
 vnigeniti a patre, plenum gratię & veritatis: Et de plenitudine eius nos om-  
 nines accepimus: nequaquā sperandi actū habuisse credenda est. Et hæc vel ty-  
 runculis eiusdem theologicę scholę certissima esse: nemo theologorum ne-  
 scit. Hinc scripturas quę ipsum Christum sperasse videntur innuere, pro P  
 sacrorum doctorū sensus rite accipiūt, dicentium (verbi causa) q̄ verbū illud  
 glossematīs super illo P sal. In te domine speraui: hoc dicit in persona Chri- P sal. lxx.  
 sti: ita exponendū venit: q̄ illud per Dauid dicit Christus: non q̄ pro seipso  
 verum foret: sed pro corpore, id est militante ecclesia. Si præterea vel an-

Ad Roma.  
 viii.  
 i. Corinth.  
 xiii.

Ioan. i. cap.

P sal. lxx.



## Natalis Beda In Iacobi Fabri Commentarios

geli vel animæ iam beatę vsq̄ in scriptura videatur enunciarı quasi aliquid sperantes, explicari debet sperare, hoc est desiderare, aut futurũ illud expectare. Sperare autem prout theologicę virtutis actum enunciat, essentialis beatitudinis præmiũ duntaxat respicit, & pure viatoribus (qui scilicet eter nam fœlicitatẽ non habent) competit: quam quidẽ pro se nunq̄ desiderauit Christus, vt pote qua haud caruit aliquũ non fuit igitur sup̄ omnes sperans.

## Propositio. XXV.

Mors in omnes homines qui peccauerunt, in eo quo peccauerunt pertransiit: & ob propriũ peccatum mortui sunt.

## Propositio. XXVI.

Omnes in Adam peccasse, nihil aliud est nisi peccatũ Adæ vniuersale fuisse obligans omnem suam posteritatem ad mortem: & sic omnes in Adam peccasse, non est ipsos aliquid peccasse: sed Adam vniuersalis obligationis admisisse noxam.

## Propositio. XXVII.

Qui intellexerit hanc obligationem in posteritate Adę a plerisq; nuncupari peccatum, difficultium locorum sumet intelligentiã, & paucos ab hac obligatione videbit exemptos: Christum vnicum per naturam: reliquos per gratiam, aliquos maiorem, alios minorem, vt Enoch, Heliam, Virginẽ Deiperam, & dilectum discipulum.

## Propositio. XXVIII.

Q̄ virgo beatarum beatissima mortua est, non ex obligatione primĩ parentis mortua est, sed imitatione filii sui, vt in hoc christiformis esset, & conso laretur omnes iustos posteros, qui ex imitatione christiformiter moriuntur, & non amplius ex obligatione.

## Propositio. XXIX.

Si Enoch & Helias morientur aliquando, nõ alia morte morietur. Sed hic claudendi riuũ, ne in pelagus originalis peccati ruamus, & nõ amplius Apostoli, sed alienam cogamur sequi sententiã, latissimũ sane est inter Apostoli & aliorum differendi modos interstitium.

## Confutatio.

Q̄ Hęc vna cõgerere iccirco placuit, tum q̄ a se quasi vicissim p̄deant, tũ q̄ ad quosdam reduci possunt articulos, quæ in his displicent, & ita breuiori manu refelli. Nulli autẽ mirum videri debet, q̄ hic nobis hæresis antiquæ sopitos olim cineres resuscitat Iacobus, in his Apostoli verbis occasione accipiẽs, scilicet: Sicut per vnũ hominem in hunc mũdum intrauit peccatum, & per peccatum mors &c. Cum inde (authore Augustino) sui deliramenti principium sumpserit hæresiarcha Pelagiũs. quãto enim rectius Pelagio de huiusmodi Pauli verbis posset Iacobus arbitrari, qui illa differens suam fecit sententiã ab omnium sanctorũ doctorũ & ecclesię votis alienã: Qua vero potuit fronte scribere: q̄ solus beati Pauli sensum sit assecutus: cæteri autem omnes catholici doctores minime: equidẽ vehemẽter admiror. Claudendi (inquit) riuũ ne in pelagus originalis peccati ruamus, & nõ amplius Apostoli, sed alienam cogamur sequi sententiã, Ecce sententiã Pauli vnus

Ad Ro. v.  
Lib. iii. de  
pec. meri. &  
remis. ca. i.  
parte operum.  
vi.

tenet & docet Iacobus: quicq; alii magistri alienam. Latissimũ (ait) est inter Apostoli & aliorũ differendi modos interstitium: quod est aperte dicere: Hic catholicus sum: Cæteri omnes (excipit certe neminẽ) hæretice (quia cõtra Apostoli docent intellectum) sunt loquuti. quis hanc Iacobi ferat arrogantiam hæresiarchę Pelagii in huius Apli textus expositione impiũ sequitur sensum. Cæteri probatissimi doctores illum reiciunt, & Pauli verã habent mentem: & dicit: si cũ aliis loquor: Paulum nego. Pelagus itaq; hoc est publicas ecclesię, & sanctorum de originali peccato doctrinarũ, aquas, & cõmunes theologorum modos Iacobus sequi dedignatus, re vera fodit sibi ci sternas dissipatas, quę salubres continere non valent aquas: quia aquę furtiuę dulciores sunt. sed recogitet ne forsan eum respiciat quod super hoc Salomonis verbo dicit autoritas, id est marginale glossema. Hæreticorũ (ait) doctrina publicę fidei & professioni sua secretorum decreta præponit: & cum nihil spirituale habeat, suauiozem catholicis pastoribus se scientiam iactat docere, vt scilicet libentius audiatur. Hęc ibi vt profecto hæresiarchę Pelagio & Iacobo Fabro eadem abutẽdi præscripto Pauli verbo infausa fors extitit: (opinor) non absimilem eos duxisse vitã diffitebũtur minime, qui Iacobi norunt studia moresq; si legerint Pelagii epistolam ad Demetriadẽ, de virginitate & vita perfectã: quæ inter Augustini epistolas locum sortita est. cxlii. Est enim multa eruditione referta: & seruẽti zelo ad morum cõpositionem hortari videtur: sed non caret erroribus autoris sui. aut dum audient quidnam de eiusdẽ Pelagii cõuersatione scriptum reliquerit Augustinus. Is etenim Marcellinum compellans: Legi (inquit) Pelagii quædã scripta: viri, vt audio sancti & non paruo prouectu Christiani. Et rursum. Qui istum nouerunt: bonũ eum loquuntur, ac prædicandũ virũ. Itẽq;. Hęc ergo & alia quæ hunc sequuntur errorem (quę scilicet Pelagiũs prænotatum Apostoli explicans verbũ scripsit) nimium peruersa & Christianę repugnantia veritati: credo q̄ vir ille, id est Pelagiũs, tam egregie Christianus omnino nõ sentiat. Ad Honoratum vero scribẽs dicit. Habet Dei gratia aduersarios, id est Pelagiũm & eius sectatores: nec tales sunt quos facile contemnas, sed continẽter viuẽtes, atq; in bonis operibus laudabiles. Agedũ, per hęc Iacobum noscentibus liquet, quia par vitæ conditio eum, & Pelagiũm hæresiarcham sociauit: qui eodem erroris fœdati contagio Apostoli Pauli dictum, scilicet: Sicut per vnũ hominem in hunc mundum intrauit peccatum, & per peccatũ mors: In malum sibi ad hæreticum detorsertũ sensum. Velim autem per hęc Fabro & per eũ falsis occasionem præberi, vt qui non vident videant: id est sese errorũ nebulis offuscati cognoscentes, ad patrũ & ecclesię cõmunem fidei lucem reuertantur. A qua propositionibus quinq; prænotatis q̄ procul se elongauerint Iacobus earum author, eiusq; affectę: per eliciendas inde particulas (quę maxime nos mouerunt) lucidũ euadet. Ex illis siquidem cõficitur primo, q̄ iniustorum mors hominũ peccata est non peccati naturã, id est originalis: sed propriorũ & personalium, seu actualium criminum. Mors inquit in omnes homines qui peccauerunt, in eo quo peccauerunt pertransiit, & ob propriũ peccatum mortui sunt. & vt hęc

Hier. ii.

Prouer. ix.

Lib. iii. de  
pec. meri. &  
remis. ca. i.  
pte operum.  
vi.  
Ca. iiii.

Lib. de gra  
tia noui te  
stamenti. ca.  
xxxviii. pte  
ope. vi.

Roma. v.

S

suam firmet sententiam, dicit in hoc Apostoli verbo: Sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccauerunt: Relatiuum quo neutro accipiendum esse genere, non masculino: ut scilicet peccatum referat non hominem, id est omnium patrem Adam. Quippe si peccatum referre dicitur hoc indubie de originali accipiendum est. Vult insuper, quod omnes in Adam peccasse non est ipsos aliquid peccasse: sed Adam vniuersalis obligationis admisisse noxam. Præterea quod ipsa vniuersalis obligatio ad mortem, peccatum est originale. & ita per Iacobum originale peccatum culpa non est, sed debitum. quod plane hæreticum est. Dicit quoque ille nonnullos a debito mortis corporalis exemptos esse, ut Enoch, Heliã, & Ioãne &c. Et denique quod Dei mater, & cæteri qui eam secuti sunt iusti, & sequentur, non moriuntur ex obligatione qualibet, quia nullius mortis debitores sunt, sed ut imitatores sint Christi moriuntur. quasi vel ipsi deparæ aut aliorum culpam iustorum liberum fuerit si nollet non mori: hoc est potuerit si ei placeret non mori (sed in hoc non esset Christi imitator) & mori, ut ipsum æmularetur obeundo mortem Christum dominum. Hęc assertio manifeste etiam hæretica est. quæ quæ sit vici na illi Pelagii prauo dogmati, quo (sicut refert Augustinus) ait dictum Apostoli, scilicet Per unum hominem, id est Adam, peccatum in hunc mundum intravit, intelligendum esse per imitationem: pro eo quia quicumque peccant, Ad peccati imitatores fiunt, secundum illud Olee: Ipsi autem sicut Adam transgressi sunt pactum: facile potest oculatus videre. Velle autem hæc a radice (quasi non fuissent olim per doctores & ecclesiam reiecta) confutare, omnino foret inane, cum ad hoc tot & tam egregia scripserint volumina sacri doctores, ut alios taceam, Hieronymus & Augustinus. Paucioribus iccirco agentes dicimus perstringendo, quod in re presenti Iacobus partim Pelagium secutus, tria que sane diuinæ legis aduersantur intelligenti tradidit: ad que sequuntur & alia. Primum quod in genere humano corporalis mors, que scilicet separatione animæ a corpore conficitur, non est pœna peccato primi hominis debita. quod est Pelagianum. Causam autem mortis reddens Iacobus dicit: Iniusti ob propriorum debitum peccatorum moriuntur, iusti vero non ex quavis obligatione, quia ab omni tali eos Christus exemit pro omnibus moriendo. Aliam vero mortis ipsius assignabat Pelagius causam. ille enim (sicut refert Augustinus) dicebat ipsum Adam mortem non incurrisse quia peccauerat, sed ex necessitate naturæ. quod scilicet hominis corpus ex contrariis compactum videretur, quemadmodum cuncta quæ in hoc mundo ex quatuor videtur elementis primis composita (cum generata sint) naturali theoremate dicuntur de necessitate desitura. Et non aduertit Pelagius, & eius partim discipulus Faber, quod etsi quantum ad principia homini intrinseca ex corporis parte ratio posceret naturalis, ut suapte conditione aliquando interiret: diuino tamen dono (quod iustitiam propterea sancti vocant originalem, quia illam patri nostro Adam pro se & tota ipsa posteritate in eius creationis origine contulerat Deus) loci quoque & fructus arboris vitæ beneficio factum erat, ut humani corporis conditione gratia fortior (si eam largitori Deo

Li. i. de pecc.  
meri. & remis.  
cap. ix.  
pre ope. vi.  
Cap. vi.

Li. i. de pecc.  
remis. ca. i.

in omnibus obtēperās semper seruaret homo) nunquam mortem experiretur. Et ita naturale statui illi erat posse non mori: si vero benefactori & creatori Deo ingratus homo primam unicam factam sibi prohibitionem prætergrederetur, donis illis naturæ & non tantum personæ factis spoliatus, mortis fieret cum omni posteritate debitor. Secundum Iacobi dogma errorum, istud est: peccatum originis non est culpa. Quod autem hoc ipse velit, hinc constat perspicue: quia dicit peccatum huiusmodi, obligationem vniuersalem esse ad mortem: & quod omnes in Adam peccasse non est eos peccasse, sed est Adam ipsum vniuersalis obligationis admisisse noxam. Quando igitur (ut docet Augustinus, & ratio id habet) idem profusus est non peccasse, & non habuisse peccatum: idemque omnino peccatum & culpa signent: Si homines in Adam peccasse non est eos peccasse, euidenter sequitur quod peccatum quod sit culpa nullum ex origine quicumque habuit. Manifestum insuper est, obligationem ad mortem seu mortis debitum nullatenus culpam esse, sed culpæ seu peccati pœnam: que sunt tamen hæc Iacobi asserta sibi consentanea, videlicet quod originale peccatum in nobis est obligatio ad mortem, & quod non iustificati per Christi gratiam ob proprium peccatum moriuntur, ipse viderit. Tertium Iacobi dictum scripturæ dissonum, hoc est: Iusti nonnulli morte corporali exempti sunt, ut Enoch, Heliã, & dilectus discipulus. Hoc vltimum assertum quantum ad beatum Ioannem efficaciter satis reor me refellisse propositione sexta considerationis tertie opusculi, cui nomen hoc dedi, Apologia pro filiabus & nepotibus beatæ Annæ, contra Iacobi scriptum nuncupatum vna de tribus. Scripti enim illi certo loco Hierony. (quod libro de viris illustribus scripsisset ipsum Ioannem sexagesimo octavo post passionem domini anno fuisse mortuum) redarguere præsumpsit Iacobus, quibusdam contendens mediis quod nequaquam obierit Ioannes: sed quod vel cum Enoch & Heliã translatus est, vel viuus ad cæleste subuectus regnum: sic quod nunquam fuit anima eius a corpore separata. Cuius quidem dicti illic oppositum clare probasse putamus. Præsens autem assertio tota dictis ibidem per nos utcumque refutatur: quibus adiucimus dicentes quod plane scripturis multis aduersatur, quales sunt hæc. Quis est homo qui viuet & non videbit mortem, nisi qui iam pro mortalibus mortuus est. Quod rectissime quidem sensit Augustinus. quandoquidem decretum illud iudicis Dei ad patrem Adam: In sudore vultus tui vesceris pane tuo, donec reuerteris in terram de qua sumptus es, quia puluis es & in puluerem reuerteris: pro sanctorum omnium & ecclesiæ sententia non modo eius complectitur personam, sed & nepotes. Cum itaque nulla subsequentium scripturarum particula monstrari potest ab regula illa quosdam exceptos esse: præter Christi corpus & sanctæ eius matris, propter Psalmistæ verbum. Non dabis sanctum tuum videre corruptionem: omni semota dubitatione firmiter est tenendum per decretum illud ad temporalem mortem & incinerationem carnis singulos ab Adam. comuni propagatione progenitos obnoxios esse: quod planissime scripsit Apóstolus dicens: Statutum est hominibus semel mori. Ecce nullum omnium exemit Apóstolus. Et hoc quidem aliis est consentaneum scripturis. Le

V

X

Psal. 88.

Gen. iiii.

Psal. xv.

Hæb. ix.

Ecclesi. ix. gitor enim in Ecclesiaste: Nemo est qui semper uiuat, & qui huius rei habeat fidutiam. Quid ad hoc dicit Iacobus: homo ne est? Nemo (inquit Dei spiritus per Salomonem) est qui semper uiuat, & qui huius rei habeat fidutiam. Eia non solum fidutia nescio qua sperauit ille, quosdā semper uiuere, **Y** id est uiuere & nunq̄ mori, sed & scripsit: scriptum eius orbi innotuit, negare hoc nullatenus ualet. Aut igitur falsus ipse lectores infauste sefellit: aut falsum (quod vel cogitare insanissima est blasphemia) scriptum per Sapientem uoluit Spiritus sanctus, dicens: Nemo est qui semper uiuat. Hoc etiam alibi firmavit idem spiritus. Graue (inquit) iugum super filios Adam a die exitus de ventre matris eorum, usq; in diem sepulturæ in matrem omnium. Hæc perpende bone Faber: omnium absolute terra mater est, Iob dicentes: Nudus egressus sum de utero matris meæ, & nudus reuertar illuc. Omnes igitur Adæ filii ad eam secundum corpus sunt reuersuri: quod est omnino primo consentaneum decreto: Puluis es & in puluere reuerteris. & idipsum alibi Dei spiritus indicari uolens: Deus (inquit) mortem non fecit, nec lætatur in perditione morientium. sequitur paulopost. Impii autē (scilicet Adā & Eua, Dei cultū impie reiciētes, & lignū ueritū arripiētes) manibus & uerbis accerserūt illā: id est sua culpa eā in se, & quæcūq; naturæ legibus eorū futurū filiū inuexerūt. Si hæc ad rē nondū fat sint Iacobo: audiāt quæ os eius obstruere merito debeat, ut ex hoc a corpis & animæ dissolutione (quæ naturalis mors est) neminē præsumat exemptū dicere. A muliere (inquit rursus dei spūs) initiū factum est peccati, & per illā omnes morimur. En in uiuere sum omnes mori testatur scriptura, omnium neminem a morte liberans. Deo itaq; liberalior erit Iacobus: qui quos uult dixit exemptos: cum rursus & alia clamet scriptura in omnium hominum multitudinis loquēs persona, & dicat: Omnes morimur, & uelut aquæ dilabimur in terrā, quæ non reuertitur. Quem certe non inducent hæc, ut humiliter credat & firmiter, hominē quæcumq; vel mortuum esse aut moriturum: uideat quibus remoretur argumentis. Sunt nimirū (si cuiq; hoc, quod absit adhuc, cōtingat) plane sophistica. quod pulchre tradidit Augustinus una epistolarū ad Marcellinum. Si ratio (inquit) contra diuinarū scripturarū auctoritatē redditur: quæcumlibet acuta sit, fallit uerū similitudine: nam uera esse nō potest. Rursus si manifestissime certeq; rationi uelut scripturarū sanctarū obicitur auctoritas: non intelligit qui hoc facit: & non scripturarum illarum sensum (ad quem penetrare non potuit) sed suum potius obicit ueritati. Quæ præterea mors hæc corporalis non sit primi peccati Adā patris nostri pœna, eiq; necessario stante quam homini tradidit Deus, lege debita: sed quæ iniusti ob propriū moriuntur peccatū: & iusti ex nulla obligatione, sed ut Christi sint imitatores: hæreticum plane ex innumeris scripturæ locis se conuincere Augustinus putat, agens contra Pelagianos: ut puta libris quatuor de peccatorum meritis & remissione, Libris duobus cōtra Pelagiū & Cælestinū de gratia Christi: & rursus libris septem cōtra Iulianum Pelagiū: & deniq; libris sex hyponosticon, id est responsonum cōtra Pelagianos, & li. xiii. de ciui. multis capitibus, plurimis quoq; epistolis. Vnde nō possum nō obstru-

perescere: uident in has hæreses (iam præterierunt anni mille) per ecclesiæ iudicium damnatas lapsus Iacobum, cum etiam beatus ipse Apostolus eas in Pelagianis propheticis præuidēs spiritu luculentissime reprobauerit, dicens, Regnauit mors ab Adam usq; ad Moysen, etiam in eos qui non peccauerunt. actualibus scilicet peccatis, cuiusmodi sunt paruuli: & criminibus, ut fuerūt iusti: qui scilicet nunq̄ mortali culpa actuali Deum offenderunt: & tamen hi mortui sunt aut morientur omnes. tanq̄ aperte diceret Apostolus: Verissimū est quod præmissi, scilicet quod per unum hominē peccatum in mundum intrauit: id est originis seu naturæ: & per peccatum illud mors. Et quia futurū erat ut contenderent hæretici (quibus se iunxit Faber) mortem potius nullius peccati pœnam esse: sicuti quæ bruta & cætera uiuentia intereant, nullius peccati pœna est: sed naturæ hoc exigit conditio: quod (ut testatur Augustinus) dicebant Pelagiani: uel actualium peccatorum fatius dici debet mors pœna, quod asserit Iacobus: resultans Apostolus hanc excludit hæresim præmissis uerbis: mors (ait) etiam dominata est in eos qui non peccauerunt: alio inquam peccato ab originali. Illius igitur omnino pœna est: hinc & Augustinus: Si (inquit) propriis seu actualibus naturalis deberetur mors peccatis, & non originali unice: non dixisset Apostolus: per peccatum mors intrauit, sed per peccata: neq; scripsisset mors regnauit &c. in eos qui non peccauerunt actu: scilicet proprio. hæc clarissima sunt. Libris deniq; mox expressis, copiosissimis scripturis monstrat Augustinus originis peccatum culpam esse: non pœnam aut mortis debitum, sicut perperam Iacobus scripsit. Et licet diutissime dubius fuerit Augustinus ipse, propter varias de animarum origine quorundam doctorum (quæ eo tempore extabant) sententias, quando & qualiter animam illam contrahat culpam: Nam & super hoc Hieronymus consuluit nuncio Orosio presbytero doctissimo: ceu ex libro primo de origine animæ constat, quem ad eundem scripsit Hieronymus Augustinus: De præcipuo tamen negotio audi quæ pie & nihilo secius iucunde ac fate scripserit. Eleganter (ait Augustinus) dictum esse narratur: quod huic rei satis apte conuenit. Cum quidam ruisset in puteum (ubi aqua tanta erat, ut eum magis exciperet ne moreretur, quæ suffocaret ne loqueretur) accessit alius, & eo uiso admirans ait: quomodo huc cecidisti? ait ille: cogita (obsecro) quomodo hinc me liberares, non quo modo huc ceciderim quæras. sequitur. Ita quoniam fatemur & fide catholica tenemus de reatu peccati tanq̄ de puteo etiam paruuli infantis animam Christi gratia liberandam: satis est quod modum quo salua fiat nouimus: etiam si nunq̄ quomodo in malum illud deueniret nouerimus. Quæ autem posthac ueram de animæ origine (adiutore Hieronymo) sententiam in se firmauerit Augustinus: certum cognoscet, qui libri de Ecclesiasticis dogmatibus, seu regulis orthodoxæ fidei decimum quartum legerit caput. capite uero tricesimo nono originale peccatum culpam esse docet. Et quoniam Iulianus Pelagianus (de quo supra diximus) peruertendo scripturas, quibus id conuincebat Augustinus, dicebat quod imponere culpam qualem libet in paruulo

Roma. v.

Li. i. de pecc. me. & re. cap. ii.

B

Parte oper. viii.

Li. ii. ad eundem Hieronymum de sententia Iacobi, &c.

Parte oper. ris decima.

lorum animas, Manichæum erat non catholicum: Obuiam it Augustinus inuētabilitē mōstrans diuinārum testimonia scripturarū in sensu quo eas probādo in paruulis omnibus culpam esse originalē citabat, necessario accipiēda esse: Quod veterū doctorum auctoritatibus tam gręcorum q̄ latinorum conficit: quas longissimo ducit tractatu. Eorum autē dūtaxat hic placuit nomina exprīmere (cū rem certissimā ex dictis existimē): quo fiat Iacobo notum a quot & qualibus ecclesię colūnis hęresiarchę Pelagiū in parte dogma secutus discessit. Sunt igitur Hireneus Lugdunēsis, qui (ait Augustinus) nō longe a tēporibus Apostolorum fuit. Cyprianus afer, gloriōsus doctor & martyr, Retici⁹ Eduenſis episcop⁹ Gallus, Olympus Hispanus episcopus, Hylarius Pictauēsis, quē ibi dicit Augustinus ecclesię catholicę aduersus hęreticos acerrimū defēnsorem. Ambrosi⁹: de quo inquit ad Iulianū August. Audi & aliū excellentē Dei dispensatorē: quem veneror vt patrem. In Christo enim Iesu per euangeliū ipse me genuit, & eo Christi ministro lauachrum regenerationis accepi. Innocētius Ro. Ponti. huius nominis primus: de quo ita in Platina legitur. Pręterea Innocētius, Pelagiū monachum, & Cęlestinum hęreseos dānauit. cōtra quos multa scripsit Augustinus. Pelagiū autem in Britāniam proficiscens totam insulam errore suo infecit, adiuuante Iuliano tāti malī comite & socio. Damnationē autem hęresis Pelagiānę per Beatum Innocētium prouulgatā postea etiam firma uit sanctus Zosimus, vt idem docet Augusti. ii. retractionum libro, cap. I.

**D** Secundum istos sex sanctos doctores latinos, quosdam etiā de Oriente aduocauit Augustinus in testes originalis culpę sanctos theologos. Primus est Gregorius (vti reor) non Neocesariē. aut Emisenus, sed Nazanzenus: de quo Iulianū cōpellans ait Augustinus: Non tibi deerit magni nominis, (is nimirum ante Gregoriū huius nominis primus, Romani Ponti. tempora Gregorius magnus vocitabatur) & fama celeberrima illustis episcop⁹ de partibus Orientis: cuius eloquia ingentis merito gratiæ etiā in linguā latinam translata, vsquequaq; claruerunt. Secundus est Basilius. Tertius Ioānes Chrysoſtomus: quibus & Hieronymum addidit Augustinus. Sunt hic militiæ Christianę decem non gregariū milites, sed duces inuicti, quibus q̄ per scripturas sacras cōuincitur originale peccatū culpam esse & peccatū in singulis Adę filiis cōmuni nature modo genitis (sancta Dei matre dēpta) esse: & non obligationem ad mortem, seu mortis debitum, sed mortē illius esse pœnam: dum bella contra Iulianū episcopum Capuanum Pelagiū patronum, & Iacobum Fabrum gessit Augusti. pro nobis: per eum utiā nam se victum (positis armis) fateatur vt saluus fiat.

¶ Propositio. XXX.

Adam & omnes filii eius sunt vnum corpus peccati: Adam caput. Christus & omnes filii eius vnum corpus iustitię.

¶ Confutatio.

**E** Sexto epistolę ad Ro. ca. ad eos ita scripsit Apostolus: Vetus homo noster simul crucifixus est, scilicet cum Christo, vt destruat corpus peccati, vt vltra nō seruiamus peccato, cuius occasione verbū nouo loquendi modo hęc

Iacobus nobis tradidit, quę etsi apprehensione prima non videantur fidei aut moribus maximopere noxia, non sunt tamen locutiones tales in eiusdē fidei admittendę doctrina: ob rationē qua fuit compulsus Augustinus docere nos dicens. Liberis verbis loquuntur Philosophi: nec in rebus ad intelligendum difficillimis offensionem religiosarum aurium pertimescunt. Sequitur ad rem pręsentem: Nobis autem, scilicet theologiam differētib; ad certam regulam loqui fas est: ne verborū licentiā etiā de rebus quę his significantur impiam gignat opinionem. Videamus (obsecro) si catholice Iacobus hic locutus est, id est scripturis sacris cōsentaneę pro sanctorū traditione doctorum. Ecce in primis hic asserit peccati corpus, de quo dicit Apostolus: Vt destruat corpus peccati: collectionem esse Adam primi hominis, & omnium eius filiorum. Adam (inquit) & omnes filii eius sunt vnum corpus peccati. cui palam aduersatur eiusdem Apostoli verbum ad Colossenses dicentis: Mortificate membra vestra quę sunt super terram. & ne cui q̄ dubium linqueretur de quibus prętenderet membris, secutus adiecit inquit: fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscētiā malam, & auaritiā. Hęc Apostolus. quibus fit perspicuum corpus peccati (quod destrui desiderat, seu mortificari) nō aliud esse q̄ congeriem seu cumulum huiusmodi membrorum, quę hic lucide explicuit, dicens: Auaritiā, fornicationem &c. Et in hoc magistrum Christum & dominum nostrum est imitatus, qui dixit: Si oculus tuus nequā est, id est peruersa intentio: totū corpus tuum tenebrosus erit. & q̄ ita voluerit beatus Paulus corpus destruentum intelligi, ex communi catholicorum sensu doctorum conuincitur. Porro sanctus Ambrosius super hęc eiusdem Apostoli verbis: Vt destruat corpus peccati. Hominē, inquit, veterē actus pręteritos dicit Apostolus. sequitur. Hos actus crucifixos, id est mortuos dicit: vt corpus destruat, quod est eunēta crimina: Omnia enim peccata simul corpus appellat: quod destrui dicit per bonam vitam & fidem catholicam. Hieronymus vero super eisdem verbis: vt destruat corpus peccati, & vltra nō seruiamus peccato, ait: Hoc est vt omnia vitia destruantur, quia vnum vitium membrum est peccati, omnia corpus totum. Augustinus deīn illud Christi verbum: Si oculus tuus nequā est &c. cōtra Iulianum Pelagiū citans. Hunc (inquit) oculum agnosce intentionem, qua facit quisq; quod facit: & per hoc discite eum qui non facit opera bona intentione fidei bonę, totum quasi corpus (quod illis velut membris operibus constat) tenebrosus esse. & alio loco: Si oculus tuus (ait) nequā fuerit, totum corpus tuū tenebrosus erit: id est, talia erunt facta tua, qualis erit intētio tua, cur ea facis. Ab Augustino autem, non dissentit sanctus Gregorius. Quid inquit per oculum exprimitur, nisi opus suum pręueniens intentio: & quid appellatio ne corporis designatur, nisi vnaquaq; actio? Non potuit certe his quatuor ecclesię luminaribus inmitens deuiare Magister, qui interlinearī glossate sacrarum literarū expositionem scripsit, dicens: Vt destruat, scilicet dominante ratione: corpus peccati, id est omnia crimina, quasi corpus & congeries. Quod autem ad Apostoli verbum ad Colossenses pręscriptum, &

Li. i. contra Iulianū. Pelagiū. cap. ii. pte ope. viii

Li. x. de Clō ui. ca. xliii.

F

Ca. iiii.

Matthęi. vi. & Luca. ii.

Roma. vi.

G

Matthę. vi.

Li. iiii. con-

tra Iulianū

Pela. ca. iiii.

parte. vi. o-

perum.

Lib. de ope.

Monacho.

Ca. xxvi. p-

te ope. v.

Lib. mora.

xxviii. cap.

xxxiii.

Christi dictum ex Matthæo & Luca citatum cōformiter cum his sacris ec-  
clesiæ doctoribus, Iacobus loqui debuerit: & non pro sui arbitrio ingenii  
atq; iudicii ingerere fidelibus nouitates: facili potest hac ratione ad hominē  
demonstrari. Quæ hic scribit ipse, neq; sibi, neq; veritati cōsentiant: sunt igitur  
omnino refutanda. connexio valida est: & nos assumpsisse quod verum  
fit ita pandatur. Ait Iacobus: Adam & omnes filii eius sunt vnū corpus pec-  
cati, Adam caput. Si assertio hæc vera est: Christus dominus, & sacra eius  
mater, peccatores (quod nec admittet Iacobus) extiterūt: & peccati mēbra.  
cum ex genealogia per beatū Lucam scripta certū sit, & matrem & benedi-  
ctum fructum filios esse Adæ. Præterea si verum est q; Adam & omnes fi-  
lii eius sint peccati corpus, nihil loci relinquitur veritati huius: Christus &  
omnes filii eius vnum corpus sunt iustitiæ: nisi dixeris eosdē homines simul  
esse membra Christi & diaboli. quod omnino erroneum est. Item si dun-  
taxat vult Iacobus q; Adam ipse caput erat corporis peccati, tātis per dum  
in peccato perseverauit: hoc est priusq; per Dei gratiam iustificaretur: quod  
certum est factum fuisse spiritu Dei per Sapientem dicente: Hæc scilicet in  
creata sapiētia (quæ Deus vnus cum patre & spiritu sancto est) illum qui  
primus formatus est a Deo pater orbis terrarum: cum solus esset creatus  
custodiuit: & eduxit illum a delicto suo. hoc enim innuere videtur Iacobus  
cum sequēter ait: corporis peccati caput Adam fuit. cur clare quod volebat  
non expressit: prior enim propositio nequaq; illum admittit sensum cum sit  
secundum totum posita: Adam inquit, & omnes filii eius sunt corpus pecca-  
ti. Cæterum finge id corpus peccati pro tota peccatorum hominum multi-  
tudine posse capi, ceu cōtra scripturas & sanctorum doctorum assertiones  
(vti monstratum est) accepit Iacobus: inde tamen se nullatenus liberare va-  
lebit: nisi theologorum communi doctrinæ se accommodas, dixerit corpus  
huiusmodi bifariam intelligi debere: videlicet aut secundum præsentem  
iustitiam, aut æternam prædestinationem. quod egit diuus Augustinus, ra-  
tiones duarum pulcherrime pertractans ciuitatum: quarum altera Dei di-  
citur, altera diaboli: quia inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarū:  
imitatur autem illum, qui sunt ex parte ipsius. Atqui si Iacobus volebat sim-  
pliciter loqui, multo aptius cum scriptura peccati caput dixisset diabolum  
qui omnium reproborum pater dicitur: aut si de humani generis peccato  
tantum dicere (licet gratis) iuuabat: conuenienter omnium malorum ho-  
minum reproborum caput vocasset Caym: quemadmodum corporis Chri-  
sti, id est ecclesiæ, caput, hoc est initium, Abel iccirco a sanctis dicitur:  
quia ex quo iustus factus est, nunq; iustitiam ne moriēs quidem perdidit: fi-  
dem scilicet, spem, & charitatem: cum cæteris Dei donis. Hac siquidem  
via peccati corpus integrum habuisset Iacobus, hoc est capitis & mem-  
brorum cumulum: nec opus habuisset dicere (quod tamen magis ri-  
dendum velut somnium putauerim) acephalum esse huiusmodi cor-  
pus & simile trunco sine capite. Adde. id quod Iacobus præterdit, pecca-  
ti corpus scilicet destrui: quomodo potest verificari: nisi dicatur, q; pec-  
cati corpus minuitur, & Christi corpus augmentum inde suscipit. At hoc

Lucæ. iiii.

Sapient. x.

Lib. xxi. de  
Ciuit. dei.  
Sapient. ii.

Ioan. vii.  
& ix.

K

non est scripturæ cōsonum. Christus etenim testatus est: quia lata porta &  
spatiosa via est quæ ducit ad perditionem, & multi sunt qui intrant per eā.  
Quæ angusta porta & arcta via est quæ ducit ad vitā, & pauci sunt qui inue-  
niunt eam. & rursum: Multi (dixit dñs) sunt vocati, pauci vero electi. De fi-  
ne vero seculi ipse prædixit, Quoniā abundabit iniquitas, refrigescet charitas  
multorū. Sunt in diuinis literis ad hūc scopū non pauca quæ obuia oīno vi-  
dentur assertioni Iacobi qua dicit: corpus peccati, id est reproborū numerus  
indies minuitur. quod necessario accipiendū est secundū præsentē iustitiā.  
Nempe si prædestinationē respicias, neq; minuetur numerus, neq; augēdus  
est. Scio inquit dñs in Ioāne, quos elegerim. & prius in eodē: Ego cognosco  
oues meas. Apłs vero ait: nouit dñs qui sunt ei. Dicat quæso nobis Iacobus,  
ex quo ecclesia hanc suā nouam vidit theologiam, & erigere cornua cepit  
Martinus Luther: (cuius vel præceptorū in multis vnus est, vel discipulo-  
rum) peccati corpus vtrū indies minutionē sentiat aut incrementū: quis ca-  
tholicorum prudentiū non videt aperte & ad oculū defendendam animarum  
stragē: & dicit Iacobus reproborū numerū indies magis ac magis destrui.

Mat. vii.

Mat. xx. &  
xxii.

Mat. xxiii.

Ioan. xiii.

Ioan. x.

2. Timo. ii.

Propositio. XXXI.

Si homines intelligerent magnum circa se pietatis peragi sacramētum, vi-  
derent in dies corpus peccati destrui, cuius dominus caput destruxit: Nam  
corporis peccati caput Adā fuit, quem Christus victor ex regno mortis tra-  
duxit in regnum vitæ. ergo corpus peccati nunc acephalū est, & simile trun-  
co sine capite.

Propositio. XXXII.

Membra corporis Christi id est iustificati fideles, legis opera faciūt: nō q; eis  
tāq; egri indigeāt, sed tāq; ii qui oīno sani, sana faciūt opera: & imitatione fa-  
ciūt, vt ipsi sint christiformes, veriq; Christi imitatores, q; similia fecit opera.

Propositio. XXXIII.

Membra Christi, id est fideles Christiani, siue viuunt, siue moriuntur, Chri-  
stum imitantur: & passiones corporales morsq; ipsa corporalis nō illis ob-  
uenit ex obligatione, sed ex Christi imitatione.

Confutatio.

Postremū quod hic dicitur, scilicet q; passiones corporales morsq; ipsa cor-  
poralis non obuēnit fidelibus Christianis ex qualibet obligatione, sed ex  
Christi imitatione: erroneum esse & sacris aduersum scripturis, nos præce-  
dentium propositionū confutationibus satis euidenter mōstrasse credimus.  
Vellem autē nos docuisset Iacobus, quos pro auctoritate in his notis dog-  
matibus ex catholicis doctoribus sequutus est pceptores: aut rationes qui-  
bus ita loqui cōpulsus est, assertionib; suis adiecisset. Qñ autē neq; auctori-  
tatē citat diuinā aut humanā, neq; argumēta quibus sua firmet dicta produ-  
cit: quis illius dictis assentietur, nisi forsā qui illa pro oraculis imprudēs  
acceptet: prudētes vero absit vt talibus se patiātur seduci: cū omniū ecclīæ  
doctorū voces & scripta clamēt protestēturq; cōcupiscentiā, ignorantiam,  
imbecillitatem, impotentiam, sitim, famem, æstū, algorem, lassitudinem, pu-  
sillanimitatē, ceteraq; tum animæ, tum corporis passiones, cum ægritudi-



Gen. ii.

nū innumera varietate, primū hominis peccati pœnas esse: quod ex illo Dei verbo ad ipsum Adā cōuincūt: De ligno scientiæ boni & mali ne comedas. In quacūq; enim die comederis ex eo, morte morieris. Inde enim fit e regio ne, quia nihil omnīū q̄ poterāt mortē inferre fuisset expertus hō, si vetitū nō p̄sumpsisset inuadere ligni fructū. In quacūq; die (dixit dñs) comederis ex eo, morte morieris: hoc est pœnis q̄ mortē adducere p̄ualēt incipies subiici, & ita per eas ad mortē pergere. Quod q̄ verū p̄dixerit dñs: nemo (nisi qui se prorsus ignorat) nescit. sic enim locut⁹ est, quasi diceret Adā: si nullo die comedere p̄sumas, nullo itidē die mortis tortoribus te supponā: sin beneficii oblitus p̄uaricari audeas, mortis corporalis subdit⁹ cœperis esse causis vniuersis. Et ne existimet Iacob⁹ passiones (quas phisici morbos vulgo ap pellant) mortis dūtaxat lictores esse: Augustinū verū animarū medicū au diat: Aegritudo (inquit ille) perpetua est in ista fragilitate carnis. Putatis enim hominē tunc ægrotare q̄ febricitat, & sanū esse q̄ esurit. sanus est dī citur. Vis videre quātū malū est esurire, dimitte illū sine medicamēto septē diebus, occiditur: sed quia ponis quotidie medicamentū, viuit. medicamentū sane famis cibus est: medicina fitis est potus, lassitudinis somnus, sessionis deambulatio, frigoris ignis, æstus refrigeratio. & pluribus aliis modo cōsimi

M

li expressis, addit: Vide igitur q̄ imbecille sit corpus humanū. Quis autē sapientīū nō miretur Iacobū animo cœcepisse, has & reliquas omnes humani corporis passiones hominī accidere nō ex obligatione: cum videre poterat in fidei lumine, q̄ si non peccasset primū naturæ humanæ principiū Adam, de paradisi terrestris loco (vbi nullę prorsus passiones tales fuissent) minime eiectus fuisset. Quē igitur illinc extrusus est, peccati punitio fuit, tā in eo q̄ in tota posteritate: pro qua etiā naturæ (q̄ si vellet, facillime custodire poterat) beneficia acceperat. Quęcūq; autē eiectionē illā, & fœlicis in eodē loco status in miserū cōmutationem sequūtur incōmoda, primæ eiusdē p̄auari cationis pœnę sunt: ad quas (in faultissimo cū morte per miserādę coniugis patrociniū authore sathā inito pacto) pro iniustissimo precio se & nepotes singulos cōtra creatoris agens mandatū vendēdo obligauit. Qui em̄ legē cū pœnarū in p̄uaricatores adiectione latā trāsgredi p̄sumit, ad hōi subeūdas pœnas se deuinctū reddit & obligat. Talis autē fuit (vt constat) lex cōtra quā egit Adā. Se igitur & posteros quasi vēditionis cōtractu pro

Roma. vii.

modico vēdidit cibo: qđ apertissime etiā de se fatetur Ap̄ls: cū ait. Ego carnalis sum: id est carnis cōcupiscētis obnoxio⁹, & miseris: & cur hoc, causam addit dicens: Venūdatus sub peccato. vbi glossa interlinearis: hoc (inquit) ex culpa primū hōis, qui pro delectatione cibi vetitū se & oēs alios vēdidit. Et sanctus Ambrosius, hoc (ait) est venditū esse sub peccato: ex Adam (qui prior peccauit) originē trahere. & paulo post. Adā enim vēdidit se prior: ac per hoc omne semē eius subiectū est peccato. Quā ob rē infirmū esse hōiem ad p̄cepta legis seruādā, nisi diuinis auxiliis muniatur necesse est. Hęc Am

N

Cap. vii.  
Libro Hæ  
brai. q̄sto.

bro. Quę quidē rectissime celsuit: scripturis etenim oīno cōgruunt. Siquidē Regū libro secūdo, dñm ita dixisse refertur. Si inique aliquid gesserit. s. Sa lomō, arguā eum in virga virosq;, & in plagis filiorū hōim. vbi Hiero. Vir

gā (inquit) virorū, gladiū vocat inimicorū: plagę vero filiorū hominū sunt incōmoditates corporū humanorū: quibus pro peccatis suis a dño merito homines flagellātur. sequitur. Ista lex Adā dñe Deus. qualis diceret: Adā omniū pater ad has p̄niciosissima se & nepotes obstrinxit lege plagarū miserias. qđ humiliter Iob propheta recognoscēs, Homo (ait) natus de muliere, breuī viuēs tēpore: repletur multismiseriis. vbi sanctus Gregorius. Ecce (inquit) viri sancti vocibus pœna hōis breuiter est expressa. & paulo post secutus adiūgit. Si subtiliter cōsideretur, omne qđ hic agitur, pœna miserię est. Ei quoq; asserto per Iacobū hic iterato, mortē scilicet fidelib⁹ obuenire nō ex obligatione, sed ex Christi imitatione: obstitit plane cū oibus q̄ antea hanc ob causam p̄tulimus, & simul his q̄ hic tangūtur, quod idē propheta Iob dñm expostulās p̄miserat dicens: Memēto quæso q̄ sicut lutū feceris me, & in puluerē reduces me. Pœnale certe agnoscit iudicium: cōtra sese in primū omniū patris Adā persona p̄mulgatū: Puluis es & in puluerē reuerteris. In puluerē inquit reduces me: tanq̄ diceret. Tui o creator omnipotens decreti quo nostrū patrē & nos ad corporalis mortis adiudicasti pœnam, efficacem executionem declinare nullatenus valeo. vt lutū enim me fecisti: & in puluerē, id est ad incinerationē reduces me, secūdū id qđ in me de limo est formatū, quod est corporis materia. vbi diuus ipse Gregorius: Memento (ait) q̄ per carnē a terra venio, & per eius interitū ad terrā tendo. Materiā itaq; originis & pœnā finis aspice, & culpę citius trāseuntis parce. Hinc & Augusti. Constat (ait) inter Christianos veraciter catholicā tenētes fidem, etiā ipsam nobis corporis mortē nō lege nature (quia nullā mortē hominī Deus fecit) sed merito inflictā esse peccati, quoniā peccatū vindicās Deus dixit hominī, in quo omnes tūc eramus: Terra es, & in terrā ibis. Viderit Iacobus (qui huius docet oppositū) quomodo catholicam veraciter teneat fidem: & p̄sertim cum hoc humiliter recognoscēs Iosue, felix populi Dei rector: de se populo eidem p̄ædixit. En ego hodie ingrediar viam vniuersa est obnoxia caro. Duo alia in propositione tricesima secūda idē Iacobus asseruit non admittēda: videlicet q̄ iustificati Christiani non ideo in mandatorum obseruantia se exercent: quia ægri sunt, & talibus mandatorum operibus egeant: cum omnino sani sunt. Alterum est q̄ huiusmodi opera legis, id est diuinorum mādatorum, non faciunt ipsi iusti fideles ex obligatione: sed ex imitatione vt sint veri Christi imitatores, qui similia fecit opera. & hoc vltimū Iacobus (nisi ego fallor) se putat pro cōstanti habere: ex illo primē ad Timotheū: Scientes hoc quia lex iusto non est posita. Horum duorum primū plane quo ad hoc Pelagii restaurat hæresim: qui inter cetera dicebat hominē in hoc mūdo viuere posse sine peccato: qđ est (sicut hic dicit Iacobus) iōno sanum esse, & nulla bonorū operū medicina egere. Quoniā autē in vniuersum illa dānata est heresis, Augustino teste qui ait. Pelagiana heresis cū suis authoribus ab episcopis ecclīæ Romanę prius Innocētio deinde Zosimo, cooperatibus cōciliorū Affricanorū literis: cōuicta atq; dānata est. & longo post t̄p̄e per Viennensē plenarium conciliū eadem

Iob. ca. xiiii  
Li. mora. xi  
ca. xcvi.

Cpa. x.

Gen. iiii.

xiii. de Ci  
ui. ca. xv.  
Sapieñ. i.

Gen. iiii.

Iosue. xxiii

O

Ca. i.

Li. retracta.  
Ca. i.

In Clemen  
tinis de hæ  
refi.  
Ca. ad nrm

Codice li. i.  
de sum. tri.  
& fi. ca. liii.  
P

Matth. vi.  
i. Ioan. i.

Prouer. 24.  
Lib. i. cõtra  
duas epist.  
Pelagianor  
um. ca. xiiii.  
parte. ope  
rum. viii.  
i. ad Timo.  
iii.

R

Roma. vii.  
Ad Ga. iiii.  
Matth. v.  
Matth. vii.  
Luc. vi.  
Tobia. iiii.

Ioan. viii.  
Matt. iiii.

Pelagii hærefis (quantum hunc cõcernit articulu m) iterũ a secta Beguar  
dorum renouata, denuo iudiciũ pertu lit dãnationis: vt est in conciliũ illius  
videre super hoc edito decreto. Non præsumimus hic cõtra Iacobum (qui  
hanc spiritu nescio quo agitatus etiã nostro seculo bis dãnata hærefim, ceu  
alias nõ pocas exsuscitare molit<sup>9</sup> est) nouis cõfligere armis: p̄sertim quia  
(ratione suadete) super hoc laicus, sed tñ religiosus imperator Martianus  
censuit dicens: Inuriã facit iudicio reuerẽdissime synodi: si quis semel iu  
dicata, ac recte disposita reuoluere, & publice disputare cõtederit. Prius au  
tem q̄ ecclesie vniuersalis decreto reprobata fuisset ipsa Pelagiana hærefis,  
euidẽtissimis monstraerat Augustinus diuinã scripturẽ testimoniis, non  
vno libro sed plurimis, hæreticũ esse, dicere: Purum hominẽ (seclusa Chri  
sti matre domina nostra) pro hoc statu omnino secundũ animã sanum esse:  
id est sine peccato vel dic vnum vnq̄ transigere, & non egere p̄nitentiẽ per  
opera iustitiã medicina. Alioquin (ait) cur vniciq̄ non modo liceret quo  
tidie, sed expediret ex animo dicere dño: Dimitte nobis debita nostra. &c.  
Et falsum Ioannes scripisset dicens: Si dixerimus quia peccatum nõ habe  
mus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est: si autẽ cõfitemur pecca  
ta nostra, fidelis est & iust<sup>9</sup> vt remittat nobis &c. Et quod manifeste per Sa  
pientem testificatus est Dei spiritus dicens: Septies in die cadit iustus. Hinc  
idem Augustin<sup>9</sup>. Nullus (iquit) in ecclesia recte posset ordinari minister:  
si dixisset Apl̄s, si quis sine peccato: vbi ait, si quis sine crimine: aut si dixisset,  
nullum peccatũ habens: vbi ait, nullũ crimen habẽs. Multi quippe bapti  
sati fideles sunt sine crimine, sine peccato autẽ in hac vita neminẽ dixerim.  
Vult itaq̄, quia sine venialibus & quotidianis peccatis nemo viuũt, quãtũli  
bet perfectus: sine capitalibus autẽ (Dei adiuuante gratia) facile qui volũt  
valent. Videat proinde Iacobus quo docente spiritu, didicit fideles Christia  
nos iustos sic esse, vt omnino sani sint, & velut egri nõ egeant assidua cõtra  
continuas peccatorũ venialiũ egritudines, p̄nitentiã medela. Hoc profe  
cto illum docuit erroris magister cum Pelagianis & Beguardis: quemad  
modum & illud quod addit, scilicet q̄ iusti nõ ex obligatiõne mādatorum  
opera faciunt, sed vt veri sint Christi imitatores, qui talia fecit opera. O q̄  
incaute tali credidit Iacobus præceptorĩ, contra beati Pauli documentum,  
Lex in homine dominatur, quanto tẽpore viuũt: ecce. Christus factus est sub  
lege, & protestatus est dicens: Nõ veni soluere legem: quis ergo a lege solu  
tus erit? Porro ad legis naturalis mandata (cuius duo priora sunt. Omnia  
quecũq̄ vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis: & quod tibi vis  
nõ fieri, alteri ne feceris) nullũ non teneri, certũ est: que duo inq̄, dñs decem  
explicuit decalogi iussionibus, a quibus ne ipsum quidẽ Christum (vt ho  
mo erat) exemit. Nempe arguetibus eum Pharisæis, q̄ contra primũ legis  
mandatũ agens Deum blasphemaret, & alias multifariã illam trãsgredere  
tur: respondit se penitus obseruatoreẽ illius esse. Ego inquit dæmoniũ non  
habeo, sed honorifico patrem meum: & iterum: Nõ quæro gloriam meam.  
Dæmoni quoq̄ vt peccaret per superbiam suadenti sibi: id esse prohibitũ, re  
spõdẽs: Scriptum est (inquit) Non tentabis dñm Deum tuum, & per auariã

triam, quia omnia ipsi Christo se daturum promittebat regna, si se adorare  
vellet: prohibitionem obiicit dicens: Scriptum est: Dominũ deũ tuũ adora Deute. vi.  
bis & illi soli seruiẽs. Veluti etiã illo ligatus mandato: Non falsum testi  
monium dices: Iudeis plane dixit. Si dixerõ quia nõ noui patrẽ, ceterũ sci  
licet: ero similis vobis mendax. Patri deniq̄ putato Ioseph & matri, vt cõte  
ri liberi, obcedere tenebatur. Erat (inqt Lucas) subditus illis. Et hæc Hie  
ronymus omnia in sermone de Assumptione Deiparæ virginis confirmat.  
Miseranda certe hallucinatio: Iacobum credidisse ex illo Apostoli, Iusto nõ  
est lex posita: quosq̄ in iustitia perfectos omnibus esse legibus solutos: cum  
de seipso protestetur Paulus perfectissimus iniquens: Castigo corpus meũ i. Cor. ix.  
& in seruitutẽ redigo: ne forte cũ aliis prædicauerim ipse reprobus efficiar.  
Nõ fuit p̄culdubio Paulus sine lege, qui se in periculo reprobationis (quã S  
nisi contra legem obligantẽ agendo incurrere non poterat) esse cõfiteatur:  
& ne id obtingat remediis occurrit p̄nitentiẽ. Nõne fuit p̄fecte iustus, ver  
tex Apostolorũ Petrus post donorũ spiritus sancti susceptã plenitudinẽ?  
fuit quidẽ, peccauit tamẽ (non dico criminaliter): alioquin non eũ rephẽn  
disset Paulus, asserens q̄ nõ recte ambulabat ad veritatem euangeliũ, & q̄  
proinde reprehensibilis foret. Excellenter præterea iustus fuit (quia boni te  
stimonii, & plenus spiritu sancto ac sapientiã cũ cæteris secũ electis sex dia  
conis erat) Nicolaus ille Antiochenus: ipse tamẽ diuinis ligat<sup>9</sup> tenebatur  
legibus: quas præuaricãdo turpiter in varia prolapsus est flagitiã. Opus nõ  
est Dauid, Salomonẽ, aliosq̄ id genus viros cõmemorare: qui summa de iu  
stitiã mandatorũ transgressionibus corruerunt in crimina. Discat itaq̄ Ia  
cobus a sanctis doctoribus & theologiẽ (quos nihil ducere fertur) magi  
stris: verbĩ sancti Pauli (quo deludĩ se p̄misit) scilicet: Iusto nõ est lex posi  
ta. intelligẽtia est etenim perfacilis. & doleat q̄ in his articulis se magistrũ  
& doctorem heretico Luthero exhibuerit: non discipulũ: si temporis habea  
mus rationẽ: quãdoquidẽ ante annos duodecim hæc Iacobi scripta ad singu  
las orbis plagas delata fuerũt. quæ Luther infecutus asseruit primo, q̄ ho  
mini charitatẽ habenti nulla lex necessaria est: Ideo per hoc p̄ceptũ tertiu  
Sabbata sanctifices: non opus præcipitur: sed quies. Item q̄ istud idem præ  
ceptũ. Sabbata sanctifices. cessauit proprie, immo omnia quo ad perfectos  
christianos: quia iusto nõ est lex posita. & deniq̄ q̄ p̄nitentiẽ opera, cuius  
modi sunt ieiunia, vigiliẽ, orationes, disciplinẽ, & similia: quo ad perfectos  
omnino cessare debet. Hęc triã fere suis inuũt Iacobus dictis. Theologorũ  
autẽ Parisiẽ. cæcus huiusmodi assertiones sequẽti damnauit forma. Quæ  
libet harum triũ propositionũ est ex erroneo scripturẽ intellectu asserta: iu  
rẽ in concilio Viennensi cõtra Beguardos reprobata, & hæretica.

¶ Propositio. XXXIII.

Synagoga sponsa fuit: & virũ habuit Moysen, Lex Moyfi lex ipsa erat qua  
Synagoga astringebatur viro.

¶ Confutatio.

Instrues fideles Romanos Apostolus capite septimo, docet per nouẽ Chri  
sti legis promulgationẽ cessare omnino veterẽ debere: quo ad ea que solũ  
figura erãt futurorũ: hoc est legales ritus & iudicia. q̄a (dicẽte Auguſtino)  
In prologo Psal. lxxiii.

legis veteris & nouę precepta eadē: sacramēta non eadē: promissa nō eadē. Videamus (inquit) quare precepta eadem: quia secūdū hęc deo seruire debemus. sacramenta nō eadem: quia alia sunt sacramenta dantia salutē: alia promittētia Saluatorem. &c. Et merito quidē Augustinus ita scripsit: cum adolescenti dominū quidnā pro æternę, quā predicabat, vitę consecutione foret agendū, postulanti respondit: Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. & pergenti querere, quę essent scilicet: subiunxit dominus: Non homicidiū facies: non adulterabis &c. Principi itidē legis doctori dominū tentanti cōsimileq; poscenti dixit: In lege quid scriptū est: quo modo legis? exprimentī vero: Diliges dominū deū tuū. &c. Dñs ait: Recte respondisti: hoc fac & viues. Non est igitur per Moysen Hebręis data a dño lex, abrogata quo ad moralia mandata: sed cerimonialia & iudicialia. Quę suadere volens Romanis Apostolus exemplis aut symbolis vsus est variis inter alia dicēs. Quę sub viro est mulier viuēte viro alligata est legi: si autem mortuus fuerit vir eius soluta est a lege viri. Horū causa verborū & aliorū quę subiūgit Apłs, Iacobus noua quedā (ceu Paulo dicebat Athenienses) infert auribus nostris & extranea: quę a liminibus theologicę disciplinę sunt arcenda penitus: quę admodū superius ex Augustino cōfutationibus ppositiōnū. xxx. & xxxi. mōstratū est. Porro catholicorum sic loquutus est nemo doctorū. Nec mirū. Sūt em̄ a scripturis omnino aliena. Primū est: Synagoga sponsa fuit: & virū habuit Moysen. vbi synagogā pro tota populī multitudīne, qui de Aegypto redēptus fuit a dño, accipit. Illius aut vir nō erat Moyses: sed portio, licet superior & præcipua. Manifestū quippe est quia neq; naturaliter, aut ciuilit̄er loquēdo, neq; tropice, sponsę aut vxoris pars vel membrū dicitur vir aut sponsus. Duo sunt em̄ sponsus & sponsa, sacramēto certo inuicē iūcti. Nec obuiat q̄ Christus caput ecclesię dicitur, & vere est vt̄ ad Ephesios primo, & alias nō semel docet Apłs: & sponsum etiā eiusdē ecclesię scripturę eū appellat: ceu Matth. ix. Nunqd possunt filii sponsi lugere q̄diu cū illis est sponsus: & Ioānis. iiii. Qui habet sponsam spōsus est. &c. Sigdē hęc nō secūdū idē de eo dicuntur. Caput em̄ est vt homo: sponsus vero vt deus. Eiusdē insup populī totius nullus vnq; vir fuit, aut sponsus: nepe non pauci eorū ne fidem quidē habuerūt aliquando. omnīū præterea reprobōrū pater caput & rex fuit semper & est, præsertim secūdū æternā præsciētia, diabolus: vt̄ illorū filiis in Ioāne Christus est testificatus. Electorū vero illius nō tm̄ gētis, sed & omnīū quocūq; fuerint tempore, sintq; futuri, trinitas vn̄ deus vir in scripturis sanctis dicitur & sponsus. Quod apertissime in Canticis canticorum dei spiritus exprimi per Salomonem voluit: Vna est (inquit) columba mea. Et quoniam hoc creaturas respicit: etiā singulis diuinis hoc cōpetit personis. sicut de electis ecclesię Corinthiorū dixit Apłs: Despondi enim vos vn̄ viro virginein castā exhibere Christo. & Ephesius de matrimonio nūi contractu loquens: Sacramētū, ait, hoc magnū est: ego autem dico in Christo & in ecclesia. Si quis autē super his (q̄ oīno catholica sunt) dubiū adhuc cor gerat: scripturas euoluat locis vbi fit de despōsatiōe spūali verbū, de fornicatiōe, de spōso aut spōsa. Sūt em̄ plura ad hoc testionia, q̄ q̄ paucis

comprehendi chartis valeāt. Sat fuerit igitur de quatuor predictōrū verborum quolibet vnū aut alterum. Initio per Oseam electis de synagoga & in eis omnīū collectioni dixit Deus: Sponsabo te mihi in sempiternū: & sponsabo te mihi in iustitia, & iudicio, & misericordia, & miserationibus: & sponsabo te in fide. Item per Esaiam: Gaudebit (dicit dominus) sponsus super sponsam. Et rursum per Salomonem spiritus sanctus in illo Prouerborum cantico: Mulierem fortem quis inueniet? &c. pro sacrorum sententiā doctorum ad literam, per mulierem fortem ecclesiam, & per eius virum, dominū Deum cecinit. Et quoniam diuina inter deum & ecclesiam despōsatiō (vt̄ per Oseam docuit dominus ecclesię sponsus) titulis fidei iustitię & misericordię celebratur: animę quę ipsi deo huiusmodi non conuertuntur titulis, & maxime fide (sicut dicebat Dauid: Mihi adherere deo bonum est) in scripturis a deo fornicari dicuntur: hoc est, veri sponsi Dei fide perditā, idolis seruire: locis prope infinitis. Perdidiisti (inquit Psalmista) omnes qui fornicātur abs te. & in Osee: Fornicans fornicabitur terra a dño. & lib. i. Paralipomenon. Reliquerunt Deū patrū suorū, & fornicati sunt post deos pululorum terrę. His & (vt dixi) locis aliis q̄ plurimis scripturę plusq; satis elucefcit ecclesię vniuersalis quā & particulariū (quę nominibus sponsę vxoris & fortis mulieris vocātur) dominū deū spōsum esse ac virum. Nusq; autem (nī fallor) reperietur hoc de creaturis puris dictum. & si Moyses vt Petrus & ei iure succedentes summī pontifices, Dei Christive vicariū in militante ecclesia, & illius sub Christo deo (quę deus dedit caput supra omnem ecclesiā quę est corpus ipsius) ministeriale caput iure dicātur & sunt. Quę si cōtēderit quis Moysen eo loquēdi schemate synagogę sponsum & virum posse dici: quo & dei vicariū aut populī ministeriale caput: cum & sub lege euāgelica ipsi sacri pontifices secūdū illud Luce: Date annulū in manu ei: propterea gemmatus in digitis habēt annulos, qui fidei symbolum aut signū sunt, qua deus ecclesiā sanctā sibi despōsauit: quasi suarū sint ecclesiarum sponsi. Ad hoc in primis dicitur quia ex scripturę sacre tenore non habetur, q̄ ecclesię prelātī etiā maiores, sponsi nominibus nūcupētur: sed amici sponsi, qui Christus dñs est. Iuxta illud Ioannis Baptistę verbū: Qui habet sponsam, sponsus est. amicus aut sponsi qui stat & audit eū: gaudio gaudet propter vocē sponsi. Et proinde nō de Ro. Pon. sponsi Christi amico & vicario: verū de ipso dño exultans tyranno dixit beata Agnes: annulo suo subarrauit me dñs meus Iesus Christus. Fatemur tamē nō omnino abhorre re a recto, si dicātur sacri pontifices Sponsi: propter quod certe ferūt annulos. modo sic accipiatur sermo: vt sponsi vicariū & amici intelligantur. Dicendū insuper q̄ de ipso Moysē secus omnino erat: quia nō fuit pōtīfex: sed frater eius Aaron: a quo legis illius cōepit sacerdotiū. Neq; hoc etiā p̄dedit Iacobus: sed plane delusus, existimauit beatū Paulum de Moysē loqui: vbi ait, Quę sub viro est mulier (viuente viro) alligata est legi. & p̄pterea subiūgit iniquiens: Lex Moyfi lex ipsa erat, qua synagoga astringebatur viro suo. quo deliramento quid cogitare. absurdus potuisset Iacobus: quasi lex Moyfi, non diuina sit, sed humana: qua scilicet hominī obediētia p̄cipiatur:

Cap. iij.

Prou. xxxi.

Z

Psa. cxviii.

Psal. lxxii.

Ca. i.

Ca. v.

A

Eph. i. ca.

Ca. xv.

Ioan. iiii.

B

& ad hoc ordinetur: cū etiam testimonio domini seruus eius & minister fuerit Moyses: Nō talis (quales scilicet prophetae ceteri) seruus meo Moyses. Et rursum ad Aaron & Mariam, Quare non timuistis detrahare seruo meo Moyse: Reuera dei humilis seruus Moyses extitit: & inter omnes fidelis: nō tamē ei semper dñs quod eū postulauit, cōcessit, scriptura teste, quę inquit: Clamauit Moyses ad dominū, dicens: Deus obsecro sana eam, scilicet sororē Mariam: quā propter detractionis peccatū in Moysem fratrem Deus repete percusserat lepra. Moyse autē respondit, dñs nolens eā sanare: & ait: Si pater eius spuisset in faciem illius: nōne debuerat saltem septē diebus rubore perfundi? &c. Manifestū est scientibus utcūq; legem, per eā, synagogā dño astringi, cuius lex erat: & nō aliter Moyse q̄ (Moyse mortuo) successori Iosue: quia pręcipit ut pręlatis & superioribus in his quę legis obseruatiā concernūt, vniuersi obtemperent. quod palam docuit Christus dñs dicens: Super cathedrā Moyse sederūt. &c. omnia ergo quęcūq; dixerint vobis seruate & facite. Per legem igitur ipse Moyses astringebatur synagoga: vt eō trario ipsa Moyse: mutua enim talis obligatio est. Subditi enim rectoribus reuerentiā debēt, amorē, obediētiā & subsidiū: subditis rectores curā, instructionē, disciplinā, & huiusmodi. Pręlati vero & subditi: deo legislatori astringebantur per legē. quod die sui obitus Iosue dei vicariatū agens expressit cū ipsa populi synagoga. Iosue siquidē ad populum: Testes, inquit, vos estis: quia ipsi elegeritis vobis dominū vt seruiatis ei. Respondit populus: Testes. & mox sequitur. Domino deo nostro seruiemus: & obediētes erimus pręceptis eius. Percussit ergo Iosue die illo fœdus: & proposuit populo p̄cepta atq; iudicia in Sychem. Hęc ibi. Videat itaq; Iacobus q̄ theologicē nos instruxerit. Sed nondum est istius farinae finis.

¶ Propositio. XXXV.

Cum synagoga virū haberet, obnoxia fuit legi viri: & hoc aut q̄diu vir vixit, aut q̄diu ipsa viuere.

¶ Confutatio.

In pręcedente propositione dicebat Iacobus synagogā obnoxiam esse viro suo Moyse. nūc pro sui nutu capitū dicit eam nō viro sed legi obnoxiam esse: ne mortuo viro forsā cogeretur Hebręos omni scripta lege solutos cōfiteri. At quo modo verū est istud: cū synagoga virū haberet obnoxia fuit legi viri. &c. Dicere em̄, cū synagoga virū haberet: perinde est ac si diceretur: Synagoga virū habens. falsum autē esse constat: q̄ synagoga virū habens legi obnoxia fuit q̄diu ipsa viuere. Porro si Iacobus verum dixit: q̄ scilicet synagoga vir Moyses fuit: eo mortuo nulla erat synagoga virum habens: nulli proinde legi (mortuo Moyse) synagoga virū habens astricta fuit: & hoc assertum Iacobi perimit. Hanc autē ratiocinationē irrefragabiliter firmat: quod hic apertissime scribit Ap̄s dicens. Quę sub viro est mulier: viuentē viro alligata est legi. Si autē mortuus fuerit vir eius: soluta est a lege viri. Quid contra hęc Iacobus poterit? ad hominē loquor: qui dixit per mulierem intelligendā esse synagogā: & per virū, Moysem. Qd̄ si verū esset: hereticū manifeste scribit Iacobus dicens: legi viri id est Moyse, eo mortuo adhuc, mulierem, id est synagogam, obnoxiam esse: q̄ huic Apostol

contradicit dogmatū: Si autē mortuus fuerit vir eius, soluta est mulier a lege viri.

¶ Propositio. XXXVI.

Moyse vir synagoga legi carnis vixit vsq; dū Christus dñs & carnē & carnis legem mortificauit in cruce, vsq; dum descendit ad inferos.

¶ Confutatio.

Ab Iacobo percontor: Abel martyrum primus, Noe, Abraham, ceteriq; sanctissimi patriarchę ac prophetae, quin & Baptista Ioannes, Ioseph Christi & sanctę matris custos & alumnus: num legi carnis vixerūt? Absit q̄ ita fidelis & prudēs loquatur christianus. Christi tamē in cruce mortē p̄cesserūt. Quotquot sane a seculi exordio vt ciuitatis æternę in cęlestibus incolę fierent, electi sunt: legi gratię, legi amoris & fidei vixerunt & legi spiritus, legi carnis mortui. Lex siquidē carnis secūdū scripturas fomes est peccati originalis, vel lex membrorū & concupiscētię: quo modo eā hoc in capite accipit Apostolus inquit: Video aliā legem in mēbris meis repugnantem legi mentis meę. Et iterū. Inuenio aliā legem volentī mihi facere bonum &c. De hac etiā Galatas alloquebatur, dicens: Caro concupiscit aduersus spiritū, & spiritus aduersum carnē. hęc em̄ sibi inuicē aduersantur: vt nō quęcūq; vultis illa faciatis. Cū autē idem Ap̄s hoc ipso capite euidenter doceat: quia et si legi carnis huiusmodi utcūq; subiectus foret: illi tamen nequaquā viuere, aut seruirebat: verū cōtra eam pugnans, legi spiritus, legi gratię & fidei viuerebat. Condelector (inquit) legi dei secūdū interiorē hominē. & paulopost. Ego ipse mente seruo legi dei: carne autē legi peccati: concupiscēdo scilicet: cum ego per rationē qua legi dei seruo, desidero nō concupiscere. sed hoc potius pœna est q̄ culpa: quia ex quo id nō est in mea potestate: ego nō oportet illud. Nūquid (oro) de Moyse & ceteris perfectissimis sanctis sentiedū erit: q̄ contra id quod legi naturę conformiter per scriptam dñs prohibet dicens: Non concupiscēs (quod qualiter obliget per Apostolum exponi dñs fecit, vbi ait: Curā carnis ne feceritis in desiderijs) agētes, legi carnis seruire rint? Absit. cū & alibi ipse Apostolus testetur, Quia qui in carne sunt, viuētes scilicet secūdū eius affectiones: deo placere nō possunt. et si secūdū carnem vixeritis: moriemini. morte scilicet animę per peccatū. Id est autē legi carnis viuere (authore Iacobo in annotationibus nonnullorū ad literā sexti capitū huius epistolę) quod legi carnis seruire. Quādo igitur scripturę testimonij certū est Moysem & complures alios: deo placuisse: Sic enim de Moyse in Sapiente habes. Dilectus deo & hominibus Moyses, cuius memoria in benedictione est. &c. & iterū. Quidā (ait Sapiens) ipsorū fecerunt qd̄ placeret deo: Qui vero legi carnis seruiūt, id est illi viuūt: per Apostolum deo placere nō possunt: Lucidū euadit q̄ falsum Iacobus scripserit, dicens: q̄ Moyses legi carnis vixit. &c. Qz si renitēs forsā dixerit ipsam per Moysem datam legē, etiā carnis dici legem, & q̄ Moyses illi seruiuit: Iacobo aduersatur doctor gentium Paulus. Is siquidē ait: Scimus quia lex spiritualis est: ego autē carnalis. intellige secūdū exteriorē hominē: propter improbos appetitus sensitiui motus & primos qui interiori non obediūt hominē, id est spiritū: quo ad hoc quod est insurgere & inesse. Et rursum. Itaq; lex quidem

Roma. vii.

Cap. v.

E

Exo. xx.

Rom. xiii.

Rom. viii.

Ecc̄. xlv.

Ecc̄. xlviii.

F

Ro. vii.

sancta, & mandatū sanctū & iustum & bonū. **Q** si nec his cedit, sed contēdit legem carnaliter fuisse a multis intellectam: quo sensu idem Apostolus dixisse visus est, Litera occidit: esto: reprobis litera certe fuit occidens nō esse, sed occasionem inde perditionis & mortis acceperunt peruersi. At quid hoc ad Moysen: nihil profus. Sed quod sequitur: Spiritus autem viuificat. Ille siquidem spiritalem legis sensum non potuit nescire: cū præcellens fuerit propheta, & (teste Daniele) intelligentia opus est in visione. Neq; Iacobum saluat quod addit: vsq; dum Christus dominus & carnem & carnis legem in cruce mortificauerit. tum quia in sanctis pauloante nominatis caro longe perfectius mortificata fuit, q̄ in plurimis qui christiani facti sub euangelica lege saluati sunt. Alioquin non impar haud assereret Augustinus meritum continentiae in Abraham qui filios generauit fuisse: & in Ioanne Baptista qui nullas expertus est nuptias. Christianos autem ad salutem electos quantumlibet fuerint merito inferiores, legi carnis vixisse, Iacobus non admittit. Quanto igitur minus id inficiari eum oportebat de viris summo omnium virtutum decore pollentibus: tum quia viuere hominem legi carnis & mortuum esse legi spiritus aut contra, non ab extrinseco (quod scilicet in illius potestate nullatenus est repositum) pendet: verum a dei gratia & libero arbitrio. Certum est enim fidelis cuiq; non minus legi spiritus Christi feram Mariam vixisse ante benedicti filii mortem, q̄ statim post: nec Apostoli & discipuli domini celebrata nimirum resurrectione, ita vt prius increduli, & carnaliter sapientes erant vt prius. **Q** vero spirituales facti sunt omnia arbitrates vt stercora: hoc per sancti spiritus suscepta intus dona eius & non ab externo contigit.

¶ Propositio. XXXVII.

Ex tempore quo cū Christo surrexit Moyses Synagoga vidua fuit, & absq; viro, neq; amplius astricta viro: & licebat ei plane relicta lege viri, alteri viro nubere qui etiam longe erat Moysen nobilior.

¶ Confutatio.

**I** Viam qua delirando pergere cœpit Iacobus non deserit: sed alacer in ea progreditur. At verba eius ea merito facilitate spretui debent haberi: qua suo pro arbitrio citra auctoritatem scripturæ vel sanctorum ecclesiæ doctorum, & absq; ratione: profudit illa. Temerarium sane dixerim in primis quod hic veluti compertum asseuerat: Moysen videlicet cum Christo ad immortalem surrexisse vitam. Si diceret: Pium est hoc de Moysen & Dauid opinari: nos illi certe pietate non improbabili iungeremus. Cæterum q̄ istud ceu oraculum nobis tradit (præmisit enim Christum habuisse Moysen resurrectionis comitem: quem habuit & transfigurationis) quod dūtaxat potuit coniecturis quibusdam arguere: dubia pro certis eum nobis tradidisse non placet. Lectoribus enī imposuit: in Moysen resurrectionē vltimā (velut fidei esset articulus) celebratā fuisse simpliciter astruens. Atq; non ita præcipuorū ecclesiæ doctorū vnus scribere p̄sumpsit de hoc Hieronymus. **K** Porro in sermone illo p̄celebrī de sanctę dei matris assumptione, cuius initium est, Cogitā me o Paula & Eustochiū: quīs pie sentiret dominā ipsam in

corpore post eius animę a corpore separationē, id est per mortē, omni tamē dolore vacatē (vltima in illa cōsummata resurrectione) in corpore & anima super angelorū choros in cœlesti regno gloriose subuectā: ita tamē stylum temperauit: vt diceret: Quia deo nihil est impossibile, hoc nos de beata virgine factū non abnuimus: q̄q̄ propter cautelam, salua fide, pio magis de fiderio opinari oporteat: q̄ inconsulte definire quod sine periculo nescitur. Et rursus. Melius totū deo (cui nihil est impossibile) cōmittimus, q̄ vt aliquid temere definire velimus auctoritate quod nō p̄bamus. sicuti & de his quos cū dño (euangelio teste) surrexisse credimus: sed vtrū redierint in puluerem terrę, certum non habemus. Sic Hieronymus. Qui etsi religiose dominā virginē, Dauid & Moysen ad æternā suscitatos felicitate opinatur: minime tamē veluti certū temere (sicuti Iacobus) hoc affirmare p̄sumit. Huic autē Hieronymi sobrietati cōsentaneē loquēs Augustinus ait. Vbi de re obscurissima disputatur (non adiuuātibus diuinarū auctoritatum certis clarisq; documētis) cohibere se debet humana p̄sumptio nil faciens in alteram partē declinādo. Quæ autē p̄signatis addit verbis Iacobus, scilicet q̄ a dominicę resurrectionis die (quia & tū Moyses surrexit) synagoga vidua fuit. &c. confutata satis reor esse confutatione tricesime quartę p̄positionis. Et mirū est Iacobū concepisse tale figmentū: certū est enim mortuo Moysen ipsum nō amplius esse, sed dūtaxat illius animā quæ cū aliis electis in Abraham sinu letos agebat dies. animę autē sponse nō cōpetit ratio secū dū scripturas: & viri minime. Neq; igitur Moyses (quonia nō erat) neq; ei⁹ anima synagogę vllō modorum vir dici poterat. Præterea falsum est q̄ ex quo Moyses cū Christo (vt hoc tāq̄ certū disceptationis causa demus) surrexit: a lege Moysi simpliciter liberata fuerit synagoga, & ei non amplius astricta. Et item falsum q̄ absolute ad illā vsq; resurrectionis diem obnoxia tenebatur. Nempe quibus plene Christus nouā suā priusq̄ pateretur declarauerat legē: ad illius astringebātur obseruantia. Non igitur ad veterē vt prius. Post resurrectionē vero Iudei omnes ad ipsam Moysi tenebātur legē quousq; super euangelicā sufficienter fuerint informati. Leges enim (teste Augustino) feruntur: dū promulgātur. Firmantur vero, dum vtentium moribus cōprobātur. Quādo autē hoc contigit illis qui in Germania degebāt, Gallia, Italia, & aliis a Iudea remotissimis terris: nō breui profecto fuit ad hoc tempore opus. falsum igitur, q̄ ex quo Moyses surrexit: non amplius legi eius astricti fuerint Iudei.

¶ Propositio. XXXVIII.

Noluit Paulus aperte dicere synagogę: Moyses sponsus mortuus est, quare legi eius nō amplius es obnoxia. ne passibiliter intelligēs mœrore sponsa conficeretur: & preciosam mortē nō intelligēs, lugeret: vnde præcipue illi gaudendum erat. sed de viro & muliere in parabola hoc ei contextit, dicens scilicet: Quę sub viro est mulier, viuente viro alligata est legi: Si autē mortuus fuerit vir eius, liberata est a lege viri.

¶ Confutatio.

Quis peritorum hæc Iacobi dogmata magis explodenda non iudicaret, q̄ M

Lib. ii. de pec. meri. & re. ca. xxxvi. pte operū. vi.

L



rationibus refellenda: Indigna proculdubio sunt disputatione: cum omni careant probabilitate: quod per paucis fiat perspicuum. Primo erudito cuilibet certum est, epistolam hanc non ad synagogam esse per Apostolum scriptam: sed ad ecclesiam Romae partim de Gentibus, partim vero de Iudeis collectam: Non igitur synagogam compellat, aut ei quidquam dicit. Deinde quantus (obsecro) est iste abusus scripturae: dicere quod hic pretendit Iacobus, videlicet quod huius Apostoli sermonis, Quae sub viro est mulier. &c. sensus proprius & spiritus dei qui per Apostolum loquebatur, est iste: Moyses sponsus synagogae, in carne gloriosa resurrexit cum Christo. Parabola est (inquit Iacobus) in verbo Apostoli qua preciosam mortem carnis scilicet in Moyse significauit, quia carni moritur qui corruptioni & defectioibus definit esse subiectus: quod non nisi in gloriosa corporis perficitur resurrectione. Resurgens enim uiuit deo, & non amplius legi carnis: quia quod in electis resurgit corpus, incorruptibile, gloriosum & spirituale est. O vanum Iacobi somnium. Si profecto verum predicat: Moysen resurrexisse ad gloriam, fidei est articulus, hoc est catholica veritas, quia (vt dictum est) sensus per Apostolum in parabola intentus ad Iacobi votum, is est. Quod ne de sacra quidem dei matre asserere quis praesumpserit aliter quando: quis de fidei pietate iam ita tenet ecclesia, de Moyse vero non sic. Arbitrarium insuper quin & penitus improbabile istud est. Si apte diceret Apostolus synagogae. Ecce Moyses gloriosus cum Christo surrexit, haud ultra mortuus: sponsa merore conficeretur: ac illam beatam mortem (resurrectionem siquidem vt liquido apparet) Iacobus mortem hic Moyse vocitat) lugeret, pro qua erat illi praecipue gaudendum, quasi Iudei gratius haberet corpus Moyse sub terra in puluere detineri: quam gloriosa frui in gloriae dotibus mercede: & operam cum adhuc esse terrae limbum, quam in caelo fulgidum sicut sole. Quod tamen ita loqui voluerit Iacobus, inde constat, quod synagoga certo nouerat morte naturali Moysen obiuisse. Praeterierant anni plus quam ducenti supra mille quando haec Paulus scripsit. Quid insuper Iudeis conuersis conducere poterat, quod eis de industria scriberet Paulus quod illos nollet intelligere: instanter certe ab epistole exordio (ubi opportunum fuit) eis monstrare studuit, neque id obscure, quod ad legalia non amplius erant obnoxii: cur ergo in parabolis loqueretur humanum profus cogitauit Iacobus, de Apostoli coniectas spiritu & dicens: Noluistis aperte dicere Synagogae: Moyses sponsus mortuus est. &c. Diuinam sane detorquet ad hominis non dei cogitatum scripturam. Quis enim non clare videt Moysen ante resurrectionem (vt hoc demus Iacobo) solum secundum animam vixisse in Abrahae sinu: ubi certe nihil de sensu carnis esse poterat. Quomodo igitur dicitur carni tunc vixisse Moysen ipsum: & resurgendo mortuum primo carni fuisse: De sancta Agnete dicit Ambrosius, quod moriendo mortem perdidit: & inuenit vitam. & id est de aliis sanctis. Iacobo propterea dicitur, nullam in his verbis, Quae sub viro est mulier. &c. parabolam inuoluisse Apostolum: sed per symbolo ad id quod Romae conuersis Iudeis suadere volebat, quod scilicet liberati forent (vt permiximus) a legalibus obseruantibus: diuina lege super matrimonium contractu usus est. quae quidem diuinam legem plene aperit idem Apostolus in prima ad Corin. epistola. Pueriliter itaque fallitur hic ad im-

i. Cor. xv.

N

O

Ca. vii.

propriatatem vi pertrahens Apostoli verbum: quod sub propria voluit locutione accipiendum esse.

¶ Propositio. XXXIX.

Sub lege fructificabant Moysi, carni, corpori Adae, & peccati, & denique mortis: omnes enim ex lege ad inferos descendebant. Sub gratia autem fructificare debent Deo, spiritui, corpori Christi, & iustitiae: & demum vitae aeternae. Nam omnes sub hac gratia vt par est uiuentes, in caelum vitae perpetuae se dem conuolant.

¶ Confutatio.

Bene dixeramus & nos in prima huius capituli septimi confutatione: non pauca scripsisse Iacobum quae dubio procul & extranea & absurda sunt, ac dissona scripturae. En quid istud est: omnes sub lege fructificabant Moysi, carni, corpori peccati, & mortis: quia (inquit) omnes ad inferos descendebant. Haec omnia superius ita testimoniis reprobata sunt diuinis: vt non sit (nisi me fallat opinio) necessarium iam noua ad eum finem parare arma. Porro nonne ubi est thesaurus cuiusquam: ibi & cor eius, hoc est mens & desiderium: Iacobo propterea dicitur, quia quemadmodum Apostolus de se & electis Christianis dixit: nostra conuersatio in caelis est: quod est non pro terrenis (quae vt Christum lucrificamus sumus arbitrati vt stercora) hic tantis sudoribus militamus: sed pro caelestibus: & per hoc fructificamus spiritui, corpori Christi, & iustitiae: & demum vitae aeternae: ita (vti superius dictum est) ab Abel sancto martyre quotquot electi fuerunt: in caelis conuersationem habuerunt. Alioquin de sanctis martyribus ad Ioannem usque Baptista & ceteris perfectis viris dicat Iacobus: num deo pro terrenis sunt obsecuti? Nunc (inquit eorum vnus) dimittis seruum tuum domine secundum verbum tuum in pace. Animam sane suam nouerat ad inferos, id est Abrahae sinum descensuram (quod hic Iacobus in morte ire, gratis proclamatur) & tamen sui conscius voti, quo scilicet caeli bona in omnibus quaesierat (ceu de sponsa ecclesia scriptum legimus, In omnibus requiem quaesiuisti) Deo gratias agens & congratulans sibi, fiducialiter se in pace non in morte dimittit confessus est a domino: Nunc dimittis (ait) seruum tuum domine secundum verbum tuum in pace. Hoc fideli cuiquam sat esse in vno, pro singulis (qui ante Christi obierint morte) perfectis puto esse testimonium: quo intelligatur illos non carni aut corpori peccati, & denique (vt ait Iacobus) morti fructificasse, sed spiritui corpori Christi & iustitiae, & demum aeternae vitae. Quod praeclear docet Augustinus, Quis (inquit) nec lex per Moysen data potuerit a quoquam homine regnum mortis auferre: erant tamen & legis tempore homines dei non sub lege terrente, conuincente, puniente: sed sub gratia delectante, sanante liberante. Haec Augustinus de sanctis illius temporis merito dixit. Eorum nimirum omnium conuersatio in caelis erat: quia patriam illam (sicuti contra Faustum Manicheum quod illos danabat factos, plurimis docet Augustinus libris) pro fine praecipuo habebant: nec herebant permixtis per legem veterem (Moyse ministro) a domino datam: hoc est terrae vbertati, temporalium abundantiae rerum, prolis fecunditati, de aduersariis ceu inimicis victoriae, ac similibus. Scientes transitoria haec vmbra esse futurorum: quod omnia haec etiam re ipsa getes inquirunt. ipsi autem sancti omnium primum quaerebant regnum dei. Carni igitur & morti minime

Matth. vi.

Ad Phil. iiii.

Luc. ii.

Eccl. xiiii.

Li. ii. de originali peccato contra Pelagium, ca. xv. pte operum viii. iiii. opum pra-

R fructificabāt. Nec obstat q̄ sanctæ eorū animæ in Abrahæ declinabāt finū.  
 Luce, ii. Alioquin nō dixisset sanctus Symeon propheta (qui respōsum a spirītu san-  
 cto cōsequi meruit: nō se mortē, tēporalem scilicet visurū: nisi prius videret  
 Christū dñi) se in pace dimittī. Cū Iacobo autē cōfitemur quod adiecit, vi-  
 delicet q̄ sub gratia, id est christiani fructificare debent deo, spirītu, & de-  
 mū vitę eternę: si intelligat omniā hominē propter huiusmodi finē operari  
 debere: licet inde nullū deo fructū prouenire, fide credamus: quēadmodū  
 cōfutatione p̄positionis duodecimę mōstratū est. Q̄ vero (ait) oēs sub hac  
 gratia vt par est viuentes, in ccelū vitę perpetuę sedē cōuolant: q̄ sit suspe-  
 ctū quis non videat. In primis enim innuit oēs qui sub Christi gratia viuūt  
 (& vt plurimū ei donemus, dicatur q̄ de his loqui pretēdit q̄ finaliter cum  
 huiusmodi decedūt gratia: q̄a dicit vt par est) mox a corpore soluta anima  
 secūdū eam in ccelū assumi. Oēs (inquit) sub hac gratia vt par est viuētes,  
 in ccelū vitę eternę sedē cōuolant. Quod quidē dogma plane ipsius est Lu-  
 theri, q̄ dicit deū semper & gratis peccata remittere, p̄cāq̄ & culpā simul  
 semper finiri: quod tāq̄ hēreticū merito fuit a magistris theologis iudicatū.  
 In eo autē hic Iacobus delirando Lutherū videtur supergredi: q̄ ille purga-  
 toriū, licet de illius statu nō pauca scripserit erronea, nō inficiatur. Iacobus  
 vero ipsum omnino tollere videtur & in toto, dicens: Oēs sub hac gratia vt  
 par est viuentes. &c. in ccelū conuolant. Hoc siquē dūtaxat dici solet de iis  
 S qui cū defungūtur vita mortali: nihil secū purgandū ferūt. Proinde quando  
 certū est in purgatoriū locū animas dūtaxat eorū deuolui, qui tandē sub gra-  
 tia vt par est vixerunt: Illas vero oēs asserit hic Iacobus cōuolare in ccelū:  
 quid inde colligi prospicis, nisi q̄ nullū omnino ponit purgatoriū: quod vt  
 dicimus hēreticū plane esse nullus catholicorū ambigit doctorū ac fidelium.  
 & licet in cōmētariis sup̄ Mattheū, Iacobus purgatoriū esse oīno fateatur,  
 & quibusdam rationibus id satagat probare: nō tamē fit inde quā hic fue-  
 rit erronee locutus. Si quis autē istud Iacobū (quod plane fit omnium sancto-  
 rū & ecclesię decretis aduersum, & hēreticū) nō velle cōtendat: eum rogo  
 primo cur (si ita nō sapuit) vniuersaliter scripsit, dicens: Oēs sub gratia vt  
 par est viuētes, in ccelū cōuolare: nulla de his qui in purgatorium ad exol-  
 uendū debitū (diuina exigēte iustitia) deuoluūtur, facta mētionē. Si p̄terea  
 nō eo vsq̄ illū spirītus pertraxit erroris: sed cū catholica purgandarū locū  
 fatetur animarū ecclesia: ad hanc adigitur angustia vt dicat: cur animas Sy-  
 meonis (de quo proxime dictū est) Ioānis Baptiste, Ioseph viri Marię, Za-  
 charię & Elizabeth Baptiste parentū, ceterorūq̄ in sanctitate cōsimiliū san-  
 ctorū & sanctarū, quę nihil (vti pie creditur) purgādū secūdū prorsus detu-  
 lerunt fructificasse carnī, corpori peccati, & mortī dicat: Christianorū vero  
 animas, quę multa diuine iustitię debētes, ad p̄cānarū pro eorū dilutione de-  
 scēderūt loca: fructificasse deo, spirītu, & iustitię, ac demū vitę eternę. Vo-  
 luntarie omnino hęc Iacobus excogitauit, & cōtra loquendū modū sanctorū  
 ac theologorū omnium, nulla adiutus scripturę auctoritate vel ratione scri-  
 psit: & quicquid hic dicere moliat̄ur Iacobi amātes & affeclę, vt (q̄ nō sen-  
 serit purgatoriū nō esse) eū excusent, nō eū liberāt. Plana est em̄ eius asser-

tio: quę hoc aperte (intellectis terminis) enunciat. scilicet, Oēs sub gratia  
 vt par est viuentes in ccelū vitę perpetuę sedē conuolant. cuius oppositum  
 cū alias Iacobus crediderit, quāto sese dederit discrimini voluntarie contra  
 fidem sapiendo & scienter: ipse viderit.

¶ Propositio. XL.

Caro quę sequitur spirītū Christi carnī assimilatur: quę cōcupiscentiarū nō  
 sentit aculeū: solas experiēs innocuas passiones, vt sitim, famē, frigus, calo-  
 rē, lassitudinē, dolorē de malis, lētitiā de bonis, & huiusmodi: quę etiā in no-  
 bis nō ex infirmitate carnis procedunt, sed ex Christi imitatione.

¶ Confutatio.

Hęc vltima Iacobi assertio, scilicet q̄ in nobis passiones innocuę non sunt T  
 ex carnis. &c. satis per nos in p̄positionib⁹. xxxii. & xxxiii. cōfutatā est: illic  
 siquidē satis mōstratū putamus fuisse, assertionem eiusmodi scripturis oīno  
 aduersari: & hic p̄pterea sup̄ ea re tacemus. Q̄ autē initio dicit, videlicet q̄  
 caro q̄ sequitur spirītū. &c. duo cōplectitur nequaquā recipiēda secūdū locutio-  
 nis p̄prietatē. Primū q̄ alicuius hominis caro sequitur spirītū: Alterū q̄ ca-  
 ro talis assimilatur carnī Christi. & explicās in quo assimilatur. Solas  
 experiēs innocuas passiones, vt sitim. &c. tertiū (de quo superius nos fecisse  
 verbū scimus) Iacobus asserit: hominē scilicet cui⁹ caro spirītū sequitur nō  
 pati cōcupiscentiarū motus, quod est eū venialibus peccatis subiici minime.  
 Nouū sane est & rarū priuilegiū in Iacobo: si eius caro in omnib⁹ sequitur V  
 spirītū. Porro Christi caro tantę p̄rogatiuę nullā omnium hominum p̄ter  
 Christiferā dominā personā habuit cōparticipem. Solius enim virginis Ma-  
 rię caro secuta est in omnibus spirītū. Et miror p̄fecto qua potuit suasiōne  
 moueri Iacobus, vt crederet cuiusq̄ viri quantūuis sancti carnē in omnibus  
 sequi spirītū. Hoc em̄ vult eius indefinita locutio qua ait, Caro quę sequitur  
 spirītū. Nepe si hoc ex toto de aliqua carne non intenderet, nullam prorsus  
 haberet, quæ carnē Christi in hoc quod vult assimilaretur. At Iacobum in-  
 terrogo, quem ipse nobis exhibiturus est viatorum modo, cuius talis sit ca-  
 ro quæ contra spirītus voluntatem motibus iræ non aliquādo torqueatur:  
 variisq̄ concupiscentiarum non exerceatur illecebris: cum fateatur Aposto-  
 lus id muneris a deo se nondum fuisse assecutum. Ter (inquit) dominū ro-  
 gaui vt discederet a me stimulus carnis meę: non tamē exauditus est ad vo-  
 luntatem. & presentī capite apertissime testatur dicens: Scio enim quia nō  
 habitat in me, hoc est in carne mea, bonum. hoc est: Licet caro bona est sub-  
 stantia: ex peccati tamē p̄cāna motus eius ad rationis exercitium in malum  
 sunt omnino procliuī. Et rursus. Inuenio legem volenti mihi facere bonū:  
 quoniā mihi malum scilicet cōcupiscentiæ, adiacet. Quid est (precor) adia-  
 cet: nisi, quia inseparabiliter concupiscentię motus inest. Vnde & addit: Vi-  
 deo aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meę: & capti-  
 uantem me in lege peccati: quæ est in membris meis. hoc est: vi eiusmodi  
 fomitis patior varios ad illicitum (quantum in se est) trahentes stimulos:  
 quos vitare desidero, & nequeo: quoniā tamē eos nō sequor, mihi ad crīmen  
 haud illos deputat deus. Vbi ita diu⁹ scribit Ambrosius. Quoniā primi ho-  
 ii. Cor. xii.

minis corpus corruptū est per peccatū, vt possit dissolui: ipsa peccati corruptio per conditionē offensionis manet in corpore, robur tenens diuine sententię datę in Adam. Sic Ambrosius: qui sane multo secus q̄ Iacobus sentit de humane carnis infirmitate. Manet (inquit) in corpore corruptio robur tenens diuine sententię. En motus nocuos in carne quotidianos Ambrosius humiliter fatetur: non ex imitatione, sed ex peccati primi vindicta, vtrūq; Iacobi dictū damnās ac reprobans. Quādo igitur de se profitetur Apostolus quę premissa sunt, & non de alio (quem admodū sermonibus. v. & vi. de verbis Apostoli efficacissime contra quosdā aliter erronee sentientes monstrat Augustin⁹) de quo potuit iuste existimare Iacobus: q̄ eius caro in omnib⁹

Ad Gal. v. spiritum sequeretur, cum & alibi plane testetur idem Ap̄ls dicens: Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem: hæc enim sibi inuicē aduersantur. Si profecto aduersantur sibi ex nature vitio, vnū alterum haud sequitur: parendo scilicet, ceu hic pretendit Iacobus: sed certe erroneo sensu quod per Apostolum liquet. Quid enim apertius: quid absolutius dici potuit: Caro concupiscit aduersus spiritum: & hæc sibi aduersantur? Nec mirū est istud. Nam quo quis plus in virtute profecerit: eo repugnantia hanc carnis ad spiritum iugem in se subtilius deprehendit, experiturq;. Iacobo proinde de consilio vt sese discutiat, & motus studeat carnis dignoscere: quos prorsus hic sese ignorare manifestat: & desinat ex hoc cuiuscūq; sanctorum (dū mortalem agunt vitam) carnem dicere Christi carni assimilari. Quod semel cogitasse & orbi scripto tradidisse extremam puto illusionē. Quā deniq; pretendit, scilicet carnem quę spiritum sequitur non pati nocuos concupiscenciarum stimulos, plane concedimus: At hoc alteri creaturę q̄ dei matri donū fuisse collatum: tāq; hæreticum penitus reiciimus, propter causas superioribus explicatas. Porro Pelagianū hoc esse, ex Augustinō per scripturę auctoritates perspicuū antehac factum est. Ceterum quomodo de his Apostoli sententibus posset inoffense Iacobus differere: qui autumat per legem quam dicit Apostolus repugnare legi mentis nostrę, Moyfi legem esse intelligendā: sic enim ait. Sed quomodo tanta pugna est inter legē carnis quę nihilominus spiritualis est: & nos, quibus ad sanitatē data est: vnde hoc accidit? Et respondēs: quia (inquit) carnalis sumus. Hęc Iacobus in quibus tenebrosissimē cęcutit. Idē etenim prorsus vult Ap̄ls intelligi per legē mētis (cui repugnat lex carnis seu mēbrorū) & Moyfi legē: alioquin nō dixisset, Cōdelector legi secūdu interiorē hominē, id est mentē: secūdu quā eidem cōsentit Moyfi legi quia bona est. Absit igitur vt illa lex Moyfi, quę sancta est, Apostolo doctore, spiritualis, ac iusta: Legi mētis nostrę repugnare dicatur. Porro vt dictū est, eadē est lex Moyfi & mētis nostrę: quę autē illi repugnat, lex fomitis est, & mēbrorū: hoc est vis quędā in peccati pœnā ad malū nos stimulanis. Perperā itaq; dei legē vocat Iacobus carnis legē, quę nobis repugnat. Si diceret legē Moyfi pugnare cōtra carnis legē, hoc est prohibere ne carnis sequamur desideria: cū Apostolo & veritate loqueretur, & ipsum laudarem⁹. Cum vero via incedat aliena: delirare & hallucinari eum plena in luce pronunciamus.

## ¶ Propositio. XLI.

Nūquid quispiā protinus veditus est sub peccato: si ex viro & muliere eius sit natiuitas: q̄ sine concupiscētia vix intelligi potest: nōne protinus q̄ nascetur carnē habebit peccati? nō crediderim oportere. Nā ex maledictione (quā incurrit Adā) carnis puenit infirmitas: ergo sanitas ex benedictione erit.

## ¶ Propositio. XLII.

Si terrā ex qua alicuius sumitur caro benedicat deus etiam anteq̄ concipiatur, sane ille sine quacūq; infirmitate concipietur & nascetur. Infirmitate dico quacūq; potentiali & actuali.

## ¶ Propositio. XLIII.

Nunquid potentior maledictio vt nullus concipiatur vir sine peccato: q̄ benedictio vt aliquis sine peccato: id minime videtur. Nam benedictio cū esse (quod omne potest) & maledictio cū non esse (q̄ nihil potest) cōspirat.

## ¶ Propositio. XLIII.

Non itaq; si quis ex viro & muliere sit conceptus, protinus fit vt addictus sit peccato, vt carnem habeat peccati: sed quos benedictio aut omnino non preuenit aut non sanauit.

## ¶ Confutatio.

Per ppositiones istas quinque (vbi frustra Iacobus multa effudit verba) nō nulla tradūtur q̄ paucis (q̄ iā cōtra illa superius efficaciam reor me scripturę & sanctorū ac certarū rationū intorsisse iacula) excutere & taxare studebo. Precipuu quod in his pretendit author istud est: nō esse cōsequēs ad hoc quod est naturali propagandī via hominē esse genitū, illum peccato originali esse obnoxiiū & carnē habere peccati. cui est respōdedū: illationē hanc homo ex viro patre & scēmina matre natus est: peccatum igitur originis cōtraxit: de fide esse: ac per hoc de lege illam esse validam negare nō potest nisi q̄ cū Pelagianis pperā sapit. Propter scripturarū em̄ multipliciū vrgētissimā auctoritatē quibus decernitur, quia oēs nascimur filii irę, Ap̄lo teste ad Ephesios (ait em̄: Erasmus natura filii irę sicut & ceteri. & Iob scribit, q̄ nemo est mūdus a sorde, neq; infans cuius est vn⁹ diē vita sup terrā. hoc tñ secūdu literā. lxxii. interpretū: vbi traductio nostra habet quidē homo vt im maculatus sit. &c. qd̄ in eadē recidit sententiam. Item dixit deus Abrahę: Masculus cuius pputii caro circūcisa nō fuerit, delebitur anima illa de populo suo. nulla aut perire potest anima nisi ppter peccatū. In euāgelio itē dēdixit Christus: Nisi qs renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto nō potest introire in regnū dei. & in hanc partem sunt in eisdem scripturis innumera testimonia): Sacti oēs doctores, singuliq; diuine legis periti cōsequium illud infallibile semp existimauerūt: neq; psumpsit quis catholicorū ab lege illa demere pter beatā dei genitricē Mariā. quā & hic Iacobus pro instatia vnā omnium pponit, recte quidē. Qz si eā solā credit & tenet exemptā: quā ob rē tā longū cōtexit sermonē, vbi vnico ad eos (quibus prodesse cupiebat) commodum poterat verbo facere satis. At q̄ hoc non sentiat hinc palam fieri videtur q̄ tāq; pro pluribus indefinite scribit dicens: Omnes filii Adam cū peccato carnis concipiuntur & nascuntur, quos benedictio & gratia aut omnino nō puenit aut nō sanauit. hoc siquidem locutionis genis plane

videtur nō vnā deī matrē a cōi decreto exemptā inuere, sed multitudinem  
**C** Quos (inquit) benedictio & gratia aut oīno nō p̄uenit aut nō sanauit cū  
 p̄tō &c. Numero q̄ppe pluralitatis v̄itur. Ceterū in eo vel sibi Iacob⁹ cō  
 tradicit plane q̄d ait: Vel sanauit. euidēs enī est neminē, nisi a morbo sanari.  
 Quos igitur a primī peccati morbo deī gratiā sanauit, cū peccati aegritudi  
 ne certū est fuisse conceptos: quocirca Iacobus & ex aduerso hic vrgeri de  
 bet. Nā tenet & pie credit ecclesia Hieremiā prophetā cui dictū est: Anteq̄  
 exires de vulua sanctificauit te: & Ioannē Baptistā, de quo beatus Lucas: Fa  
 ctū est (inquit) vt audiuit salutationē Marię Elizabeth, exultauit infans. &c.  
 ab originali culpa purgatos fuisse prius a dño q̄ de matrū vteris suarū pro  
 dirēt. hoc tñ singulare & p̄ter legē bñficiū nō eos deī sanctę matrī coęqua  
 uit, vt. s. ne peccato qd̄ cōtaminati vnq̄ fuerint originali. qd̄ tñ Iacobi p̄tē  
 dit cōtextus quo ait: Oēs filii Adā cōcipiūtur cū peccato carnis quos bene  
 dictio & gratia nō sanauit. quos ergo p̄ Iacobū sanauit deī bñdictio & gra  
 tia, concepti nō fuerūt cū peccato carnis: & ad hoc qd̄ est a deī gratiā fuisse  
 sanatos, manifeste cōsentaneū est eos in peccato cōceptos extitisse: q̄ secū ap  
 te pugnāt. Quoslibet autē (excepta deī matre) dicere citra peccatū genera  
**D** tos, hereticū esse plus satis demōstratū putamus. Nulla enī primorū proles  
 parētū naturę modo sata p̄ter deī matrē fuit ab originali peccato libera. qd̄  
 cōtra ipsos Pelagianos (vt ante dictū est) agens Augustinus de germana  
 diuinarū literarū intētionē, sanctorū doctōrū qui eū p̄cesserāt, aut cōtēpora  
 nei erāt p̄bauit assertionibus. Vnde & vno loco Ambrosiū citans sic ait:  
 Scribēs deī antistes Ambrosius cōtra Nouatianos. Oēs hoies (inquit) sub  
 peccato nascūtur, quorū ipse ortus in vitio est, sicut habes lectū, dicēte Da  
 uid: Ecce enī in iniquitatibus conceptus sum: & in peccatis cōcepit me mater  
 mea. Ideo Pauli caro corpus mortis erat, sicut ipse ait. Quis me liberabit de  
 corpore mortis huius: & addit Augustinus paulopost dicēs. Itē idē ipse. s.  
 Ambrosius sup̄ Esaiā. Oīs (ait) homo mēdax, & nemo sine peccato nisi vn⁹  
 deus. seq̄tur (qd̄ Iacobi assertionē p̄nitissime tangit) Seruatū est igitur,  
 inquit Ambrosius, vt ex viro & muliere, id est p̄ illā corporū cōmixtionē ne  
**E** mo videat̄ esse expers delicti: qui autē expers est delicti, expers est etiā hmōi  
 cōceptionis. Sic de Ambrosiū dictis Augustin⁹. Obiectioni autē Pelagianorū  
 qua dicebāt: Esto vtcūq̄ sustineri posset infidelium & paganorū ples cū pecca  
 ti macula cōcipi & nasci: improbable tñ (aiebāt) oīno est de christianis, q̄  
 s. p̄ regenerationis lauacrū, id est baptismi sacramētū ab ipso mūdātū sunt  
 originali peccato, & facti de filiis iræ, gratię & deī filii atq̄ mēbra Christi  
**F** immūdos & carnē peccati habētes generari & nasci liberos: qd̄ hic videtur  
 Iacobus p̄tēdere: respondet locis variis Augustinus, q̄ ideo mirū hereticis  
 videtur ex regeneratis & fidelibus parētibus prolē nō deo, sed mūdo, & p̄  
 p̄terea q̄ etiā regeneratione egeat nasci: quia oculos ad veritatis lucē clau  
 dūt. hinc cōsiderare nolūt per regenerationē hominē sanari ex toto secūdū  
 animā, nō secūdū carnē: licet enī peccati originalis reatus & culpa p̄ baptis  
 mi gratiā tollātur: manet tñ in carne eiūsdē peccati p̄na, vnde spiritui ad  
 uersari caro ipsa dicitur. parentes autē fideles carne generant quæ infirma

Hierē.  
 Cap. i.

Lib. contra  
 Celestinū  
 Pelagianū  
 de p̄tō ori  
 ginali. cap.  
 xl. p̄te ope  
 rū. viii.  
 Psalm. l.  
 Ro. vii.

Ser. viii. de  
 verbis ap̄lī

atq̄ vitata manet nō spiritu. Breuis sane respōsio: sed catholica. Quod ex G  
 carne (ait dñs) natū est, caro est: qd̄ ex spiritu, spiritus est. Et ne contra ratio  
 nem eā datā quis instat: simile in naturalibus cōperiri idē Augustinus pul  
 cherrime docet inquit. Qz latēt foetus oleastroꝝ etiam in seminibus olea  
 rū, quādo & hoc crederetur: nisi experiētia probaretur: proinde sicut gigni  
 tur ex oleastrū semine oleaster, & ex oleę semine non nisi oleaster, cum inter  
 oleastrū & oleā plurimū distet: ita gignit̄ & de carne peccatoris, & de car  
 ne iusti vtrinq̄ peccator: quis inter peccatorē & iustū plurimū distet. Gigni  
 tur autē peccator actu adhuc nullus, & ortu nouus: sed reatu vetus, homo  
 a creatore, captiu⁹ a deceptore, indigēs redēptore. Alibi quoq̄, Ideo (inquit)  
 de baptizato nō iustus nascitur: quia non generat vnde regeneratus est: sed  
 vnde generatus est. Queris, ait, vt de iusto iustus nascatur: cū videas iustū  
 esse nisi regeneratū oīno nō posse. nec attēdis dñi sententiā (Pelagianū Au  
 gustin⁹ hoiem alloq̄bat̄ quisq̄ fuerit ille) quē tu ipse ī ore habes, Nisi q̄s  
 renat⁹ fuerit ex aqua & spū. &c. Miraris quare peccator de semine iusti nas  
 catur: & nō te delectat mirari, quare oleaster nascatur de semine oliuę. Acci  
 pe aliā similitudinē. Iustū baptizatū pone granū purgatū, non attēdis quia  
 de grano purgato frumētū cū palea nascitur: sine qua seminatur. Deinde cū  
 fit in natoꝝ propagine spiritalis generatio, vis vt de baptizato baptizatus  
 nascatur: cū videas de circūcisio nō nasci circūcisum: carnalis est certe gene  
 ratio ista, & carnalis est circūcisio, & tñ de circūcisio nō nascitur circūcisus.  
**H**ęc Augustinus. Quod deinde scribit Iacobus, scilicet, Si terrā ex qua alicu  
 ius sumitur caro benedicat deus, etiā anteq̄ cōcipiat̄: sane ille sine quacūq̄  
 infirmitate actuali & potētiali, & cōcipietur & nascetur: & extraneū est, &  
 nouū ac oīno falsum: quod ita elucescat. Certū enī est perito cuipiā deum il  
 los benedicere, quos homines per eū diuino impulsi motu benedicunt. quis  
 enim inficias ire p̄sumat, deū per Isaac patrē Iacob filio non benedixisse  
 dum dixit: Ecce odor filii mei sicut odor agri plenī cui benedixit dñs: det̄ tñ  
 bi deus de rore cœli. &c. & per ipsū patriarchā Iacob duodecim filiis: de  
 qua benedictione per Moysen ita scribi fecit dñs, quia eis benedixit benedi  
 ctionibus singulis: & de filiis Ioseph, Effraim & Manasse, ipse Iacob eorū pa  
 tri dixit. Adduc eos ad me vt benedicā. & post seq̄tur. Benedixit Iacob filiis  
 Ioseph. Benedicti itaq̄ fuerūt isti a dño p̄ hoies. & cōsimilia in sanctis scri  
 pturis inueniūtur nō pauca. Nūquid autē horū patrū ita diuinitus benedi  
 ctōrū filii ab originali peccato immunes concepti sunt & nati: nec (vti opi  
 nor) hoc audebit Iacobus astruere. sed fortassis dicet hos non a deo per se  
 benedictos, verum hominū patrum ministerio: quemadmodū pro pia eccle  
 się consuetudinē virgines solenniter in actu suę desponsationis publice in  
 sacris tēplis a deī vicariis benedicūtur: & q̄ intendat loqui de his de quibus  
 sine creature ministerio deus benedixit. Sic respōdet̄ ita p̄mim⁹. De⁹ citra  
 cuiuscūq̄ hois officii oīm hoim q̄ a diluuiō fuerūt parētibus benedixit, hoc  
 est Noe ac filiis, scripturā teste, quę ait: Benedixitq̄ deus Noe & filiis eius.  
 Terra igit̄ ex qua oēs Noe & filioꝝ ortę sunt ples, a deo nulli⁹ hois mini  
 sterio bñdicta fuit: ples tñ ipas cū infirmitate & peccati culpa, & cōceptas &  
 e iiii

lib. de nu  
 ptis & cō  
 cu. ad Vale  
 riū. ca. xix.  
 pre operū  
 viii.

Ser. xiiii.  
 de ver. ap̄lī

Ioan. iiii.

H

Gen. xviii.

Gen. xlix.

Gen. xlviii.

I

Gen. ix.

natas fuisse constat. **Q**uod si Iacobus aut eius amantiū in sobrie, quisq̄ resulter  
 dicens: Hos nō secundū corpus a quo prolis manat fecūditas a dño bene-  
 dictos, sed quo ad animā: eiusmodi obstat cauillo, q̄ cum dictum fuit: Bene-  
 dixit dñs Noe & filiis eius: cōtinuo addit deus: Crescite & multiplicamini,  
 & replete terrā. Porro in scripturis Deū terrā aut hominis carnē benedicere,  
 aliud nō est: nisi vim illi fecūditatis cōferre: quod rursū per scripturas  
 satis cōstare potest. Siquidē Iacob moriturus in Aegypto, Ioseph filio cum  
 Gen. xlviii dixisset: Deus omnipotēs apparuit mihi in Luza, quē est terra Chanaan, be-  
 nedixitq; mihi: benedictionis exponēs fructū subiūxit dicens: Ecce ego te au-  
 gebo, & multiplicabo, & faciā te in turbas populorū. & re vera carnis & ter-  
 rē alia potior a fecūditate benedictio nō se offert: quādoquidē creaturam  
 Gen. i. alteri benedicere, iccirco dūtaxat est, illi bonū imprecari & procurare: quia  
 qd̄ cupit alteri cōmodū: id nullatenus efficere valet. Dei autē (cuius Ioseph  
 teste volūtati nihil resistere potest) benedictio efficax est creaturę beneficii  
 erogatio. Terra itaq; aut caro cū alterius maioris boni susceptiua nō sit fecū-  
 ditate: Deū carnē aut terrā benedicere, est generatiuā illi vim tribuere.  
 Iob. i. qd̄ inde palā cognoscim⁹: q̄ Sathan de prosperitate Iob loquēs, ait dño. Ope-  
 ribus manū eius benedixisti, & possessio ei⁹ creuit in terra. Vñ & Genesis  
 primo: creatis piscibus & volatilibus & hominī, expressis benedixit deus  
 verbis: & nō ceteris creaturis. & q̄ dei benedictio illic vis sit sui simile pro-  
 pagandi: scriptura docet. Ita em̄ legimus. Benedixit eis. s. piscibus & volati-  
 libus, dicens: Crescite & multiplicamini & replete aquas maris, auesq; multi-  
 plicentur. Ecce benedictionis fructū. & paulopost de hoīs specie loquēs: Mas-  
 culū, inq̄t, & fœminā creauit eos: bñdixitq; illis deus, & ait: Crescite & mul-  
 tiplicamini & replete terrā. Vnde & de ficu cui dñs ad perpetuā eā redigēs  
 sterilitatē dixerat: Ex te nūq̄ fructus nascatur ī æternū: eidē dño dixit Pet⁹.  
 Matt. xxi. Rabbi, ecce ficus cui maledixisti exaruit. Firmū igitur & diuinarū testimo-  
 nio literarū cōprobatū relinquitur: nullius carnē sine peccato cōceptā esse  
 & natā: quātūlibet parētū terrā, id est corpora vnde sumpta est, benedixerit  
 & Marc. xi. deus. **Q**uod si Faber per benedictionē terrę purgationē vtriusq; parētis corpo-  
 rū intelligeret: nihil illū eiusmodi leuaret intellectu⁹. Porro esto virū & mu-  
 lierem sic purgaret deus: quas tñ gignerēt modo naturę proles cū peccato  
 nascerētur. Neq; hoc Iacobi theoremate sancta dei mater a peccato ipso ori-  
 ginali exēpta dicitur, cū illi⁹ vterinē sorores Marię duę, hoc priuilegio mi-  
 nime cēseantur donatę. Neq; saluare dogmata hic sua valet Iacobus: vel de  
 ipsa sacra Dei matre: hoc est q̄ propterea vētris eius benedictus filius sine  
 peccato cōceptus est & natus: q̄a matris corpus seu terrā benedixerat deus.  
 M. Siquidē maledicti decretū, quo. s. in patre Adā peccasse docet oīs posteritas  
 pro sanctorū oīm & ecclesię sentētia de illis dūtaxat accipiēdū venit, qui ab  
 eo per rationē propagātur seminalē, hoc est p̄ maris & fœminę cōcursum.  
 Quocirca legē de circūcisione p̄ Moysen in eiusdē naturę peccati remediū  
 ferēs deus: ne & ipsum futurum secundū & verū Adam, id est Adā & omnīū  
 Leui. xii. saluatore, putaretur complecti: vigilanter expressit dicens: Mulier si susce-  
 pro semine peperit masculū, &c. Nihil ergo hinc Iacobus colligere potest.

Quod deniq; asserit prole cuius terrę ex qua sumitur benedixit Deus, sine  
 quauis infirmitate & potēiali & actuali cōcipi & nasci: nisi per infirmitatē  
 peccatum dūtaxat accipiatur, etiam de ipso Christo secundū serui formā li-  
 quet a vero abhorre. Infirmitates enim nostras assumpsit in similitudinē Philip. ii.  
 hominū factus: & habitu: id est natura hominis suscepta, inuentus vt homo,  
 factus est obediēs vsq; ad mortē. & hoc prius confessus est Iacobus dicens:  
 Ipsum dominum innocuas passiones, hoc est infirmitates, vt sitim famē &c.  
 fuisse expertū. Si quis insuper ex Iacobi verbis, eū cōcludere vellet: id perfa-  
 cile factū esset: nepe ita scribit. Si terrā ex qua alicuius sumitur caro bene-  
 dicat deus &c. anteq̄ concipiatur: sane ille sine quacūq; infirmitate & potē-  
 tiali & actuali concipiatur & nascetur. Quādo igitur certum tenet catholi-  
 ca fides, ex Adam terra quā omnifariam Deus benedixerat, Cayn sumpsisse  
 carnē: Iacobi collectione fiet, vt & ipse sine q̄libet natus sit infirmitate. Cę-  
 terum videamus quāto q̄ valide roborare istiusmodi somnia contēdat eo-  
 rum scriptor Iacobus. ita siquidē in re argumentatur aduersus aliter sapien-  
 tem. Si quæ doceo (ait) vera nō fateris: cōcedas necesse est, potētiorē esse  
 maledictionē, vt nullus concipiatur vir sine peccato, q̄ benedictionē vt ali-  
 quis concipiatur sine peccato. quod (inquit) minime credendū est. Nam be-  
 nedictio cū esse, id est ente quod omne potest, scilicet Deo conspirat, qd̄ est:  
 Deus ipse est benedictio, id est benedicens. & maledictio cum nō ente, quod  
 nihil potest etiam conspirat: hoc est, maledictio secundū Iacobum non ens  
 est, vel nulla res est. Age quid hæ Iacobi theorię, ad scripturę proficiūt elu-  
 cidationem etiam si rite conficerētur: quando autē de vi actiua, seu agendi  
 potentia hic eū loqui cogat sui sermonis exigētia (quo benedictionis & ma-  
 ledictionis vires cōfert actiuas) eū vnifariam dicere oportet, hoc est in vtro-  
 q; actiue. Iacobo itaq; dicimus: maledictionē hoc est iustum iudicem Deum  
 omnipotētem omnino esse, vt cōmeritam cuiq; hominū irroget pœnā: quia  
 hoc eius exigit iustitia, cōtra quam agit nunq̄. Maledictionē itaq; cum esse  
 quod omnia potest cōspirare fatemur: hoc est Deum esse, qui enim ex boni-  
 tate & misericordia quos vult bñdicit: ex iustitię vigore itidē, & quos vult  
 maledicit. quid est rogo: Iacob dilexi, Esau autē odio habui: nisi hunc male-  
 dixi, illum vero benedixi: Certe idē dominus de se ait: Ego occidam, & ego  
 viuere faciam. & rursū: Maledicā benedictionibus vestris. vnde & Christo  
 Ap̄s Petrus dixit, vt p̄missum est: Rabbi, ecce ficus cui maledixisti aruit.  
 & in Deuteronomio dicitur: Maledictus a Deo est qui pendet in ligno. Vt  
 igitur Deus benedictio est actiua: ita & maledictio. Ite (dicit Christus do-  
 minus omnibus: quibus exigente iustitia maledixerit) maledicti in ignem  
 æternum. huiusmodi autē a Deo maledicti, passiuas sunt maledictio, qui ne-  
 quaq; cum nō esse cōspirant. Quærat propterea Iacobus (si iuuat) quod im-  
 possibiliter reperire potest: maledictionē scilicet q̄ non ens sit. nō enim sibi  
 cōtraria sunt benedicere & maledicere priuatiue. vtrūq; enim rē dicit posi-  
 tiue, hoc est misericordię & iustitię effectus, aut ipsorū effectuum causas a-  
 ctiuas vel subiecta. Neq; Iacobū tuebitur si forsā quis dixerit maledictio  
 nem accipi posse pro cōmeritoria passiuę maledictionis causa, hoc est pro



Gesi. iiii.

primi hominis peccato, quod non ens dici potest: quonia licet haud inficia mur dominu cum dixit serpenti: Quia fecisti hoc, id est tuo dolo & inuidia Eam circumueniens in peccatum eam prauaricationis pertraxisti: maledictus eris &c. & Adam: Quia audisti vocem uxoris tuae &c. maledicta terra in opere tuo: propter huiusmodi daemone & primorum parentu peccata, diuina id iustitia exposcente eis maledictionum censuram irrogasse: peccatu tamen ipsum hominis primi actus fuit voluntatis, & non mera entis priuatio, id est non ens. Et licet nonnulli doctoru dicere nitatur, peccatu inquit peccatu esse nihil, seu boni priuationem: non ita tamen loqui Iacobus pretendit. & ubi pro huius verificatione dictu eu sic fuisse locutu quis cotederet: frustra penitus moliretur. quoniam fide teneri superius plus satis docuimus: peccatu ipsum primi hois ta malu fuisse, vt iustissimo dei iudicio nullus suorum nepotu humana satus via benedictus conciperetur vnquam. a qua (vt diximus) maledictione vna omnium prole dei matre duntaxat exempta: catholica prestatatur fides. His igit assertis quicquid quale tradiderit Iacobus doctrinam, iam non est obscuru.

¶ Propositio. XLV.

Sic omnes filii Adam cu peccato carnis & concipiuntur & nascuntur, quos benedictio & gratia aut omnino non prauehit aut non sanauit.

¶ Propositio. XLVI.

Intellige per legem peccati quae est in membris: ea quae mandat & petit infirmitas.

¶ Confutatio.

Q Hac Iacobi praeeptione eum constat legem peccati seu membrorum aut carnis, velle esse libidinis illecebras, voluptatem gulae, ac omnem oculorum, aurium ac tactus caeterorumque sensuum corporis luxum, cu immoderata diuitiaru & gloriae affluentia: vindictam insuper, & improbam omnibus dominandi ambitionem. Haec siquidem omnia & id genus vitiorum monstra humanae appetere infirmitatem, nemo est qui nesciat etiam Paganoru, nisi qui omnino sit actuum mortalium hominum inexpertus. Christianus autem Apostolo credit: qui ad magistratam reru experientiam consentaneae, Galatis scribens ait: Manifesta sunt opera carnis, quae sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, veneficia, inimicitiae, contumeliones, emulationes, irae, rixae, dissensiones, sectae, inuidiae, homicidia, ebrietates, comestiones, & his similia. Sunt profecto haec per Apulum expressa flagitia & facinora, quae mandat & petit hoc est cupit hominis infirmitas, quae est sensualis seu brutalis appetitus, & carnis inclinatio. quae inquam vitia vniuersa perstrinxit beatus Iohannes dicens. Omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitae. hoc est: mundi amatores haec duntaxat querunt, & quatenus possunt illis, quibus (vt habet glossa interlinearis) omnia vitiorum genera comprehenduntur: fruente adharent. Sunt igitur pro Iacobi sententia praefatoru scelerum turba, lex peccati, seu lex membrorum: cum testibus Apulis beatis Paulo & Iohanne, ac doctrice experientia, sint quae mandat & petit infirmitas: hoc est quae cupit & satagit prosequi humanae infirmitatis propositio. Intellige (ait Iacobus) per legem peccati quae est in membris: ea quae mandat & petit infirmitas, ubi & sibi plane repugnat, & diuinae contrariae

Gala. v.

I. Iohan. ii.

R

veritati. In primis paulo an, id est ppositione. xl. ita ad verbu Iacobu scripsit se asserim, & quidem verissime. Et quomodo tanta pugna est inter legem carnis quae nihilominus spiritualis est, & nos: quibus ad sanitatem data est? ubi luculentissime sed miserabili ignorantia & delirio per carnis legem (quae est & lex peccati) per Moysen a domino data legem intelligit: quae inquit spiritualis est, & nobis ad sanitatem data. Hic autem peccati seu membrorum & carnis legem, omnium dicit collectionem criminum: quae vt liquet, neque spiritualis dici potest, sed bestialis omnino & diabolica: & propter hoc neque ad sanitatem data: sed fit iusto Dei iudicio ad insanabilem inferni aegritudinem permessa. pugnant haec igitur euidenter secum. quod vno verbo probat Apulus in hoc septimo capite concludens dum ait. Igitur ego ipse mente seruo legi Dei, carne autem legi peccati. Quae vero posterius hic assertum sit aduersum veritatem, eiusque oppositum omnino catholicum existat: scilicet, Lex peccati quae est in membris, haud quaquam est quod mandat & petit infirmitas, hoc est vitiorum cohors omnium: sed est ipsa infirmitas, id est naturae vitiae inseparabilis concupiscentia, fomes peccati, seu sensualis & improba ad huiusmodi vitia procliuitas. hinc luce clarius patet, quod nullus sanctorum (ceu iam saepius per scripturas certo docuimus) immunis vnquam fuit praeter sanctam Dei matrem ab ipsa peccati lege seu carnis fomite & concupiscentia: plurimi autem eorum nullo prenominate crimine aliquando peccauerunt, Augusti. teste, qui ait: Multi iusti delicti sunt sine querela: quod intelligitur sine crimine. Nulla enim querela iusta est de his, in rebus humanis: quae non habent crimen. vnde & Apulus huius ex Dei decreto carni humanae inuitabiliter adherentis legis conscius: dixit, non regnet peccatu in vestro mortali corpore, vt obediatis concupiscentiis eius. Eia sciens Apulus singulos homines concupiscentiae legi esse obnoxios, quod euitari haud poterat a quoquam: non ait. (sicut & Augustinus scripsit) non sit in vestro mortali corpore peccatu: id est concupiscentia peccati primi effectus seu poena: sed non regnet. Inest (inquit Augustinus) peccatu cum delictis, regnat dum consentis. & super Iohanne: non ait (scilicet Apulus) non sit, sed non regnet. quod diu viuus: peccatu necesse est esse in membris tuis. saltem illi regnum auferatur, non fiat quod iubet. Surgit ira: noli dare irae linguam ad maledicendum &c. & rursus de verbis Apuli Augusti. loquens: Quid est ait non dominetur mihi omnis iniquitas: audi Apulum: Non regnet peccatu in vestro mortali corpore. Quid est non regnet? ad obediendum desiderii eius. non dixit noli habere mala desideria. Quomodo enim in hac carne mortali, ubi caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem: non habeo desideria mala: illud ergo fac, non regnet peccatu. & si sint desideria: non eis obediatur, ne iniquitas dominetur. haec Augustinus. Quibus satis quod promissimus constare puto, non esse videlicet peccati legem seu membrorum infirmitatem, peccata quae inde ducunt originem, vt docet Iacobus: sed ipsam peccatorum causam illectiuam. quod sane Apulus docuit dicens: Manifesta sunt opera carnis. Nempe carnem declinare, id est eius desideria, nemo teste Apulo preualet. Illa autem sequi aut eis obediare in pleno est hominis arbitrio. & proinde non ea sequi sub diuino continetur praeepto. Non itaque per legem peccati quae

Trac. xli. su per Ioan.

Roma. vi. T

Sup Psal. i.

Trac. xli. super Ioan.

Sermo. xii. Psal. cxviii. Roma. vi.

Ad Ga. v.

V

est in membris, sunt intelligenda crimina que Deus prohibet: sed ad ea pronitatem, que ideo non imputatur: quia in nostra non est potestate.

Propositio. XLVII.

Paulus in se figurat carnalem hominem & infirmitatem carnis sentientem, legemque membrorum captiuantem mentem ad desideria carnalis infirmitatis, id est peccati adimplenda: cum minime talis esset.

Confutatio.

X Beati Pauli tentans Iacobus verba hanc suis explicare commentariis: Non enim quod volo bonum hoc facio: sed quod nolo malum hoc ago &c. praeferit quem annotamus hic sermone. Paulus in se figurat. & reliqua. In quo quidem sermone, qui semper propensus ad nouitates, & iam olim de ecclesie schola reiectas opiniones (interpretis quae certae sunt & comprobatae sanctorum expositionibus) reuocandas & instaurandas: per paucis aperire moliemur. Forte legitur Iacobus super hoc ad Ro. ca. vii. Adamantium Originem, qui (quod illi peculiarissimum est) beati Pauli locos pugnantiam habentes in verbis superficiali, sibi opponit, cuiusmodi sunt: Ego carnalis sum venundatus sub peccato: & Non enim secundum carnem viuimus. & rursum, Viuo ego iam non ego. &c. Itemque Christus redemit nos, & Empti enim estis precio magno: aliosque

Y citat complures passus epistolarum Pauli, apparentem dissonantiam habentes. Quoniam autem Origenes videre non potuit (miserabili siquidem caecitate in plurimis obtenebratus est) locos ipsos posse de Apostoli persona vere dici, subtilitate qua fere anteibat scriptores singulos, excogitauit Apostolum hic in se personam infirmorum introducere, & non de seipso loqui: Non inquit Origenes, haec Apostolicae conueniunt dignitati &c. Hanc vero Adamantium sententiam, neque Athanasius secutus est, neque Ambrosius, aut communis ecclesiae traditio. Et quae diuus Augustinus vno aut altero loco fuerit cum Origene locutus, hoc tamen Iacobum haud excusat: quia dum ita sensit Augustinus, in diuina philosophia adhuc tyrunculus erat, & ex humilitate potius simpliciter praceptoribus credens, quam de rerum difficultium resolutione disceptans. Porro priusquam foret episcopus in libro octoginta trium questionum ita scripsit. Postea vero in diuinis peritior factus illum Originem confutauit sensum: & cum aliis recte Pauli capitibus intellectum sapere coepit. In libro siquidem de verbis Apostoli, his illi propositis verbis: Scimus quia lex spiritualis est: ego autem carnalis sum, venundatus sub peccato. quod enim operor ignoro: non enim quod volo hoc ago: sed quod odio malum hoc facio: ita ad verbum Queritur (inquit Augustinus) hoc loco magna diligentia, quis intelligatur: utrum ipse Apostolus qui loquebatur: an alium aliquem in se transfigurauit quem tangeret in se, sicut dixit quodam loco. Haec autem omnia transfigurauit in me, & Apollo propter vos, ut in vobis discatis &c. Et respondens longa & religiosa disputatione docet & definit post sanctos Athanasium &

Quaestio. lxxvi. parte oper. iiii.

Sermo. v.

Ad Ro. vii

i. ad Cor. iiii.

Z Lib. contra duas epist. Pel. ad Bonif. parte oper. viii.

Ambrosium, Originem reiecto sensu, Apostolum de se loqui: & quemadmodum illa omnia de eo pie debeant accipi. Rursum & alibi de hoc loquens idem Augustinus: dicendum (inquit) quomodo de Paulo possit intelligi quod legimus: Ego carnalis sum, non ait fui, sed sum. Nunquid ergo Apostolus cum haec scribe

ret carnalis fuit: an secundum corpus hoc dixit: adhuc enim erat in corpore mortis huius, nondum factum quod alibi dicit: Seminatur corpus animale, surget corpus spiritale. tunc enim ex toto, id est ex utraque parte qua constat, spiritus homo erit: quando etiam corpus spiritale erit. neque enim absurdum est, ut sit in illa vita etiam caro spiritualis: si potuit esse in hac vita in his quae adhuc carnalia sapiunt, etiam spiritus ipse carnalis. sic ergo ideo dixit: Ego autem carnalis sum, quia nondum spiritale corpus habebat. Apóstolus: sicut posset dicere: ego mortalis sum. & paulo post. Item quod adiunxit, venundatus sub peccato: ne quisquam eum nondum redemptum Christi sanguine existimet, etiam hoc secundum illud potest intelligi, quod ait: Et nos primitias spiritus habentes, & ipsi intra nos gemimus: adoptionem filiorum Dei expectantes redemptionem corporis nostri. & iterum aliquanto post. Et quod dicit: Non enim quod volo hoc ago, sed quod odi malum hoc facio: Facere se dicit Apostolus & operari non affectu consentienti & adimplendis: sed ipso motu concupiscendi. tanquam diceret: Nolum concupiscere, nam uelle adiacet mihi: sed non possum non concupiscere, quia perficere non inuenio. Surgunt enim concupiscentiae mihi inuito motus: quos quia non sequor: ad virtutis potius exercitium quam damnationis cumulū cedunt. mente enim seruo legi Dei: carne vero legi peccati: id est concupiscentiae (ut dixi) patior impulsus non volens. Dicat (appensis his) Iacobus: cur Origenes per ecclesiam olim damnati falsam maluit tenere sententiam, unde in complura alia prouolutus est male sana dogmata, quam sanctorum doctorum & ecclesiae debita cum humilitate rectis adherere sensibus. si respondeat: Liberum sibi fuisse eum sequi intellectum, quae & Augustinus (cuius fasti sumus) aliquando tenuit. Hoc Iacobo omnino inficiandum est. Nepe errantē aemulari non licet: sed correctum amplecti oportuit. Ille etenim Beatus doctor Augustinus, non modo recte cum aliis sanctis & ecclesia de Apostoli verbis sensit & scripsit variis locis: intelligentiae dono, gratia Dei accepto: verum & quod prius haud bene se scripsisse cognouit (omni posthabito seculi pudore) plane retractans damnauit. Ego inquit lib. lxxxiii. quaestionum, illud Apostoli, Scimus autem quia lex spiritualis est: ego autem carnalis &c. exponere volens, dixi. Id est carni consentio: nondum spirituali gratia liberatus. quod non sic accipendum est, quasi spiritualis homo iam sub gratia constitutus etiam de seipso non posset hoc dicere, venundatus sum sub peccato. quod enim operor non intelligo: non enim quod volo bonum hoc ago: sed quod odio malum hoc facio. & cetera quae sequuntur usque ad eum locum ubi dictum est: Miser ego homo: quis me liberabit de corpore mortis huius: postea didici sicut sum iam ante confessus. Agedum Augustinus vere humilis doctor & doctorum ideo aquila: errasse prius se non erubescit mundo inclamare. errare profecto humanum est, errorem per Dei gratiam agnitu mox reprobare & oppositam probare veritatem. Christiani cordis est ac animi dextrum. Illud vero etiam promulgare nescientibus: summam dixerim perfectionis argumentum. Eat igitur Iacobus & similiter faciat: ut eum in hoc post Augustinum laudemus. quousque enim hoc egerit, quanto versetur in periculo salutis propter assertum istud, & praesertim quia simpliciter adiecit, quod Apostolus non esset talis qualē se dicere ex plana eius

i. Cor. iiii.

A

Roma. viii.

B

Li. i. retrac. Ca. xxvi.

C

litera concipere quisque potest & debet: quis non videat: ubi etiam hoc in articulo duntaxat fuisse finistre locutus. Porro sensum quem velut haereticum reiecit Augustinus sanctis consentiens (ut dictum est) Athanasio & Ambrosio, hic asseruit ceu catholicum: videlicet quod Apostolus qui dixit: Ego carnalis sum venudatus sub peccato, & Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae: de se non loquitur, neque fuerit talis. Cui insuper manifeste resistit Beatus & magnus Gregorius. Quis inquit adhuc in hac corruptibili carne subsistens, terrae bestias plene edomat, hoc est brutales concupiscentiae impetus? cum ille ad tertium caelum raptus egregius praedicator dicat: Video aliam legem in membris meis &c. sequitur. Sed aliud est has bestias in campo operis saeuientes aspicere: aliud intra cordis caueam fremetes tenere. & rursum alibi. Iam Paulus tertii caeli culmen ascenderat, iam paradisi secreta cognouerat: & tamen adhuc carnis bella tolerans gemebat dicens: Video aliam legem in membris meis &c. Quid ergo in huius tanti praedicatoris pectore nisi caelum Deus, infernumque coarctauerat: qui visionis intimae iam lumen acceperat, & tamen adhuc tenebras de carne tolerabat. Item & alio loco: Expresse ad nostram (inquit) consolationem Paulus praedicator egregius de se loquitur: Tentationes atque certamina vitiorum sustinuisse prodidit dicens. Video aliam legem &c. Sequitur. Ad ima quippe pertrahit caro, ne extollat spiritus: & ad alta sustollit spiritus, ne prosternat caro. Denique super illo Iob: Appropinquauit corruptioni anima eius, & vita illius mortiferis: Inter omnia ita scribit idem Gregorius. Per contemplationem infirmitatis propriae Paulus mortiferis appropinquauerat: cum dicebat: Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae. Sic ille. Caeterum Iacobo addicti fortassis adhuc reclamabunt nouo contententes argumento illum sic sapiendo & scribendo, nullo salutis se periculo commisisse: quia scilicet super hoc Apostoli verbo, Scio quia non habitat in me hoc est in carne mea bonum &c. ita scribit Hieronymus. Non dicit: Non est caro mea bona. Sequitur. Item hoc ex persona eius dicitur: qui peccandi consuetudinem habet, & carnis vitium tenetur obnoxius. Hoc instandi genus eadem infringitur responsione, qua & illud quod de Augustino praemissum est. Manifestum enim esse alibi monstrauius, Beatum Hieronymum commentarios in scripturas diuinas fecisse dum adhuc iuuenis esset. quod cum ex eiusdem assertionibus liquet epistola ad Pammachium & Oceanum: cuius initium est, Schedules quas misisti: aliisque pluribus locis, & in libro virorum illustrium: ubi suorum indicem texuit scriptorum. Tum quod non explicat textus scripturae quos senior, vel traduxit, vel correxit: & ut plurimum Origenem imitatus est. Correxerit enim quae tunc minus catholice dicta deprehendere potuit. Vnde in multis huiusmodi scribendo commentarios non tam recte docuit, quemadmodum in scriptis quae postea edidit. quod vel hoc in articulo luce meridiana clarius monstrari potest. Nempe quod Origenem secutus iuuenis (sicut Augustinus) dixit: Hoc ex persona eius dicitur, qui peccandi consuetudinem habet &c. eruditior factus itidem cum Augustino Origenis spreata opinione retractauit: neque id quidem semel: quod certo sciuerit, qui contra Io-

Roma. vii.

Li. mora. vi  
cap. xliii.Li. mora. x  
cap. xxxii.

cap. xvii.

Cap. xxxiii.

Li. xxxiii. mo  
ra. ca. lxxxii

E

uianiani errores eum differentem legerit. Item & eiusdem epistolam ad Ctesiphonem, cuius initium est, Non audacter. praeterea in dialogis contra Pelagianorum haeresim, locis variis Apostolum de se loquentem verbis, quorum causa disceptamus tradit Hieronymus, nec modo id simpliciter. Verum quoniam ipsi Pelagiani (quos Critoboli nomine disputantes introduxit) sententiam Origenis tenentes, Apostolum negabant pro se dixisse: Ego autem carnalis sum: accerrime sub Attici persona Hieronymus & non paucis refellit argumentis. vnde vno sic ait loco. Quis tibi hoc concedet, ut ex persona peccatoris haec loquatur Apostolus? Si enim ex persona peccatoris hoc accipias: debebat dicere: Miser ego peccator, quis me liberabit: & non miser ego homo: homo quippe naturae est, peccator voluntatis. & paulopost: Si hoc inquit Hieronymus, Pauli testimonio non moueris: audi aliud eiusdem cui contradicere non potes: Nihil mihi (ait) conscius sum. qui hoc dicebat: nullusque utique peccati sibi conscius erat. sed quia legerat: Delicta quis intelligit? & Sunt viuae quae videntur viro iuste: nouissima autem earum ducunt ad interitum. & iterum: Omnis vir videtur sibi iustus: Deus autem corda hominum dirigit: Idcirco temperauit Paulus sententiam, ne forte per ignorantiam deliquisset: maxime quia scriptum est: Iustus qui perit in iustitia sua. sic Hieronymus. Iam perpendat Iacobi tutores, debeat ne ille qui erroneam Origenis intelligentiam ab Hieronymo & Augustino retractata ac reprobata etiam nunc instaurare voluit, simplici quemadmodum & ipsi reuocatio ne iustificatus censerit.

## ¶ Propositio. XLVIII.

Etsi pro virili tua operari debeas: tua tamen opera ab infirmitate carnis non te liberabunt, etsi preparabunt.

## ¶ Confutatio.

Cum Lutheranis etiam hic pergit Iacobus humanis derogare operibus, Luciferiano (quod & superius explicatum est) Sophismate delusus. Quis precor a viro qui se velit tanquam Apollinem audiri, nulla etiam reddita ratione, accipiens, quod homo quantumlibet ardua virtutum exerceat officia, nihil tamen sibi inde ac per ea promereri valeat: sed Deus omnia cui placet confert mere gratias, neque respondeant meritis praemia: non reddatur ad agendum mollior ac frigidior: nullusque utique Diabolica profecto est haec religionis speciei purioris fucata inuentio. quam antea reprobam abunde adiutore Deo patefecimus.

## ¶ Propositio. XLIX.

Carni Christi vnitur caro nostra, quotiens sacrosanctum eius corpus sumimus: caro carni, & spiritus spiritui nostro vnitur: ut vnum corpus & vnus spiritus in eo simus.

## ¶ Confutatio.

Agitans Iacobus haec Apostoli verba. Deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, & de peccato: damnauit peccatum in carne: ut iustificatio legis impleretur in nobis: qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum. Inter multa mihi quidem ingrata, illa quae hic annotamus scripta edidit mundo. Quo autem voto ea lectores diuinarum non ignari literarum acceptarint, nescio. At scio & absurda eiusmodi esse, & ex mea theologia

Li. i. ca. xxii

Lib. ii. in  
initio.G  
Corin. iiii.  
Psal. xviii.  
Prouer. xx.

Eccles. viii.

Cap. viii.

H

I  
Roma. viii.

logica disciplina ignorantia produsse. Quid enim hoc est: Caro nostra Christi carnem unitur, quoties corporis & sanguinis eius suscipimus sacramentum. Cum enim de unione altera etiam hic loquatur, spirituum scilicet, dicens quod spiritus spiritui nostro unitur: ipsum de materiali & physica seu naturali corporum unione loqui necesse est. quemadmodum uniri dicuntur, id est ad se accedere, & adiungi, & unum facere, vel simpliciter, seu in liquidis riuu duo aut plures ad eundem confluentes alueum: vel aggregatione, seu diuersum hominum aut animalium ceterorum vel rerum aliarum prius a se distantes partes, si coeant & simul iungantur. De hac corporum coniunctione dominus Ezechielus dixit. Tu fili hominis sume lignum unum, & tolle lignum alterum, & adiunge unum ad alterum tibi in unum lignum, & erunt in unione. hoc est: propter eorum contactum, quasi unum reputabuntur lignum. Ceterum quid ad fidei pietatem vsuue spiritualis conducit haec corporis Christi, & corporis illius qui sub sacramento eidem sancto per loci indistantiam unitur corpori, vicina accessio: nihil prorsus. alioquin theca seu vasculum in quo sanctum illud reconditur & seruatur sacramentum, ceteraque sacrata vasa & linthea in quibus super altare tractantur, imo & petra excisa sepulchri eius: uniri sunt dicenda corpori Christi, & unum cum illo corpus erunt. Quod si non admittit Iacobus dicens illa insensibilia: & proinde non eis, ut unum cum Christi carne corpus fiat, competere: quod omnino arbitrarium est: ad hoc tamen Iacobus vrgetur, ut si carnis Christi & hominis ad se localis per accessionem coniunctio (quo modo ipse de sumete & sumpto Christi sacro corpore praetendit) ut unum sint corpus efficit: Iudae Scariothis caro & Christi unum corpus fuerit, dum illud cum ceteris Apostolis beatis in cena ad iudicium sibi res ipsa accepit, dumque in orto filium hominis osculo tradidit. Itidem & de ceterorum qui indigni sacramentum ipsum accipiunt, dicendum erit carne: quod scilicet eorum cuiuslibet caro cum Christi carne unum fiet corpus. Alioquin nihilo plus omnino caro digne sumentis sacramentum, cum Christi carne unum sit corpus tunc, quam prius, aut post sacramenti fructuosum vsu. Dicamus propterea Iacobo: realem huiusmodi sacramenti sumptionem nihil prorsus efficere ad hoc quod ipse somniauit. Per fidem enim spem & charitatem, Christo non Christi carnem, veluti membra capitum unimur, & cum eo unum ecclesiae mysticum efficitur corpus. & quemadmodum Christianus prouectus aetate, etiam episcopus aut sacerdos iustus, Christi corporis membrum est, & capiti Christo unitus: ita quoque nec villo minus Christo ununtur paruuli baptisati, & corporis eius membra per praedictarum infusionem virtutum, fidei scilicet, spei & charitatis fiunt: cum tamen Christi carnem nequaquam sub sacramento realiter accipiant. Quod ex carne (dixit dominus) natum est, caro est: quod ex spiritu spiritus est. Alibi autem quod hic volumus, videlicet quod nostram inter carnem & Christi nulla celebratur unio ex altaris sacramenti vsu: quodque omnis quae inter fideles & Christum unio in ecclesia traditur, secundum spiritum (in quo imago est trinitatis) solum attenditur: manifeste docet de hoc sacramento loquens ipse Christus dominus. Spiritus (inquit est) qui uiuificat: Caro non prodest quicquam. Quid potuit Iacobo dici apertius? Huc non traho quod alibi scripsit, sed omnino erronee: scilicet Christum ubique

Ca. xxxvii.

K

Ioan. xiiii.

Lucae. xxii.

L

Ioan. iiii.

Ioan. vi.

M

corporaliter esse. Ad hominem tamen inde surgit argumentum inuitabile. ex eo enim fit asserto, a carne Christi nostram nullatenus posse distare: & ita non plus eam sub sacramento sumentes illi unimur, quam non sumentes secundum carnem. Ad spirituales vero (ut diximus) de se nihil prorsus conducit realis sacramenti susceptio. Sumunt siquidem boni: sumunt & mali: fortis autem differentia a spiritu, & nihil penitus a carne procedit. caro enim infirma non prodest quicquam. Perpendat igitur Iacobus quidnam voluerit noui dicere nobis scribens: Carni Christi unitur caro nostra, quotiens sacrosanctum eius corpus sumimus: & caro carni unitur. Mera profecto sunt huiusmodi nugamenta.

¶ Propositio. L.

In veteri lege spiritus non monebat patres, ut Deum nomine patris adirent: sed ut eum inuocarent dominum: in quo designantur fuisse serui.

¶ Confutatio.

Quando scriptura teste, tantum secundum Deum seruus est vituperabili seruitute qui facit peccatum: Omnis (ait dominus) qui facit peccatum, seruus est peccati: Excluso autem per Dei gratiam crimine ab hominum quolibet (ut Galatis scribit Apostolus: Non est Iudaeus, neque Graecus: non est seruus neque liber. & Corinthiis: Seruus vocatus es: non sit tibi cura. Qui enim in domino vocatus est seruus, libertus est domini: similiter qui liber vocatus est, seruus est Christi) Haud secus serui conditio quoad electos fuit sub Moyse lege quam sub nostra. Quemadmodum enim ciuilis tunc fuit seruitus: ita & nunc: & ut identidem tunc plurimi legis opera poenae imminentis formidine agebant foris: ita & nunc. Porro quibusdam Iudaeis superciliose domino (qui eis dixerat: Veritas liberabit vos:) respondētibus: Semen Abrahæ sumus, & nemini seruiuimus unquam. obiecit ille quod praemissum est, ad peccati eos relegans seruitutem: Omnis qui facit peccatum: seruus est peccati. Neque sub Moyse instituto plus habuit hoc momenti, quam sub Christianorum lege. In toto quippe verum est: quia qui facit peccatum: seruus est peccati. Quando inquam ita esse fide cognoscimus: viderit quid loquatur Iacobus dicens: Quia Iudaei Deum duntaxat dominum compellabant: in eo designantur serui fuisse. Si Iacobus monstraret quod iam sub Gratiae lege, Dei filii & haeredes, coheredesque Christi, creatorem incongrue dominum vocarent: quodque solum sit nunc nomine patris appellandus: occasionis fateor non nihil ita scribendi habuisset. Cum autem Apostolus ipse seruum se passim Christi fatetur: quem & cum omni ecclesia vocat dominum, dum ait: Tu autem domine miserere nostri. nihil solidae eruditionis hic nobis propinauit. Quod vero praemissit dicens: In veteri lege spiritus non monebat patres, ut Deum nomine patris adirent: plane est haereticum, quia diuinæ scripturae est contrarium. Cuius auctor Dei spiritus a scripture quadam theologa dicitur. Is etenim variis eiusdem veteris legis capitibus populum illum, Deum patris appella-

Ioan. viii.

Ca. iiii.

Ca. vii.

Ioan. viii.

Ad Gal. iiii.

P

Cap. iiii. tione monet vocitare. In Hieremia certe (quod pœnitus etiã si aliud non haberemus, Iacobi enecat dogma) spiritus Dei scribi fecit hæc verba. Saltem amodo voca me: pater meus, dux virginitatis meæ tu es. & post se  
 Esai. lxiiii. quitur: Patrem vocabis me: & post me ingredi non cessabis. Per Esaiam ad hoc vox populi ad Deũ habetur eiusmodi: Tu pater noster. & rursum: Tu  
 Q domine pater noster, redemptor noster: a seculo nomẽ tuum. Hæc omnino peruia sunt per veteris legis cõtextus: Deum eodẽ eloquio & patris & domini nũcupatione nõ moratur populus adire. Hinc & dominus ipse ad Dauid de Salomone loquẽs: Ego ero inquit illi in patrem, & ipse erit mihi in filium. & in Malachia aperte spiritus Dei dicit. Filius honorat patrem: seruus dominũ suum sequitur: Si ergo pater ego sum, vbi est honor meus? & si dominus ego sum, vbi est timor meus? dicit dominus exercituum. Ecce dominum & patrẽ se esse Iudæorum populo, dominus denunciat. & Sapiens de eo loquẽs: Hos (inquit: scilicet Hæbreos) tanq̃ pater monens probasti. Illos autem (id est idololatrias) tanq̃ durus rex interrogans condemnasti. Sunt forte in scriptura alia ad hunc scopum multas: sed hæc nobis obuia facta, plus satis cuiq̃ esse non dubito.

## ¶ Propositio, LI.

Ex odio flagellorum & pœnarum in Iudæis timor Dei oriebatur: & hic est seruilis timor, qui a spiritu Christi nõ oritur.

## ¶ Confutatio.

R Iacobum Fabrum hac in assertione & cõsimilibus vbi de timore seruili disseruit, Luther secutus magistrũ, ita scripsit quodam in loco: Christus nunq̃ peccatores coegit timore ad pœnitentiam, de quo omnibus rite perpensis: theologorum Parisiensiu collegium, huiusmodi tulit iudiciũ. Hæc propositio capiẽdo cogere pro inducere (sicut capitur frequenter in scriptura sacra) est hæretica. Item alio loco sic. Si Ioannes Baptista timorem docuisset esse initium pœnitentiæ: non ideo sequitur pœnitentiam incipere a timore, cuius dicti censura eorundem theologorum iudicio talis est. Hæc propositio est manifeste erronea: In Christum & inspiratam præcursoris eius doctrinam cõtumeliosa. Videat itaq; Iacobus, q̃ foeliciter sese Luthe- ro præceptorem exhibuerit: dicens timorem seruilem a spiritu Christi non oriri, hoc est a Deo. In his vtiq; verum Augustini est tritum illud verbum: Opera trinitatis ad extra sunt indiuisa. Nõ inficiabitur (opinor) Iacobus a Deo deriuari: quicquid verẽ mortalium conducit & per se foelicitati. Timorem vero seruilem, id est flagellorum & pœnarum, eiusmodi esse: quis negare nisi infidelis præsumet: cum hac via dominus per Ionam Prophetam ad pœnitentiam Niniuitas concitari præceperit. Nõ enim Ionæ dominus dixit. I. & æternam offer vitam omnium plenissimam lætitarum ac diuitiarũ: si sceleratam abiiciẽtes vitam ad pœnitentiam, conuertantur. Non certe hoc prædicatori Ionę in mandatis dominus (etsi misericors, benignus, ac clemens super milia sit) dedit: Sed surge, ait, & vade in Niniuen ciuitatem magnam, & prædica in ea prædicationem quam ego loquor ad te. Et sequitur post: Cœpit Ionas clamare: adhuc quadraginta dies, & Niniue sub-

uertetur &c. Ecce vt a peccato ciuitas illa resipisceret, etiam tẽporalem (nisi hoc agant) comminari Deus per Ionam iubet interitum. & dicit Iacobus Faber: flagellorum & pœnarum a Christo non oritur timor. Quis facinorosæ genti illi vt cladis formidine a criminibus cessantes a suo misericordiam posceret creatore inspirauit? Nonne spiritus Christi, id est Deus: ille vtiq; hoc solus potuit. Quid item Dei spiritus Moyse ad Pharaonẽ & principes eius ituro pro Hæbreorum liberatione prædicare iussit, vt a tyranni de & populi Dei iniqua oppressionẽ desisterent: nõne terribiles flagellorum & pœnarum cõminationes? notiora sunt hæc q̃ quę opus relatione habeat. Sic ad vniuersos sub veteri lege suos prædicatores, id est Prophetas Esaiã, Hieremiam &c. Deus semper vt duos a peruerse agendi cõsuetudine per terrores & aduersitatum minas reuocarent præcepit. Quos in quã prædicatores Dei primos Ioannes Baptista imitatus: peccatoribus, quo eos ad corpium reduceret, spiritu vehementi dicebat: Genimina viperarum: quis ostendet vobis fugere a ventura ira? facite ergo fructus dignos pœnitentiæ. Iam enim securis ad radicem arboris posita est. Omnino ergo arbor quę non facit fructum bonum: excidetur, & in ignem mittetur. Eia Dei spiritus in Ioanne loquens: vt ad pœnitentiam trahat peccatores & inducat: non proponit virtutum honestatem, iustitiæ pulchritudinem, aut deniq; æternum repromittit bonis officiis debitum præmium: sed flagellorum & pœnarum terrificam voce mala intentat: Genimina inquit viperarum: quis ostendet vobis fugere a ventura ira &c. Et his mediis acti resipiscebant plurimi: & confitentes peccata sua baptisabantur a Ioanne: Dicebantq; illi milites & publicani: quid faciemus? Hinc palam fit: q̃ recte censuerit Augustinus, de seruili agens timore dum ait: Bonus est timor & utilis, licet sit insufficiens: per quem paulatim fit consuetudo iustitiæ. Vnde Christus non est alia praxi vsus, duræ cervicis conuertendo peccatores dum illis obtestabatur, nisi pœnitentiã habueritis omnes simul peribitis. & alibi. Eum timete qui potest & corpus & animam perdere in gehenam. & in Luca: Ostendam inquit vobis quem timeatis. Timete eũ qui postq̃ occiderit: habet potestatem mittere in gehenam. Ita dico vobis hunc timeate. Gehennę autem pœnam explicans crebro peccatoribus inculcat dicens: Ibi erit fletus & stridor dentium. & q̃ filii regni, hoc est obstinati Iudęi, eiciuntur in tenebras exteriores: Ibi erit fletus & stridor &c. Et quoniam nõ modo propter duos corde flagella comminabatur & pœnas, sicut propheta: verum quoq; foelicitatem omnium bonorum cumulum pro his qui dociliores erant, idem dominus pollicebatur dicens: Multi ab Oriente & Occidẽ te venient & recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob in regno cœlorum. & rursum: Beati qui nũc esuritis: quia saturabimini &c. Sequitur: Gaude- te in illa die, qua scilicet aduersitatis non nihil propter me sustineritis, & exultate: Ecce enim merces vestra multa est in cœlo. Sunt autem innumere eiusmodi foeliciũ in scriptura promissionum menciónes: Proinde prædicando turbis in clamabat, veteres commemoras induratum pœnas. Viri Niniuite surgent in iudicio, cum generatione ista, & condemnabunt eam:



quia pœnitentiam egerunt ad prædicationem Ionæ: & ecce plusq̄ Ionas hic &c. Quo precor poterat sermone peccatis assueti efficacius isto concitari: vt pœnarum formidine male agere desineret. Hinc iustis (quos se vocare dicebat non venisse, quia scilicet secum per fidem & amorem erat: sed peccatores ad pœnitentiam, utpote q̄ longe ab eo forent) dicebat: Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint: quodcumq̄ volueritis petetis, & fiet vobis. & rursum: Iam non dicam vos seruos, sed amicos &c. His iusta lance appensis quis eruditorum non obstupescet, considerans Iacobum Fabrum (qui q̄ sapiens sibi videatur, ex arduis que aggressus est constat negociis: cuiusmodi est, diuinas explanare nullo præcedentium sanctorum præsidio doctorum adiutum, velle literas) credidisse, ex illo Apostoli verbo: Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore: sed accepistis spiritum adoptionis: In vniuersum haberi, q̄ omnis seruilis timor in Christianis sit illicitus, & idcirco a Christi spiritu non oriatur: & aduere non potuit quia non quæuis charitas illum foras pellit, sed duntaxat quæ perfecta est, quia qui timet pœnas: scilicet, non est perfectus in charitate. Atqui reiecto vt illicito omni seruili timore, sicut agendum Iacobus decernit: nulla restabit in Christianitate politia, nulla vigebit communitas, nulla domus, nulla ciuitas. Cum enim homines vt plurimum mali sint, qui tm̄ (dicente Poeta) oderunt peccare formidine pœnæ: si tollas de republica, octo illa pœnarum genera, quæ post Tullium in legibus esse scribit Augustinus, videlicet damnium, vincula, verbera, talionem, ignominiam, exilium, mortem, & seruitutem: excludis simul iustitiam, citra quam nulla supposito peccato esse potest politia. Plane igitur etiam hic delirat Iacobus: qui a sacris ecclesiæ doctoribus medicare nobiscum humiliter debuerat, quo intellectu accipiantur Apostoli præscripta verba: Non enim accepistis spiritum seruitutis &c. & non proprio fide re sensui.

## ¶ Propositio. LII.

Cum vir sanctus orat & intelligit quod orat, parua est hæc postulatio: sed cum orat & subito rapitur in ingentem gemitum ad Deum, & gemitus ille ingens illi est ineffabilis, neq̄ scit, neq̄ intelligit quid petere vult: adiuuatur tunc in oratione a spiritu sancto.

## ¶ Propositio. LIII.

Homo sic affectus & a spiritu sancto adiutus, non creat in se tam profundum gemitum: sed spiritus sanctus est qui illum facit, & qui illo orat pro eo qui vt oportet orare nescit neq̄ potest.

## ¶ Propositio. LIIII.

Pro ineffabilibus bonis spiritus ille superbonus ineffabilem homini illi in spirat postulationem, qui illam in eo facit orationem.

## ¶ Confutatio.

A Hæc B. Ap̄li verba: Spiritus adiuuat infirmitatē nostrā. nam quid oremus vt oportet nescimus: sed ipse sp̄s postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus: Iacobus edisserēs q̄ hic annotauimus scripsit. In quibus primo displicere

cuiq̄ debet fidelium q̄ præmittitur, scilicet. Cū vir sanctus orat & intelligit quod orat: parua est hæc postulatio. Siquidē licet ex scripturarū vsu, & communi sanctorū atq̄ theologorū omnium loquedi modo, nomine orōnis generalit̄, obsecrationes, laudationes, actiones gratiarū, postulationesq̄, ac eiusmodi alię diuini cultus ptes significetur: & propria nominis illius ratio, nec t̄is potius circa diuina meditationē aut cōtēplationē nominet, secūdu illud tritum, Oratio est ascēsus mentis in Deū per piū affectū: Imp̄sentiarū tamē nomē ipsum orōnis accipit Iacobus (vti ex eius cōstat sensu) pro sermone quo vir sanctus a dño quicq̄ petit: quia orōnis hic notionē vocabulo postulationis explicat dicens: Parua est hæc postulatio &c. Nos autē docere Iacobus debuerat, quidnā a deo vir sanctus oratio petat, nō intelligēs quid petat. Mirum certe est qd̄ ait virū sanctū, cū rapitur, neq̄ scire aut intelligere quid petere vult. Potius forsā hic nescit Iacobus quid loquatur. Cōsobrinis Christi duobus Iacobo & Ioāni scim⁹ ipsum (qd̄ incaute aliquid ab eo, sua & matris orōne peteret) respōdisse: Nescitis quid petatis, qd̄ est nō intelligitis. Itidē rogātū etiā tertio dñm charissimo Ap̄lo Paulo, vt a se auferret carnis stimulum, qui se colaphisabat: tāq̄ nō intelligētī quid peteret, ipse negauit plane qd̄ poscebat. Moyse quoq̄ instātius dñm orātī & dicētī illi: De⁹ obsecro sana eam, scilicet Mariā sorore a lepra: quia nō intelligebat qd̄ orabat, autu mas citra iustitię læsionē id fieri posse, respōdit dñs dicens: Si pater eius spūset in faciē eius, nōne debuerat saltē septē diebus rubore suffundī: separetur septē diebus extra castra: postea reuocabitur. Cū itaq̄ ex hoc Iacobi asserto, Cū vir sanctus orat & intelligit qd̄ orat, parua est hæc postulatio: ex modo ab oppositis colligēdi (vbi etiā aliter id ipsum nō exprimeret) fiat: vt cum vir sanctus orat, & nō intelligit qd̄ orat: magna est eius postulatio. Qd̄ q̄ sit vero dissimile, per tria illa q̄ præmissim⁹ euidenter cōstat. Id igitur vnde hoc cōcluditur nō stabit, sed iam illatū esse falsū aperiatur. Quid certe oraret filii Zebedei, Ioānes & Iacobus, Paulus quoq̄ & Moyses, hic memoratis eorū petitionibus nō intelligebāt. Permodica nihilo secius esse q̄ poscebat ex dñi respōsis cuiuslibet aduertētī facile occurrit. Dicto p̄inde Iacobi oppositū istud asserim⁹: videlicet. Cū vir sanctus orat, & nō intelligit quod orat: parua est hmoi postulatio. Quodq̄ de assertū nō esse nostrū, verū B. Pauli, catholicorū testimoniiis doctorū ita p̄datur. tūc q̄ppe vir q̄talibet sit donatus sanctitate nō intelligit qd̄ postulat a deo: cū petit aliquid vel t̄pale aut illi annexū: & qd̄ vt ad virtutis bonū prodesse valet: ita & illud vel impedire, vel vergere in petentis sp̄uale dānū. Nullus sane ignorat sanctorū quod petit: dū a dño deposcit fidei, sp̄ei, & charitatis augmētū, ceterarūq̄ virtutum, & q̄ propria rōne, vt diuine proximet bonitati cōferūt illi. sic enim primū querit regnū dei. Horū autē omnium per orōne petitio, q̄ tm̄ vir sanctus quærēs intelligit: absit vt parua postulatio dicatur: Cū hæc petere id sit, quod dñs de Maria Magdalene, sorore Marthæ (q̄ circa plurima torq̄batur) dixit: Porro vnū est necessariū, qd̄ inde satis aperte Christū docuisse mōstratur, q̄ etsi dubiū nō sit Ap̄los suos & discipulos ab eo ante noctē qua post vltimā cenā in orto capt⁹ est, m̄ta & varia eūdē poposcisse: quia tm̄ nodū præ oib⁹ votis vnū

Ioan. xvi.

illud quod est necessariū desiderauerāt: tunc inter alia eos instruēs dixit illis. Vt modo non petiistis quicquid in nomine meo, hoc est ad salutē syncere & solum cōducens: petite (inquit) vt gaudiū vestrū sit plenū, & accipietis.

Matth. vi.

Magna igitur quin & maxima postulatio est qua vir sanctus ex toto corde dño clamat dicens: Sanctificetur nomen tuū, adueniat regnū tuum, fiat voluntas tua. Hinc vt prēmīsimus dixerat dñs: Primū quærīte regnū Dei & iustitiam eius. Quasi autē omnīū cæterorū, quibus scilicet & bene & male vtī homo potest, parua sit petitio: nō illic dixit, Illa primū aut cū eo quod primū est petere moneo: sed ait: Vnū illud quod desiderādū & postulandū primū vobis denūcio, petēdo: reliqua quæ nō expresse poscatis aut velutī minorā loco pro illis secundo oretis, adūciātur vobis: sunt enim hæc quæ gētes ante omnia inquirūt, nō intelligentes quæ orāt. Vnde & minima talium petitio censenda est postulatio. Per hæc certe facile est cernere verissimū esse quod aduersum Iacobi assertū opposuimus, parua videlicet viri sancti orationē esse: non cū intelligit quod petit orādo, sicuti putat Iacobus: sed dū

D non intelligit quod orat. Ceterū ne quod promissum nō effecisse videamur: id ipsum sanctorū cōprobem? sentētis. Hoc quippe neque inficiatur ipse Origenes: cū tamen super Aplī verbis quæ iam versamus nonnulla scribat. vnde aniam fortassis accepit ita loquēdi Iacobus. Sic enim ille inter omnia scribit: Quod a Deo petere oportet ignoram? sequitur ad rem. Interdū enim quæ cōtraria salutī sunt cupimus infirmitate cogente. sicut enim quis in egritudine ne corporis positus: nō ea quæ sanitati conducūt, sed ea quæ præsens desiderū suggesterit, poscit a medico: Ita & nos in huius sæculi infirmitate languentes, interdū a deo petimus quod nō expedit nobis. sic Origenes. Agedū Origenis arbitrato vir sanctus nō intelligit quæ orat: dū aut salutī cōtraria petit, aut quod ei nō expedit. Num hinc Iacobus habet: quæ talis sit postulatio non parua: nequaquā. sed inde cōspiciū sit quod opposuim? parua scilicet esse orationis postulationē, quā quod orat vir sanctus nō intelligit. Quod beatus firmās Athanasius inquit. Dicit Apostolus, Quid orem? sicut oportet, nescimus: ostendit quēadmodum nostræ faueat spiritus fragilitati. A deo ipsi fragiles sumus & infirmi, vt nulli hominū teneāt, nec ipsi nos: quid votis sit & precibus deprecandū. Sequitur. Orabat enim & ipse pro carnis stimulo a se demendo, vt quæ & Romā cōcederet. & paulopost: Quoniam quæ profutura sunt ignoram?, & inutilia sæpe deprecimur. Inuadebat spiritus donū &c. Sanctus item Ambro. Videmur ait imbecilla oratione precari: dū illi denegatur effectus. Infirma est enim: quia cōtra rōnem postulat. diuinus autē Hieronymus: quia inquit adhuc per speculū videmus: frequēter obsunt quæ prodesse putamus: & ideo nobis postulata minime cōceduntur, prouisione diuina. sicut & ipse alibi Paulus ait: Propter quod ter dñm rogauī &c. Pro hoc nostro scopo locis plurimis certe firmiter etiā stat sacer Augustinus. At fuerit hoc breuitati donatū, vt eius vnū dūtaxat pro oibus citemus (sed haud futile) testimoniū: quo libro de orando deū ad Probā his ad verbū sermonibus eā alioquē instruit. Adhuc est fortasse quod querās, cur Aplī dixerit: Quid enim oremus sicut oportet nescim?. Neque enim villo modo credēdū est, vel ipsum

2. Cor. xii.

Roma. xv.

2. Corin. xii

Capi. xiiii.

pte op. x.

Roma. viii.

Aplm, vel quibus ista dicebat, dñicā nescisse orōnē. Cur ergo putamus hoc eum dixisse quod nec temere nec mēdaciter dicere potuit: nisi quia molestiæ tribulationesque tēporales plerūque profunt, vel ad sanādū tumore superbiæ, vel ad probandā exercendamve patientiā, cui probatæ & exercitatæ clarior merces vberiorque seruetur, vel ad quæcūque flagellanda & abolēda peccata? Nos tamē nesciētes quid ista profint: ab omni tribulatione optamus liberari. Ab hac ignoratiā nec seipsum Aplī ostendit alienū, nisi forte quid oraret sicut oportet sciebat, quā reuelationū magnitudine ne extolleretur datus est illi stimulus carnis, angelus sathanæ qui eū colaphizaret: propter quod ter dñm rogauit, vt illum auferret ab eo, vtique sicut oportet nesciēs quid oraret, & paulopost. In his ergo tribulationibus (ait Aug.) quæ possunt prodesse & nocere: quid orem? sicut oportet nescim?. Et tamē quia dura, quia molesta, quia cōtra sensum nostræ infirmitatis sunt: vniuersali hūana voluntate, vt a nobis hæc auferatur oramus. hæc Aug. Ecce per scripturas & Origenis atque sanctorū Athanasii, Ambrosii, Hieronymi, & Augustini testimonia palā factū esse putam?: quia cū vir sanctus orat, si intelligit quod orat (quod est per fidē cognoscere quod orat) haudquaquam posse sibi nocere: sed deo esse probatū. Magna vtiq; & deo acceptissima est eiusmodi postulatio. quod semper vsu venit cū proxime petit celestia, & quæ ad illorū assecutionē per se conferunt. Dū vero quod vitæ presentē cōcernit, aut quod suapte natura ad vtrūlibet (virtutē scilicet & vitium) indefinitū est, totaque eius utilitas ab vtriusque pedit arbitrio, vir sanctus deprecatur orādo: nō intelligit quod orat, estque modica eiusmodi petitio. Cuius oppositū (ceu paradoxum quodpiā) orbi asseruit Iacobus Faber. Quod autē addit inquit, Sed cū orat scilicet vir sanctus, & subito rapitur in ingētē gemitū &c. nō satis probe (si credat expertis, qui de vitæ cōtemplatiue partibus per artis modū scripserūt. quales fuerūt vt ab vltimis inchoem?, christianissim? doctor de Gersonno, sanctus Bonauētura, Guilelmus Parisiē. Hugo, & Richardus de sancto Victore, deuotissim? Deo Bernardus, & similes) cōcinauit Iacobus. Cū enim (vt illi aiunt) pius hoīs spiritus sese ad deū recolligere studet pro cōsiderationē & meditationē: si ad diuinorū cōtēplationē (dei adiuuante misericordia) supra se rapit: diuinæ gratiæ potē bonitati amādo heret, quæ in hoc mūdo sunt oblit?. neque tunc quæstio cū sic affecto animo versat, vt de proximis curā gerat, aut varias deo porrigat supplicationes pro se vel aliis. Hæc procul dubio ad practicā pertinet vitā: nō speculationē. quæ enim illa (quæ rara est atque) fruūtur, soli adherere deo per amorē anhelant. neque sese sustinēt in eadē mēte postulationes cū gemitibus ad salutē propriā & publicā decentiū, & scilicet in deū raptus. Cuius recte gemitus rōnem Iacobus tribuerit, iudicet experti, qui dicūt animā tunc nō ad plāctū aut luctū vocari, sed diuinā & letā cōsolationē. Hic siquidē oculum in vnum illud (quod paulo ante necessariū ex dño cōmemoratū est) dūtaxat Lucę, x. erigere cupit vir sanctus. Illic vero cum Martha sollicitus est quomodo sibi & proximis a dño precibus & instatiis obtinere valeat: per quæ inoffense dei madata obseruentur, & hac via ad beatam illam, vel in hac lachrymarum valle pro modulo possibili, vel quietis æternæ statu, disponi theoriam.

2. Corin. xii

F

G Sed iam discutiedū nobis est quid sibi velit quod sequitur. Homo (inquit Iacobus) sic in gemitū raptus non creat in se gemitū illū: sed spiritus sanctus est qui illū facit, & qui illo gemitu orat pro eo qui ut oportet orare nescit, neque potest. In quo se exhibet non Christianū sed Origenistā, Arrianū, & Macedonianū, qui spiritū sanctū minore patre & filio, hoc est creaturā licet nobilissimā esse impiissima blasphemia putauerūt, & scriptis docuerūt: sicut ex Augustino, de heresibus constat. Nulli siquidē deū pro gemitū orare, aut quouis modo competere potest, nisi Deo inferiori hoc est creaturę, & Christo ea parte qua creatura est, secundū quā dixit: pater maior me est. Dicit itaque Iacobus, Spiritus sanctus illo gemitu (quē scilicet in homine solus creat: non cum eo homo) orat ea pro homine, quā neque scit homo neque potest: apertissime tradit, quia non homo gemit aut orat gemitu (quia inquit hoc neque scit neque potest facere) sed spiritus sanctus gemit & orat tali pro homine: quod puerissima predictorū heresiarcharū blasphemia est. cum enim nullatenus gemere quod potest nisi ex dolore aut tristitia, quod esse in quoque (lege statu) minime valet, nisi in eo qui passibilis est & in miserie, id est non glorię, statu: conexio ista, scilicet hic homo (quolibet signato) gemit, dolet: igitur & nondū omni ex parte beatus est: fide certa est, quod qualiter spiritus sanctus cōueniret: qui cum patre & filio cōsubstantialis est, simulque adoratur & cōglorificatur: itidē & fide tenendū firmiter nullū nisi infidelis dubitare potest, quin ad hoc quod est, spiritus sanctus orat pro homine qui non orat, sequat: eo igitur minor est quē orat. nimirū orat nullū aliū, ut ab eo obtineat, quod in sua plenissima & liberrima potestate est. Miseranda sane hic cęcitate & blasphemia laboratiere grecizantes theologū recentes Iacobus Faber & Erasmus. Hic enim cum Fabro sese monstrauit sapere dum in Paraphrasi pro Apostoli verbis ita scripsit. Is, scilicet spiritus dei, etiam si ipsi fileamus tamen pro nobis interpellat Deū, idque non humano more. & rursum: Spiritus ipse quoties interpellat pro sanctis indolescens super eorum malis: non iuxta humanū affectum interpellat: sed iuxta dei voluntatē. sic Erasmus: unde plane liquet ipsum & Fabrum eodē, sed nequam in presenti negotio agi spiritu, autumantes quod hæc Apostoli verba: Ipse spiritus sanctus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus: foret propria locutione ab eo posita. Quod eis merito cōtigit, qui a sanctis ecclesię doctoribus discere ducunt indignū, & post eos loqui ingloriū: nouarū siquidē malū capita fieri sectarū, olimque dānatas hereses restaurare: quod cum theologorū humili docēdi modo (qui scripturis tamē & primorū doctorū ac ecclesię vniuersalis sensibus cōgruit) sapere. Eos & illis similes spiritus (de quo hic peruerissime & sentiūt & scribunt) illustrare dignetur: ut quod verū est agnoscentes, ex omni singularitate maleque actorū poenitētes: perperā scripta dānent & retractent. ut sic ad cōmunes ecclesię sentētiās cum scholasticis theologis reuertētes: a dño veniam promereri valeāt. Amen. Testor autem lectoribus, quia hic primū mihi scribenti occurrit expediēs videre, an cum Iacobo Roterodamus Desiderius consentiret. quis non me lateret in plurimis eodē ipsos spiritu duci. sed de his satis. Ad Iacobū regrediētes dicimus illū non modo errasse in eo, quod cōfuta re coepimus: verū alia quoque ponit quędā affinia, etiā plane erronea. Primū

Parte operum. xi.

Ioan. xiii.

H

Matth. v.

Apoc. vii. ca. &amp; xxi.

K

Psa. xxvii:

istud, scilicet quod in homine sancto est gemitus: qui nullo modo hominis est. Gemitum (inquit Iacobus) tam profundum non creat in se homo: sed spiritus est qui facit illum. ergo per illum non gemit homo: sed solus Dei spiritus. At cum in his quę diuinarū emanationes personarum non cōcernūt, nihil vni earum competere potest, quin & cuiuslibet: quia cętera omnia a deo fiūt, non quatenus pater aut filius vel spūs sanctus in diuinis est aliqua persona, sed quatenus diuina essentia aut deitas est. Si quod spūs sanctus orat & gemit, ut docet Iacobus: fateri necesse habet, & patrē & filiū imo & trinitatē orare & gemere. neque est vllū diuerticulū quo valeat genus istud arguēdi inter catholicos declinare: cū vti dictū est auctore Augustino, Opera trinitatis ad extra sint indiuisa. quod si admittit, eū sequimur postulātes ita. Tuis coactus es assertis cōcedere trinitatē gemere & orare: quod est per te, aliquid desiderādo petere. A quo (nobis dicas opus est) trinitas petit o Iacobe: Hic tete victum & miserrime delusum confitearis necesse est. nec id quidē vno nomine asserendo. Etenim actū gemendi in homine esse qui non sit hominis ut elicientis, non solum omni phię (quę sicut omnis veritas dei donū est) plane aduersatur: verū quoque manifeste hereticū censi debet, quia Christi verbo cōtrarium est, qui dixit: Beati qui lugent: quoniam ipsi consolabuntur. Audi Iacobe. Soli homines miseri lugent, soli gemit. non stant enim in eodē simul miseria & felicitas, seu patrię beatitudo. In illa autē neque luctus esse quoquo modo potest neque clamor, sed neque vllus dolor. Item si per te gemitū quē exco-

gitali non producit homo in se, neque per eum gemit: quomodo poterit ex hoc laudem mereri, quomodo inde beatus dici poterit: hominis profecto voluntatem plus rebus omnibus facis inefficacem. Porro non admittit ratio naturalis, ut in quouis subiecto sit (verbi causa) calor intēsus, & non ferueat: sit lux, & minime luceat: sit rei cuiuspiam in intellectu notitia, & non cognoscat illam. Est tamen (ait Iacobus) in viro sancto gemitus, non paruus aut remissus, sed profundus: & non est viri sancti. Ceterū in hoc plane Iacobo cōtradicit David: qui quis ut gemeret, spiritū sanctum illum prouocasse & effecisse: nulli fidelium doctorū dubium est: dixit tamen domino: gemitū spiritū adiuuante conceptum, suū esse: cum ait: Gemitus meus a te non est absconditus. Ecce sanctus vir erat David: profundū habens gemitum, quē suū asserit. Videat Iacobus cui dissentit (in David siquidē spiritus ipse loquebatur) dum ait: Gemitus talis non est viri sancti: neque illo gemit. Quid autē Iacobū impulerit hic sapere contra omnē philosophię rationē & certissimā rerum experientia, ut eloquatur postulamus: Quia plus (dicit) fidei verbis Apostoli adhibeo qui falli in hoc non potuit, quā argutiis vniuersis, quā quibuslibet experientiis. Is autem plane mihi asserit dicens: Quid oremus sicut oportet nescim: sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Apostolum pro me habeo: sensum eius sequor. Ecce Iacobus vult veram esse scripturā hanc vti sonant verba: quasi propria sit locutio. Gemit ergo spiritus non homo: & cum Iacobo hic (ut dictū est) sapit Erasmus. O stulti & tardi corde ad credendum: quin potius, o temerari & superbi: qui discere spernūt, priusque doctoris subeāt munus, Dicāt nobis, verba hæc & vniuersa quę

vel predicando enunciauit Apostolus, vel que dictando scripsit: none illius fuerunt: none per ea audientibus locutus est: hoc inficiari nequeunt: nisi eum medacem faciat, qui ubiq; & predicando loqui & scribere sese testatur. Hoc unum igitur fateatur isti scriptores oportet: quod tam (si ita verborum cortici herere iustum ducant) falsum omnino est. ille enim dixit: An experimentum queritis eius qui in me loquitur Christus? En Christus in Apostolo loquitur: Sicuti spiritus postulat gemitu in viro sancto. & ipse alibi dicit, se dei spiritum habere. Puto (inquit) quia & ego spiritum dei habeam. Non ergo loquitur aut scribit Apostolus: sed neque ceteri eius beati collegae, quibus ipsa veritas dixit: Vos non estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Hec sane Christi assertio (si alias non conuincerentur diuinarum auctoritate scripturarum Iacobus & Desiderius, ipsos omnes Christi Apostolos & locutos fuisse, & quae literis mandauerunt scripsisse) quod hic delirando scripserunt: plane secundum primum (qui occurrit) intellectum firmare videretur. Plus siquidem multo vrget, quam Apostoli verbum. Solum enim quod positum est loquitur dicens: Spiritus ipse sanctus postulat pro nobis: nec addit: Non nos: quod fabricauit Faber cum Erasmo. Dominus autem ait. Vos non estis qui loquimini. Ecce plane hominis sancti actionem verba negare videntur. Non estis (inquit) qui loquimini & quasi querenti: quis ergo loquitur? subdit: respondendo. sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. **M** Si igitur Apostolus Paulus ita scripsisset, Spiritus sanctus postulat pro nobis, non nos: difficilis fortasse potuisset huius erroris alicui videri confutatio. Cum autem nec isti eant inficias, euangelistas ceterosque Apostolos & predicando & scribendo fuisse locutos, quam Christus dixerit, Vos non estis qui loquimini: sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis: Quanto minus propter haec beati Pauli verba, Spiritus sanctus postulat pro nobis, concipere debuerunt: quod vir sanctus in quo est eiusmodi gemitus: ille non gemit aut gemendo orat: Haec puto sane euidentissima sunt peritis, vt concludant Iacobum & Erasmodum debuisse sensum alium in Apostoli verbo a sanctis mendicasse doctoribus: quos probat catholicorum ecclesia. Hi enim (quia vno & eodem sancto adiuuabantur spiritu) in eundem conspirant intellectum: vt videlicet Apostoli verba non propria debeant locutione accipi, sed metonymica. per quam vna ratione solet efficiens causa exprimi pro effectu: ceu frigore dicitur locutionis latine magistri pigrum, quantumvis actiuum: quod pigros efficiat aligetes. Voluit igitur Apostolus illa verborum forma, si sanctis (sicut oportet) assentimur, solummodo dicere: quod spiritus sanctus viros fideles postulat facit, seu quod vt postulent excitat & adiuuat. quod nos necesse est ipsorum sanctorum testimonium comonstrare: vt a stultis opinionibus & blasphemis resiliant earum doctores, si consulere sibi & discipulis cupiant. Initio igitur veniat (quo ab ordine seruat paulo ante non recedamus) beatus Athanasius. is enim huc edisserens Apostoli textum, Spiritus ipse postulat pro nobis. &c. quem admodum (inquit) & olim deus dona plurima largiebatur his qui baptismum susceperunt, quae & spiritualia vocabantur: vt alius esset spiritum prophetiae nactus: alius sapientiae: Sic deus orationis gratiam condonabat: quae

spiritus dicebatur. & post pauca. Spiritum itaque hoc loco donum appellat & N animam ipsam quae rationis excipiebat donum, deoque obuerfetur & ingemiscat. Ecce pro Athanasii sententia, quia spiritui sancto diuinorum donorum attribuitur collatio: quae tamen & patris & filii (sicuti illius) sunt, spiritum ab Apostolo pro illius effectu illa quam expressimus figura positum astruit: quod est spiritus postulat, hoc est suum conferens donum, animam ingemiscere facit: quod & voluit sacer Ambrosius dicens, Superfundit se precibus nostris spiritus datus nobis: vt imperitia & improuidentia nostra motu suo operiat. Per donum igitur & spiritus sancti motum, in quibus an vtilia sunt nescimus, postulantes adiuuamur: quod est spiritum pro nobis postulare. Secundum hanc autem intentionem & beatus loquitur Hieronymus: vno se verbo expediens. Scit deus (inquit) quia pro sanctis rebus non pro secularibus postulamus secundum ipsius voluntatem. Vide quid exprimit, secundum voces Apostolum non accipit Hieronymus: sed illius intellectum explicat, dum non ait: Postulat spiritus in nobis: sed postulamus secundum eius voluntatem pro rebus sanctis. Simili quoque interpretatione accipiendum censet idem Hieronymus esse illud in canticis a spiritu sancto dictum: Quae est ista quae ascendit sicut aurora. &c. inquit. Admiratur autem spiritus sanctus, quia omnes de ascensu huius virginis admirantes facit. Haec autem omnia perspicue beatus tradit Gregorius & paucis: ita dicens. Christus multa fecisse dicitur: quia fieri illa docuit. sicut & de eius spiritu dicitur: Ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Sequitur: Neque enim petit qui aequalis est: sed postulare dicitur quia nimirum quos repleuerit postulantes facit. Quis hoc & in semetipso redemptor noster ostendit, qui patrem etiam dum passioni propinquaret exorauit. Quid enim mirum si in forma serui exorato se patri subdidit: in qua etiam manus peccantium usque ad mortis extrema tolerauit: Idem insuper in Homiliarum libro illud Christi verbum in euangelio Ioa. quod die sancto pentecostes legitur. Spiritus sanctus quem mittet pater in nomine meo, ille docebit vos omnia, & suggeret vobis omnia. &c. exponens. Qui (inquit) vnius substantiae est cum patre & filio, exorare pro delinquentibus perhibetur: quia eos quos repleuerit exorantes facit. Vnde & Paulus dicit: Ipse enim spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Sed diceret quis: Minor est qui postulat quam qui postulatur: quomodo ergo spiritus postulare dicitur qui minor non est? Sed ipse spiritus postulat: quia ad postulandum eos quos repleuerit inflammat. haec Gregorius. Iam vero beatum Augustinum congruum est nos audire: & licet huc Apostoli sermonem libris plurimis pro rerum (quas edisserere) varietate exposuerit: quia tamen in eadem semper intelligentia recidit, sat fuerit de duobus locis hic eius verba depromere. prior est in epistola ad Sixtum ecclesiae Romano praef. Episcopi. Quid enim oremus (ait doctor gentium) sicut oportet nescimus: sed ipse spiritus interpellat. &c. Quid est autem interpellat, nisi interpellare nos facit? Indigentis enim certissimum indicium est, interpellare gemitibus. Nullius autem rei esse indigentem fas est credere spiritum. Sed ita dictum est interpellat: quia interpellare nos facit, nobisque interpellandi & gemendi inspirat

ii. Cor. xiii.

i. Cor. vii.

Matth. x.

Ca. vi.

Ser. de as.

sumptione

virginis .s.

Cogitatio

o Paula.

Mera. li. ii.

ca. xvii.

Home. xxx

Ioan. xiiii.

Rom. viii.

P

Ro. viii.

Matth. x. affectū. sicut illud in euangelio: Non enim vos estis qui loquimini. &c. neque enim & hoc ita fit: tamen nihil nobis facientibus. Adiutoriū igitur spiritus sancti sic expressum est, ut ipse facere diceretur, quod ut faciamus facit. nam non esse intelligendū spiritū nostrum: de quo dictum est, Interpellat gemitibus inenarrabilibus: sed spiritū sanctū quo nostra infirmitas adiuuatur: satis demonstrat Apłs. Inde enim cōcepit. Spiritus (inquit) adiuuat infirmitatē nostram. &c. De hoc quippe spiritū alibi dicit apertius. Non enim accepistis spiritū seruitutis iterū in timore: sed accepistis spiritū adoptionis filiorum: in quo clamamus abba pater. Ecce hic non dixit quod ipse spiritus clamat oratio: sed in quo clamamus abba pater. Alio tamē loco ait: Quoniam filii dei estis: misit deus spiritū filii sui in corda vestra: clamantē Abba pater. non hic ait, In quo clamamus. sed spiritum ipsum clamantē dicere maluit: quo efficitur ut clamemus. sicut sunt illa, Spiritus ipse interpellat gemitibus inenarrabilibus: & Spiritus patris vestri est qui loquitur in vobis. Sic ibi August. Alterum autē eiusdem sancti doctoris (ceteris pretermisissis) delegimus locū: nō simpliciter: verū quo Iacobo & Erasmo euidenter constet, quia in eorum quem refellimus cōmentario Arriani plane sunt & Macedoniani: post deliratem Origenem eiusdem Arrii fontē. quod ita pateat. In catholica latrantes ecclesiam Arriani putabāt, ex hoc Apłi verbo, Ipse spiritus interpellat pro nobis gemitibus: irrefragabiliter suā cōprobari vesaniā, qua spiritū creaturā esse etiā filio minore blasphemabant. Vnde Maximinus Arrianorum epus, libro August. contra eū primo ita dixisse ab eodem Augustino refertur. Apostoli eruditus magisterio intantū dico subiectū esse spiritū sanctū: ut gemitibus postulet pro nobis. Vnū autē profiteor deū, non ut tres. s. personę vnus sit: sed vnus id est pater vnus est, quē & filius ipse orauit & orat: apud quem & spiritus sanctus aduocatione fungitur. Hoc Arriani: quod quidē apparenter collegissent: si propria locutione, hoc est secundū sensum quē statuerunt ipsi Iacobus & Erasmus, illud verbū dixisset Paulus. quod fieri impossibile erat: quia non ipse, hoc est non a se, sed spiritus sanctus loquebatur: hoc est per eū & cū eo, ut primus & principalis scripturę author. sicut enim proxime dictū est, certissimū indigentis indicium est interpellare gemitibus: atque dolētis & patientis. Si igitur vere spiritus sanctus in homine & nō homo erat, & gemit: recte senserūt Arriani. quibus occurrēs Augustinus ita scribit in libro cuius titulus est cōtra sermonē Arrianorum, vbi eorum diluit argutias, fidei puritatem manifestās. Dicit ergo. Filius (inquit, scilicet Arriani) pro nobis interpellat patrē: & spiritus pro nobis postulat filiū. Hęc Arriani. quibus respondens Augustinus, Secundū ea (inquit) quę superius nos etiā cōmemorantes disseruimus: ita inueniant vnde pferant quod spiritus postulet filiū. Quod enim dicit Apłus. Quid enim oremus sicut oportet nescimus: sed ipse spiritus interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. & quod etiā secundū deū postulat pro sanctis, quomodolibet isti accipiant (multū enim ad eos est hoc sic accipere quemadmodū accipiendū est) nō est dictū. Interpellat Christū, aut filium interpellat spiritus sanctus: dictū est quia interpellare nos facit: sicut Gene. xxii. Deus dixit Abraham: Nūc cognoui quia timeas deum: quasi ante nesciebat.

quod quid est aliud nisi, feci ut cognoscas: Vnde & illud Apostoli. Nūc autē cognoscentes deum, immo cogniti a deo: ne sibi tribuerent quod cognouerunt deum. sic ergo ait, cogniti a deo, ut intelligerent quod illos gratia sua Deus fecit cognitores suos. Secundū istum locutionis modū dictum est. Et nolite cōtristare spiritū sanctū dei. hoc est, nolite nos contristare qui secundū spiritū dei contristamur ex vobis. Charitate quippe contristabantur: quā diffunde bat spiritus sanctus in cordibus eorum: & per hoc eos de malis fratrum tristes ipse faciebat. Denique idem Apłs. Accepistis (inquit) spiritum adoptionis filiorum: in quo clamamus Abba pater. & alibi eūdem sensum cōmemorās. Misit (inquit) Deus spiritū filii sui in corda vestra: clamantē Abba pater. Quo modo ibi, in quo clamamus: quomodo hic, clamantem: nisi quia clamantem hic ait clamare facientē. Ut autē secundū ipsorum sensum sic accipiamus, clamantē, tamen nō clamare nos faciat, sed ipse clamet: ecce dicēdo Abba pater, non interpellat filium, sed patrem. Nō enim audebunt dicere, filiū Christi esse spiritū sanctū. nam utique ne hoc dicerēt: non genitum a filio, sed factum dicere maluerunt. Nō ergo scimus per nos ipsos quid oremus sicut oportet: sed ipse spiritus postulat pro nobis, id est postulantes facit, quę sunt secundū deum. quod nisi faciat: non oramus nisi secundum istum mūdū ad expellendū concupiscentiā carnis, & concupiscentiam oculorum, & ambitionē seculi, quę nō sunt a patre, sed ex mundo sunt. quibus nōnulli id quod dictum est, Ipse spiritus postulat gemitibus, de spiritu hominis intelligēdum arbitrentur. Maximino quoque Arrianorum epō, quę supra dicta sunt proponenti: Augustinus respondens: Non potuisti (inquit) subiectum dicere filio spiritū sanctū, nisi quia gemitibus interpellat pro nobis. Videtur enim tibi illa perfectio sanctitatis in gemitibus semper esse: nec respirare a gemendo. O æterna miseria, nī lege locutionū blasphemiam deuitabis. sic enim dictū est ut intelligeremus: gemitibus interpellare nos facit. Adest enim nobis: & infundēdo charitatē nobis, facit nos postulare gemitibus. Ista ad verbum Augustinus cōtra Arrianos scripsit: ex quibus ac aliis quę premissa sunt vel cęcutiēs cernere potest: quāta sunt reprehensione digni Iacobus & Erasmus, qui spiritus catholicorum doctorum & ecclesię rectis sensibus, his etiā vltimis nostris seculis Arrianorum & Macedonii damnabili singularitate presumpserunt blasphemias reuocare, & docere secundum eas, quod denique his in propositionibus legitur: videlicet spiritum supponū viro sancto pro ineffabilibus bonis ineffabilem inspirare postulationē. & cetera, quę per iā citata omnino sunt explosa. Nepe sanctorum testimoniis ostēsum est id Apłi, Quid oremus sicut oportet nescimus: nullum habere locum in postulationibus bonorum ineffabilium, id est æternorum, sed in his quibus bene & male uti potest humana infirmitas. quę (nulla in homine manēte lege) esse cuiuslibet orationis actio valet (de infusis habitibus nō loquimur) quę eiusdem nō sit operatio. Sūto igitur hęc dicta satis.

## ¶ Propositio. LV.

Christus tēporali natiuitate in iustitia originali natus est: & secundum hęc non est primogenitus in multis fratribus. nā & Adam & Eua & virgo gloriosa in iustitia originali nati sunt, neque secundū hęc tēporalem natiuitatem



Christus frater dicitur: sed filius Adam & virginis intemeratę.

¶ Propositio. LVI.

Natiuitate secunda, quę scilicet per regenerationem fit, in baptismo, natus est Christus in Iordane: & secundum hanc primogenitus est inter multos fratres: primus omnium in spiritu sancto regeneratorum.

¶ Propositio. LVII.

Secundū hęc natiuitatē spiritus, s. quę in baptismo celebratur: Christus frater dicitur regnitę virginis Marię, & Apostolorū, & discipulorū, & omnium vbiuis gentium sacro baptismatis lauacro renatorum. Hac enim natiuitate sola, filii dei dicuntur omnes.

¶ Confutatio.

**T** Cōmentariis suis Iacobus hęc Aplī verba: Scimus quoniā diligētibus deū omnia cooperatur in bonū, his qui secundū propositū vocati sunt sancti. &c. illustrare volēs: primo percōtatur sese dicens, Quomodo Christus est primogenit⁹ inter multos fratres: & sibi ipsi dās respōsum ait: Id sane intelligēdū est: tres esse natiuitates. Prima est carnis, secūda spiritus, tertiā immortalitatis. Prima fit cum quisq; nascitur in mūdo. Secūda in baptismo. & Tertiā in resurrectione nouissima. quę & pulchra mihi visa sunt, & nullaten⁹ a traditione theologica abhorrere. At qđ huic iacto fundamēto supēdificauit Iacobus: nō ita recipio. Mox etenim adiicit dicens: Prima natiuitate id est tēporali natus est Christus in iustitia originali: & reliqua oīa q; huc in iudiciū vocauimus. in qbus suo singulari more, non vnū solū, sed multa tradit: in qbus cū sint arbitraria qđā, & nulla scriptura aut sanctorū auctoritate vel ratione firmata: alia plane erronea: nō immerito veniūt ad limā p̄trahēda. Mirādū est in primis vnde Iacobus habuerit, Christū dominū in originali iustitia tēporali natiuitate fuisse natū: qđ est cū illa felici qualitate, quā homini primo de⁹ est misericorditer largitus p̄ innocētis statu: & quā si p̄uaricatione nō perdidisset: neq; miserias, neq; mortē fuisset aliqñ expertus. Pro cōi certe omnium sanctorū decreto, iustitię illius primarię donū ex dei erat cōcessione liberalissima: vt q; illā haberet, nulli illarū molestiarū ac passionū subiaceret, q; brutis & hoibus p̄ admissū p̄ctm̄ cōes sunt factę. Famescit, sitit, friget, exētuat, lassitudine & violentiis innumeris angit, & moritur tadē sensibilis oīs hoc in mundo viuēs creatura. moritur & homo, cōsimilibusq; exercetur miseris, quę potest mens excogitare. Homo (ait p̄ regē Dauid spirit⁹ dei) cū in honore esset nō intellexit: cōparatus est iumētis in sp̄ietib⁹: & similis factus est illis. Cū itaq; sua bonitate p̄ nobis dei filius miserias oēs p̄ter peccatū (sicut Hebręis testat Apl̄s: dicens eū tēratū fuisse p̄ oīa p̄ similitudine absq; peccato) subierit: quas nequaq; primęq; illius iustitię ratio patiebatur: Arbitrariū omnino est & temere assertum quod hic docet Iacobus, dicens Christum in originali iustitia fuisse natum. Neq; colligi ex eo istud valet: q; vires omnes sensitiuę seu inferiores in ipso semper rationi obtemperauerunt: neq; potuit motus in eius anima quoquo pacto esse ipsam p̄ueniens rationem, aut iustitię difformis. nempe omnium largitor gratiarum & donorum Deus suam (vt dicitur) nō alligauit sacramentis potestatem.

Psal. xlviii.

Ca. iiii.

X

Potiora sine comparatione cęlestium diuitiarum munera Christi animę in sui collata fuerunt creatione, illa originali iustitia: Dū etiā modo in cęlis regnans, & in omnibus abyssis: non pluribus eadē benedicta anima fulget aut decoratur virtutū donis, q; fuerit decorata in sui creationis puncto. corpus vero non est per ipsam originis iustitiā in feliciorē sortē immutatū, sed per alias glorię dotes. Itidem & de sancta virgine matre dicimus: q; videlicet illa originali iustitia nunq; donata fuit. Semel quippe data ea fuisse creditur lege: vt nō nisi irrecuperabiliter perdenda foret. Donis autē melioribus sacra virginis anima ab originali peccato fuit p̄seruata, & seruata in perpetua innocentia. Non enim iustitia illa animā formaliter deo gratā faciebat: hoc soli charitati cōpetit. **Q** si Iacobus aut quispiā illius fauens dogmatis, nōdum p̄scriptis putet cedendū: sed cōtendat Christum & eius benedictam genitricē iccirco originalem illā habuisse iustitiā, q; nullum vnq; admiserunt peccatum: quod propriū erat illius status innocētis: respōsum accipiant. Esto illi primo statui cōpeteret nullū admittere peccatū: nō tamē soli: hoc enim maxime ordini cōuenit beatorū. At cum ex Genesis litera sit certum de illius iustitię ratione fuisse, vt eā habētes nudī essent: nullaq; scient membra pudenda: ex euāgelio itidē certum habetur, in Christo & eius sancta matre huius generis nō fuisse priuilegium: cū in illis miseris peccatoribus similes omnino eos esse diuina voluit p̄ouidentia: relinquunt manifestum ipsos non huiusmodi munere diuino (sed melioribus) fuisse donatos, q; illud redemptionis dispēsationi nequaq; congrueret. Viderit hanc ob rem Iacobus, vnde habuerit, qđ mūdum totum hic docere p̄sumpsit. Subinde appendēdū quod secutus adiūxit Iacobus, dicens Christum secundā natiuitate, quę est spiritus regeneratio, natum fuisse in Iordane: & q; secundū hanc primogenitus est inter multos fratres, primus omnium in spiritu sancto regeneratorum. Quando hominē baptismi Christi lauacro regenerari, seu deo secundū spiritum nasci: aliud nō sit, q; spiritū sanctū per sua dona recipere, & (peccato originali deletō) Christi corporis mēbrum fieri, & de irę filiorū turba transire in numerū filiorū dei: sicuti docet Apostolus dicens Galatis: Quicumq; in Christo baptizati estis, Christum induistis. & Colossensibus. Galat. iiii. In Christo (inqt) circūcisi estis circuncisione nō manufacta in expoliatione Colo. c. ii. corporis carnis: sed in circuncisione Christi consepulti ei in baptismo. Hinc & Ioānes Baptista Iudęis de Christo loquēs dicebat. Ipse vos baptizabit in spiritu sancto, & igni. Et Christus ipse: Nisi (inqt) quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto: nō potest introire in regnū dei. Nihil autē istorum in Iordane Christus dñs suscepit: etiā secundum assumptā nostrā naturā. Neq; em̄ spiritū sanctum tunc per sua recepit dona, neq; caput sui corporis, quod est ecclesia, esse cępit, aut recēs quoduis a benedicta trinitate beneficium accepit: cui (secundum formā serui dico) in sui creationis momento spiritus nō ad mensurā datus est: de cuius plenitudine nos omnes (ceu a capite influentiam recipiunt membra) accepimus. Horrēda profecto impietas est dicere: Christum dominū tunc fuisse spiritu regeneratum. Ceterum hoc Iacobo de mus quod (licet erronee) astruit: Christum videlicet ab Ioanne, nō Ioānis A

Y

Z

Matth. iiii.

Ioan. iiii.

Colos. i.

Ioā. i.

Ioā. iiii.

A

sed suo lauacro fuisse baptizatum . quia dicit, q̄ ipsum Christum in spiritu sancto & veritate Ioannes baptizauit. Ioannis autē baptisma (ait Iacobus) in aqua, in figura & symbolo veri, id est Christi, erat baptismi. Quid inde fieri nisi blasphemias vides & absurditates? Ex hoc naq̄: Ioannes Christi baptismo eundē in spiritu sancto & veritate baptizauit: per Apostoli p̄missa verba probe colligitur istud: Christus nouiter tunc Christum induit, caput ecclesie cepit esse: primoq̄ spiritū sanctum recepit. quæ omnia plane sunt hæretica. Præterea nullatenus admittit fidei ius, q̄ ab Ioanne, nō Ioānis, sed suo ipsi⁹ fuerit lauacro baptizatus. Alioq̄n baptismi Christi (q̄ p̄ Iacobū res & veritas baptismi Ioannis erat) Ioannē ministrū cōstituisse: cum ille huiusmodi baptismate Christi in aqua (cum dixerit, Ego debeo a te baptizari: & tu venis ad me) nō fuit vnq̄ baptizatus: sed solūmodo baptismo flaminis, quod in eo celebratū diuinitus extitit, quādo ad Christi nouiter incarnati p̄sentia exultauit ipse infans in matris vtero. sicut ipsa spiritu sancto repleta voce magna exclamauit, dicens Christiferę virgini. Et ecce vt facta est vox salutationis tuę in auribus meis: exultauit in gaudio infans in vtero meo. Tunc quippe ab originali noxa Ioannes ablutus est: & sic baptismo (de quo Ap̄lis dixit dñs: Vos autem baptizabimini spiritu sancto non post multos hos dies) & baptizatus & sanctificatus est priusq̄ natus. Vnde neq̄ hoc apud ecclesie sanctos doctores, q̄ scilicet Christus suo proprio ab Ioāne fuerit lauacro baptizatus, didicit Iacobus: sed in Ioāne Damasceno graeco scriptore cōperit. At quis alioquin ecclesie utilis fuerit: tñ nō sequitur illud ecclesia hac in assertionē: quæ admodū nec in pluribus aliis quæ minus recte scripsit: sicut alibi nos dudum docuisse, nō incertis argumentis meminimus. Augustinus autem in Enchiridii rem hanc paucis absolvens: Peccatum (inquit) quod scilicet vniuerso dominatur generi, originale nō soluitur ac diluitur, nisi per vnū mediatorē dei & hominū hominem Christum Iesum: qui solus potuit ita nasci, vt ei opus non esset renasci. Sequitur. Non enim renascebatur qui baptismate Ioannis baptizabantur: a quo scilicet & ipse Christus baptizatus est: & alibi. Quid (ait) profuit, scilicet Christo, q̄ suscepit baptismū serui. s. Ioannis: vt tu nō dedignareris suscipere baptismū domini. & rursum. Non eo (inquit) baptismo Christus baptizatus: quo baptizatus est. & paulo post. In eo dominus humilitatis præbuit exēplū: quia ipse non respuit baptismū serui. Hanc sane Augustini sententiā oēs qui secuti sunt doctores sacri, & theologorū schola vno sunt amplexati animo: vt quæ scripturę & rationi fidei omnibus modis congruat. Nā & Alcuinus doctor non illaudatus indignū haud iudicauit ad verbū vsurpare li. iiii. de trīni. ad Carolū magnū, quę ex Enchiridii libro p̄notata sunt. Ex quibus euidenter quæ hic asseruit Iacobus duo refelluntur. Vnum: q̄ in Iordane Christus renatus est. Alterū q̄ non Ioannis, sed suo baptismo fuit ab Ioanne baptizatus. Est & deinceps id discutiendum quod Faber subiunxit, inquit. Secūdu hanc regenerationē Christus primogenitus est inter multos fratres: primus omnium in spiritu sancto regeneritorum. Ecclesie trāllatio habet in multis fratribus. non tamē hoc sapidum probauit Iacobus: sed quod optimum

Lucę. i.

Actu. i.

Lib. iiii. ca. x.

B

pte operū viii. ca. xlviii. i. Timor. ii. Cap. xlii.

Sup Ioan. trac. iiii. Ibidē trac. xiii.

Cap. xvii.

C

erat facere melius autumans, vertit inter multos fratres. At vide quātū sibi hēreant (etiā ad hominē loquēdo) Iacobi dogmata: præter illa q̄ scripturæ nō cōgruūt. ordinē quippe hic natiuitatū (quas expressit) triū ex tēporis ratione sumpsit. quia videlicet prius tēpore generat homo q̄ secūdu animā regenerat: q̄d fateor theologicę cōsentit rationi. Itidē & antea regeneratur quisq̄ p̄ resurrectionē immortalitati nascatur. Si igit̄ constat hæc Iacobo doctore: quomodo in primis Christus secūdu hanc in Iordane celebratā natiuitatē per sui baptismi susceptionē dūtaxat primogenitus erit inter multos fratres? omnium certe fratrum (si verum Iacobus scripsit) primus suo fuit baptismo baptizatus. Nullos enim Christus priusq̄ eos cathecizaret prædicando & instruendo, baptizasse credendus est: nusq̄ autē docuisse prius legitur, q̄ in Iordane fuerit baptizatus. Primus ergo nouę suę legis (si in quā, quod omnino tamē negamus, baptismo proprio ab Ioanne baptizatus est) suscepit baptismā. Vnde fit vt hac natiuitate secūda, non tm̄ inter plures sit primogenitus: sed & inter omnes. In Apocalypsi enim Ioannes ipsum Christum vocat mortuorum primogenitū: quia omnium primus de morte ad glorię vitam non vltra moriturus surrexit. Si igitur suo præ cunctis baptizatus est lauacro: hac causa inter omnes fratres primogenitus existit. Blasphemia autē plane respirat quod addit: Primus omnium in spiritu sancto regeneritorum. cum quia (ceu aperte monstratum est) nullatenus tunc in spiritu sancto, aut alias vllō tēpore regeneritus est: cum ab instāte creationis animæ eius, idem spiritus sanctus in eo & super eum secūdu gratiarum omnium perfectarum rationē fuerit: ipso per Esaiam testante spiritu, qui ait: Requiescet super eum spiritus domini, spiritus sapientię & intellectus. &c. & quod pro calce dicitur: Et replebit eū spiritus timoris domini: etiā de quolibet ceterorū venit donorū & gratiarū intelligēdum. Tū quia, vt crebro iam supra monstratū est: iusti omnes quotquot Christi incarnationē præcesserūt a sancta eius matre ad primū omnium vsq̄ patrē Adam: in spiritu sancto regenerati fuerūt. Nec est opus hoc (quod cuiuslibet peritorū solis sit luce clari⁹) verbis iterū explicare. Norūt enim fidei certitudine, nullū vnq̄ remissum fuisse peccatum originale aut aliud quoduis actualē: nisi gratię dono: de qua scribit Apostolus Romanis dicens: Caritas diffusa est in cordibus nostris per spiritū sanctū q̄ datus est nobis. Nihil autē omnino est secūdu spiritū nasci: q̄ mortuo peccato charitatē cū ceteris spū sancti donis accipere. Videat id circo q̄ incaute deludi se p̄misit in his Iacobus, & q̄ docere p̄sumpsit prius q̄ didicisset: vel sero sapere incipiat, ea qua decet humilitate audiens illos, qui non nisi probe comperta aliis docendo tradere nouerūt. Eliditur quoq̄ per præcedentiā quod hac in re vltimū annotatū est: scilicet q̄ secūdu hanc natiuitatē spirit⁹ hoc est regenerationē quę in Christi celebratur baptismō, ipse frater dicitur regentię virginis matris, apostolorū, discipulorū, & omnium vbiuis gentiū sacro baptismatis lauacro renatorum: quia (inquit Iacobus) hac sola natiuitate filii dei dicuntur omnes. Quādo em̄ i fidei lumine claret, q̄ Christus dñs nullo vnq̄ tēpore secūdu spiritū regeneratus est, hac regeneratione regeneratoꝝ neq̄ frater dici valet. Dein i fide eadē erroneū penit?

Cap. i.

Cap. xi.

Ca. iiii.

E

Natalis Beda In Iacobi Fabri Commentarios

est: vocare sanctā virginē Mariā Dei matrē; regenitā. Nemo em̄ regeneratur hac secūdū spīritū natiuitate: nisi dū a peccato p̄ spīritus sancti dona charitatē, fidē, spem, & alia liberatur: & (vt̄ superius dictū est) de diaboli mēbro aut irē filio: Dei cōstituitur filius, & corporis Christi mēbrū. Hęc autē sanctę dei genitrici haud cōpetere potuerūt aliquādo. siquē illa peccatū nō nouit: peccato nūq̄ serua fuit. Nūq̄ igitur ab illo liberata est p̄ regenerationē: quia a peccato specialī dei priuilegio in cōceptione p̄seruata fuit. Pręter ea (nisi fallor) iuste satis cōfutatū est qđ p̄ dictorū causa Iacobus assumpsit: videlicet qđ sola natiuitate secūda (quę .s. in Christi baptismo p̄ aquā & spīritū sanctū fieri noscitur) filii dei oēs efficiūtur. Filii dei certe fuerūt Abel, Seth, Enoch, Enos, Noe, ceteriq̄ iusti oēs: qui tā ante legē scriptā extiterūt, q̄ sub ea ad incarnationē vsq̄. Porro secūdū spīritū regenerati fuerūt: quicq̄ ab originali peccato, vel circūcisione vel aliis ad hoc diuino edicto statutis remediis vnq̄ acceperunt curam. Falsum idcirco manifeste patet esse, qđ solo Christi renati baptismo filii sint dei. Nā oēs Christi cohęredes, filios dei esse oportet: cuius generis fuisse cūctos, quos de sinu Abrahę deuicta morte leo de tribu Iuda eduxit, & celos ascendēs secū introduxit in regnū patris sui: Psal. lxxvii. & Eph. iiii. fideliiū eruditorū; ambigūt nemo. Non est autē p̄sentis muneris vt̄ causas primogeniturę Christi hic expēdamus: quę in doctoribus late patēt. Dicere vero ip̄m secūdū tēporalē natiuitatē, id est humanitatis in qua tēporaliter natus est assumptionē, nō dici fratrem, sed Adę filiū. & c. nō modo doctorū omniiū & scripturę intētionī dissenteū est, sed & sese interimit. Nepe sequitur eui dēter: secūdū tēporalē natiuitatē Christus est Adam filius: frater est igitur oīm Euę filiorū. in se em̄ notū est ex terminis vniuersos vnius parētis filios, fratres esse. & hoc quidē genere. Natura autē & eiusdē hominis primi frater est Christus. siquē homines natura fratres sunt. Nec obstat qđ maiores solent homines oēs quātūvis cognatione, gente, affectu vel professione discrepent, filios vocitare: ceu pater ipse Abraham reprobū diuītē in inferno sepul tum cōpellauit, dicēs: Fili recordare quia recepisti bona. & c. Qui nāq̄ pater est etate: & humanitatis iure frater esse non dubitatur. Vno igitur nomine omniiū electorū qui sub eius euāgelica lege fuerūt, sunt, & erūt, frater vocatur: sicut in eius persona dixit Dauid. Narrabo nomē tuū fratribus meis. & alio Apostolorū & discipulorū eius: vt̄ ipse Marię Magdalene, Vade (inqt) & dic fratribus meis. & c. Et rursus alio iure omniiū Iudeorū fratrem se dici voluit: quos fratres vocauit dicēs in Mattheo Iudeis. Omnes autē vos fratres estis. Ita & naturę humanę cōmunionē seu participiō, vniuersorum hominum frater est.

¶ Propositio. LVIII.

Cap. ix. In deo velle & nolle absolute coincidūt: quare & electio & nō electio, sciētia & nesciētia.

¶ Confutatio.

H Cū in pietatis eruditī disciplina fide teneant indubiā, nihil in deo esse absolute posse: quia (dicēte Augustino) aliud nō est ipse, & aliud qđ habet, & qđ est: aliter debebat Iacobus exponere qđ dicit, in deo velle & nolle coincidunt. & c. Nempe locutione propria & absoluta, in deo nulla sunt aut esse possunt: sed quicquid vere de deo dicitur, Deus est: qui de se dixit per Mala

chiam: Ego sum deus: & nō mutor. Quomodo ergo plura coincidunt in eo? Quando autē scriptura sacra sparsim per diuinos libros (vt̄ idē ait Augustinus) mor̄ in deū animę irā, furorē, obliuionē, recordationē, sciētia, nesciētia describit: figurā illa accipi necesse est, & nō absolute aut pprie. At oīa eiūsmodi, figura qua symbolice vel similitudine de deo dicūtur: oppositas prorsus rationes habēt. Siqđ fieri nullatenus potest vt̄ idē secūdū idē velit deus & nolit, sciat & nesciat. De electis em̄ dixit. Ego scio quos elegerim. De reprobis vero: Nescio vos vnde sitis. Recedite a me oēs operarii iniquitatis. & Dauid eadē & qđ breui sentētia: Tribū (infit) Effraim nō elegit, sed elegit tribū Iuda. Nequaquē igitur in eo absolute & locutione ppria coincidere dici debēt velle & nolle, electio & nō electio, sicuti nec sciētia & nesciētia. Per hęc nāq̄ omnia & alia innumera vocabula, si deū aspicias: simplicissima eius designatur natura, quę nō potest cū alio coincidere. Secūdū autē tropū quo de ipso p̄dicatur deo, penitus discrepāt: ceu effectus p̄ hmōi terminos cōplexi, vt̄ Iacob & Esau, hoc est dei filii, & filii diaboli, vel miseria & felicitas. Viderit itaq̄ Iacobus cur (vbi explicādī literas sanctas puincia subierit) tā inexplicite & theologorū formę loq̄ difformiter voluerit. quippe suis ip̄suis verbis, qđ minus recte loquat, palā fit. Ait em̄. Neq̄ aliquā hęc in deo mutationē dicūt: sed i nobis. Velle igit & nolle, electio & nō electio & cetera, vt̄ dixim⁹, in deo minime coincidūt. Effect⁹ vero, id est qđ in creaturis secūdū illa fiūt (vt̄ p̄missum est) extreme dissidēt, nedū nō coincidūt.

¶ Propositio. LIX.

Conuerte te perfecta fide ad deū quicūq̄ peccator sis, eius implorās opem, cognoscēs te p̄ solā ip̄suis volūtate posse saluari: & id, posse in quā saluari, nō esse in tua volūtate, potestate, aut tuis opibus, sed in volūtate, potestate, & bonitate dei. & ipse elegit te, vult te, nouit te: & p̄scitus ac definitus es.

¶ Confutatio.

Per peccatorē quē p̄sentib⁹ cōpellat verbis Iacobus, criminofum, id est mor̄ talibus obnoxiiū culpīs intelligit. Homo em̄ qđ leuibus & quotidianis dūtaxat subdit peccatis, nō est a deo auersus. Alioqn̄ (sicuti iā crebro monstrauimus) nullus hoim̄ (excepta Christifera dña) ad deū vnq̄ conuersus, ei diu adherere potuisset. qñ nec beatus ipse Ioānes dilectus discipulus se illis im mune venialibus sentiebat: sed plane fatebat nullū illis saltē diu carere posse, dū ait: Si dixerimus qđ peccatū nō habemus: ip̄s nos seducimus: & veritas in nobis nō est. Hinc & Augustin⁹. Nullus (inqt) sanct⁹ caret peccato: nec tñ ex hoc definit esse iustus, cū affectu teneat sanctitatē. & istud in superiorib⁹ nō semel iam cōprobatū est. Dicēs igitur Iacobus: quicūq̄ peccator sis cōuerte te. & c. flagitiis aut facinoribus detētū alloquit: quēadmodū & dñs dicēs: Non em̄ veni vocare iustos: sed peccatores ad p̄nitētia. At quonā pacto cōueniāt secū Iacobi assertiones? Atqui sup̄ius p̄positione. xvi. asseruerat dicēs. Ex fide iustificamur. & c. sine opibus. & sequēti. xvii. Paulus, inq̄ primas & vicinas partes ad iustificationē dat fidei. Decima vero octaua ita habet. Viuā fidem iustificatio sequitur: vt̄ oculū sanū ad solem cōuersum illuminatio. Ex his autē cōstat: iustū & nequaquē criminofum esse quēcūq̄, qui

Cap. iiii.

vbi supra.

Ioā. xiii.

Luc. xiii.

Psa. lxxvii.

I

K

i. Ioā. i.

Li. de eccle

się dog. ca.

lxxxvi. pre

operū. x.

Matth. ix.

& Luc. y.

fidē habeat viuā. quod nimirū ceu verissimū dogma, acceptat omnis theolo-  
 L gorū schola. Ceterū nō admittūt quod hic criminofum exhortans Iacobus  
 dicit: Quicūq; peccator sis: cōuerte te perfecta fide ad deū. Porro idē pro-  
 fus est viua fides pro principiis Iacobi: & perfecta fides. Qui autē viua fide  
 donatus est seu perfecta: indubie iustus est, sanctificatus est, conuersusq; ad  
 deū, haud auersus eiusmodi. Propterea verō minime dicēdū fuit: cōuerte te.  
 &c. sed vt viā iustitię pergeret: de virtute in virtutē p̄ficiēs. Quod vero adie-  
 cit: scilicet, posse saluari nō est in hominis volūtate, potestate, aut eius operi-  
 bus: plane hereticū est & perniciosissime scriptū. Nec mirum si hēresiarcha  
 perniciosissimus Luther similia mūdo p̄dicauit: qui Iacobū Fabrū in hoc  
 (vt in aliis nō paucis) potest habuisse, si tēpus attēdas, p̄ceptorem. Quo  
 autē in primis ad hominē & hic loquamur: ratione eū tali vrgemus. Posse  
 saluari (te assertore) non est in hominis voluntate, potestate, aut eius ope-  
 ribus. neq; igitur in eiusdem est voluntate, potestate, aut operibus, vt a pec-  
 catorū sordibus surgēs ad iustitię pulchritudinē emergat. Est dubio pro-  
 cul cōsecutio hęc in fide nota: cū nō aliud sit, a delictis resurgere, & iustitiā  
 seu gratiā & q̄ cōsequūtur assequi dona, q̄ saluari aut salutis viā tenere. quē  
 Luc. xix. admodū de Zachęo & ei⁹ domo testificatus est dñs dicēs: Hodie salus huic  
 domui facta est: quia scilicet a peccatis & iniquitate ad gratiā resurrexerat.  
 Vnde & in criminibus velut deo mortuū iacētēs: vehemēti voce pulsantur  
 per Ap̄m a dño, dū dicitur: Surge qui dormis, & exurge a mortuis. Aliaq;  
 Ephes. v. sunt in hęc sententiā in diuinis literis permulta. Certū itaq; relinquitur, q̄  
 M hominē a peccato mūdari & innocētię restitui: est ipsum saluari. At si hoc  
 haud sit in hominis volūtate, potestate, & operib⁹: neq; q̄ ipsum monet Iacobus  
 dicēs: Cōuerte te perfecta fide ad deū. Etenī si hoc in hominis volūta-  
 te, potestate, ac opibus collocatū nō est: recte peccator monēti Iacobo respō-  
 dere posset, ac dicere: Me frustra hortaris vt mea exofus peccata ad deū cō-  
 uertā me perfecta fide, cum asseris hoc in mea nō esse volūtate & potestate.  
 Age q̄s nō demiretur, apud Iacobū ita demonis valuisse paralogismos: vt  
 (quod & in superioribus cōmemoratū est) purioris cultus fuco ficteq; pal-  
 lio humilitatis, p̄suasum habuerit i humanę salutis causa nihil hominē pos-  
 se: q̄ opibus illius nihil diuina iustitia debere queat: q̄ gratis gratiā & glo-  
 riā det deus. Quę dubio p̄ oculis hominibus natura ad bonū pigris, alioq; n̄  
 p̄remiorū & lucri p̄prio genio cupidissimis inculcare: q̄ dispēdiosum fuerit  
 quia iam antehac docuimus, hic nō est repetere opus. Itidem quoniam p̄-  
 clari neq; ii quidē pauci scriptores contra Lutheri velanias agentes, scriptu-  
 ras & sacrorum dicta doctōrū copiose produxerūt, liberi stabiliētes arbitrii  
 rationē (quā pro viribus quo ad bonū eneuem, sophismatibus monstrare  
 cōtēdebat) humanorūq; operū efficaciam, de qua p̄ nos quoq; supra nonnulla  
 quę sufficere negotio sumus arbitrati, fuere p̄posita: nō putamus hęc ob rē  
 hic necessarium vela rursus expandere in huius assertionis cōfutationem,  
 scilicet q̄ posse saluari nō est in hois volūtate, potestate, aut opib⁹. Sat esse  
 N crediderim cōsiderare, q̄ sit notū, & i morali p̄hā & sacra theologia: liberū  
 arbitrium suorum actū dominū esse. & quoniā ipse Lutherus hoc inficiari

nō erubuit: illius dogma iudicio collegii theologorū Parisien. vt Manichēū  
 & hereticū dānatū est. Dicere vero q̄ in hominis volūtate atq; potestate sit  
 mala opera facere, sed nō iusta: q̄ id excluso deī cōcursu & auxilio nequeat:  
 contra omnē hoc est experiētiā, nedū scripturis manifeste aduersum: quā  
 hominē recte agere iubent, & prohibēt ne scelerate operetur. qđ foret omni-  
 no ridiculum (vt docēt sancti Augustinus, & omnes ceteri doctores) si in  
 hominis non esset collocatū voluntate & potestate: studiose si liberet opera-  
 ri. Non est p̄terea tā stupidus qui non in se experiatur, q̄ quādoquēq; vult,  
 iusta & honesta amplectitur. Diuinū enim ad hoc auxiliū nō modo cuiūq;  
 p̄esto semper adest: sed & omnem p̄ueniēdo hominē inuitat deī bonitas.  
 Ego (inquit) sto ad ostium & pulso. &c. Quid est, precor, Saluari nō est in  
 volūtate hominis aut potestate: & tamē deus obligat hominē vt sese saluet:  
 i p̄so per Apostolū Philippensibus dicente: Cum metu & tremore vestrā sa-  
 lutem operamini: q̄ dicere, Deū ad impossibile hominē ligare: quod qui sen-  
 tit: anathema est. Hoc quippe in negotio miserabiliter hallucinatur Iacob⁹  
 existimās huic Phariseorum dicto: Quis potest dimittere peccata nisi solus  
 Luc. v. deus? penitus aduersum esse si dicatur homo hominē dimittere peccata. qm̄  
 idē esse videt dimittere peccata hominē, qđ & ipsum saluū facere: quod soli  
 deo cōpetere, ex scripturę modo loquēdi putauit. Ceterū cū in superioribus  
 cōfutatione. s. xiii. fuerit per nos mōstratū, & quidē euidentissime, q̄ vt in scri-  
 pturis deus hoies saluare dicitur, sic etiā homo & fides & opa. Quid possit  
 iuste hic Iacobus obtēdere: viderit. Quod autē vt p̄positū istud corroborare  
 tur, videlicet q̄ posse saluari nō est in hominis voluntate aut potestate vel  
 operibus, subnectit dicens: Deus ipse elegit te, vult te, nouit te, & p̄scitus  
 ac definitus es: quid redolere aliud videtur, nisi q̄ omnia futura de necessita-  
 te accidāt: quasi quodcūq; agat homo aut nō agat, iā de eo latū sit iudiciū:  
 neq; si oīa iustissima operetur, aut quęq; peruersa: illi nihil conferre potest:  
 sed deī sola p̄sciētia & electio. Quo qđē dogmate toties nō solū p̄ ecclesiā,  
 sed per oēs cū fide philosophātes reprobato, quid magis exitiale moribus ē  
 quid amplius omni politię christianę dānosum? Stueo totus ego sane cō-  
 siderās hominē qui inter catholicos nutritus doctores tā facile in eorū po-  
 tuūt legere libris: diuinā p̄sciētiā nihil prorsus rerū cōtingētię & libertati  
 volūtatis obfistere: & tā crebro publicis in disputationib⁹ ac cōcionibus ad  
 populū nodū illū dissolutū audiuit ac aperiri lucidius: orbī etiā nostro quo  
 p̄sumpsit eiusmodi errorū rursus p̄ponere tenebras. Q̄ si resultās dixerit  
 Iacobus: Hoc nūq; in mētē meā ascēdit: de deī p̄sciētiā & cōtingētiā rerū ar-  
 bitriūq; libertate cōsentio catholicis doctoribus. Illi occurrētes respōdem⁹  
 primo nō ita videri multis. Ferūt em̄ (vt audio) nonnulli peritorū: ipm̄ Iaco-  
 bū & q̄ superioribus annis nouo & politiori stilo scripturas tractare cœpe-  
 rūt, aspernatos solida & certa fidei documēta, hanc p̄ vno principiorū absur-  
 ditatē sibi reposuisse. Quid autē rei huius habeat veritas, ipsi viderint. Atta-  
 mē nihil aliud q̄ illū errorē spirare videtur Iacobi cōtextus: quo vult, posse  
 saluari non esse in hominis volūtate, potestate, aut operibus, sed in volūtate  
 deī, potestate, ac bonitate eius. Nempe asserti huius reddens causam subdit.

& ipse elegit te, vult te, nouit te, & præscitus ac prædefinitus es. tanq̄ plane dicat. Vt possit quis saluari: haud in eius situm est voluntate, potestate vel operibus, sed in dei voluntate, potestate, ac bonitate: quia Deus ipse quælibet saluandū elegit, voluit, nouit, præsciuit, ac prædefiniuit. Per hæc loquendi formā quid, quæso, pretendere videtur scriptor: nisi absolute hanc assertionem esse admittendā: Electus a Deo & ad salutē prædefinitus necessario saluabitur. qđ si verū est: non potest nō saluari, siue pietatē amet, colat, & sequatur, siue impietatem: quod dicere impiissimū est. Probe enim iam norūt dialectici, has assertiones haud sibi aduersari, sed simul in veritate stare: Homo iste (Apostolorū princeps, pro tēpore quo in terris Christū sequebatur, secundū intellectū signato) a deo electus est & prædefinitus ad felicitatem nullo sine claudendam: & Petrus saluabitur: Petrus quoq; damnari potest. duę enim primę in fide certitudinē habent, quia dominus dixit. Quos dedi sti mihi, custodiui: & nemo ex eis perit, nisi filius perditionis. Tertia vero in de etiam certissima redditur: quia Petrus sic electus & p̄destinatus admisit, vnde æternū cōmeruit iuste supplicium, ter dñm cū mendacio, sacramēto meo dīo & execrationibus se agnouisse negando. Hoc autem admissio sacrilego crimine nō minus erat liberum Petro, illius nō pœnitere, q̄ Iudę proditori. Et qđ in fide nota sit ista cōnexio: Christus Petro dixit: Tu me negabis. igitur Christum Petrus negabit. illatum nihilominus mere cōtingēs est. Quis enim non sapit: quia Petrus poterat non negare, non peccare, non execrari? Alioquin ad impossibile deus eum obligasset: qui sub æternę mortis interminatione prohibuit illi sicut & omnibus dicēs: Non periurabis, nō falsum testimoniū dices. Hoc autē putare, qđ scilicet post sibi factam a domino relationem Petrus nequibat non negare: & ita ad impossibile tenebatur: desipere est, & aperta blasphemia, ex vitiosa theologię procedēs ignorantia. Nihil enim in hoc efficaciarū habet facta reuelatio: neq; arbitrio quicq; admittit voluntatis. Ex equo siquidē transgressuros omnes nouit deus: illis tamē qđ iustum est indiscriminatim præcipit & mandat, in eorū plene manus ipsorū animas reponens: præuidet tamen quid quisq; sit facturus. Ceterū vt perspicue possit mentis oculis videre Iacobus, qđ pueriliter hic sibi met illudit: aut sculet paulisper sentiens & alios docens credēdum qđ homo per solam dei voluntatem potest saluari: vnde conficit id posse in hominis nō esse voluntate & potestate vel operibus. Aut nomen illud solam, omnia ab ipsa dei voluntate in tali sermone excludit: aut dūtaxat alterius eiusdem rationis causam: quia scilicet ipsa dei voluntas primaria est humanę salutis causa, & p̄ter quā (vtpote a qua ceterę oēs pendēt) nulli esse potest salus. Si secundū admittit Iacobus: inualida prorsus est eius illatio, & eo sensu assumptum verū est. & ita neq; hominis volūtas, neq; potestas, neq; opera iusta, ab eiusdem humanę salutis negotio dissēparatur, sed includuntur veluti necessaria, domino dicente: Nisi pœnitentiā habueritis: omnes simul peribitis. & Si vis ad vitam ingredi: serua mandata. & rursus. Hoc fac, & viues. quasi dicat: saluari minime potes: nisi per mādatorū opera legē obserues. Iam vero notissimū est, pœnitentiā & mādatorū opera, in pœnitentis esse & operantis

Ioā. xvii.

Exodi. xx.

Luc. xiii.  
Matt. xix.  
Luc. xvi.

voluntate ac potestate. Quæ vero nullatenus priore notione vox solā, possit vere capi, vt scilicet tñ dei voluntatē includat assertio, & cetera excludat vniuersa: manifestū inde fit vel tardissimo cuiq; qđ citra Christi passionē & mortē, citra per baptismi lauachrū regenerationē, citra fidem nulli potuit hominū salus esse. Christi autē passio & mors, fides & sacramentū: nō sunt ipsa dei voluntas, sed illius effectus: quæadmodū volūtas hoīs, & potestas, & iusta eius opera. Absolute igitur erroneū cēseri debet & perniciosum hominū moribus, dicere qđ homo per solā dei voluntatē possit saluari: & hoc haud in hominis esse volūtatē, potestatem, & operibus. Hoc quippe sophisma te, in desperationē mergitur qui vitiorum funibus alligantur: & imperfecti demonis per Iacobū & qui cum eo sapiunt astutiūs, infirmiores potius fiūt, qđ prouocentur ad pugnam contra eiusdem demonis, carnis, & mundi contumacias infestationes, insultusq;. Quis, precor, durum aggredi preliū festinat, propriis de viribus diffidens, & vbi audit victorię nullum deberi præmiū: sed quicquid vtilitatis a rege cui militauit consequitur, ex mera illius manat gratia, neq; pugna correspondet q̄libet asperis sudoribus aliqua merces: puto qđ (vt iam me dixisse recordor) hoc agere Iacobus nollēt. Genfenda propterea est hæc illius noua doctrina, in fide & moribus erronea: & Christianæ politiæ haud parum incommoda.

## ¶ Propositio. LX.

Cū dicit Saluator: Nō veni soluere legē: opera docet exactius obseruāda, qđ lex ipsa expressit. Sed cū dicit, adimplere: insinuat opera illa nō esse cōsummationē & cōplemētū: sed seipsum, & iustitiā cōsummatā quā dat: nō quam opera præstant.

## ¶ Confutatio.

Hoc Apostoli verbū, Finis enim legis Christi ad iustitiā omni credēti, agens noster Iacobus: sic ait. Quid aliud dominus significabat, qđ seipsum esse finē, cōplemētū & cōsummationē legis, quādo dicebat. Nolite putare quoniam niam veni soluere legem, aut prophetas: Non veni soluere legem, sed adimplere: Quibus & suo iunxit nutu quod hic annotamus ceu min⁹ rectū: illi si quidem perpetuus mos est, nullius sacrorū ecclesię doctorū vt magisterio. Hinc mirū esse nemini debet, qđ crebro male cōstātia tradit. qđ & præsentī articulo facile est dephendere. Postulamus iccirco eū, nobis dicat: vnde collegit Christū docuisse legis opera exactius esse obseruāda: qđ lex ipsa expressit. Forsan poterat audiri Iacob⁹: si dixisset Christū exactius docuisse opera legis obseruāda, qđ Iudęorū pluralitas (quā in carne apparēs inuenit) Job seruaret. De singulis vero si loqueretur: omnino eū repelleremus, authoritate fulti scripturæ euangelicę. In ea enim de sanctis Zacharia & eius vxore Elizabeth legitur, qđ erant iusti ambo ante deum, incedētes in omnibus mādatis & iustificationibus domini sine querela. Ioseph præterea sanctę dei genitricis vir, & ipsa benedicta in mulierib⁹, quāta putas sedulitate & obediētia oīa legis obseruabāt iussa, monita, simul & cōsilia: Itidem de sanctis suo ordine Symeone: qđ in vlnas suas Christū dñm accepit, eiusq; bñdixit parētibus, etsi nō merito: ordine tñ superior: & Anna pphetissa, quę & digna est habita vt dño testimoniū perhiberet: omni excluso dubio sentiendum



S est: q; scilicet legis opera exactissime seruauerint. Ceterum quia scribit Iacobus: Christum dicendo: Non veni soluere legem: docuisse, opera exactius obseruanda, q; lex ipsa expresserit: Hoc illi tribuere non possumus. Nequaquam enim ab homine possunt exactius legis opera seruari, q; illa expresserit. utpote q; Deuter. vi. aperte populo cui data est, proclamat dicens: Audi Israel: dominus deus tuus vnus est: Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua: eruntq; verba hec quae ego praecipio tibi in corde tuo. &c. Quid hac expressione vehementius? q; tum sane vult eiusdem legislator deus eam obseruari, plane significat, neq; id quidem semel, exprimitq; etiam sub omnium intentione poenarum. Quid enim expressius dici potest (quo homini constet indubie, deum etiam legis ipsius ceremonialia exactissime velle vt ad punctum vsq; obseruetur) eo sermone: quo etiam ante datam legem ad charissimum patriarcham Abraham dixit. Masculus cuius praepitum caro circumcisa non fuerit: delebitur anima illa de populo suo, quia pactum meum irritum fecit. Simili quoque interminatione, lege de comedendo paschali agno data: per quam omnis loci, temporis, materiae, qualitatum, ac omnium ceremonialium exactissime declarauit circumstantias dominus. quarum haec vna erat, vt fermentum diebus festi azimorum non inueniretur in domibus Iudeorum. Adiecit legislator deus, & dixit. Septem diebus fermentatum non inuenietur in domibus vestris. sequitur. Qui comederit fermentatum: peribit anima eius de caetero Israel, tam de aduenis, q; de indigenis terra. Et iterum. Custodies huiusmodi cultum statuto tempore a diebus in dies. Iudicia deus etiam populo suo praescribens variis legis ipsius libris, illa exactissime obseruanda claris & repetitis sepius exprimit sermonibus. Moralia vero praecipua, de quibus putandus est Iacobus hic loqui: tam crebro lex exprimit, praecipiens vt ab omnibus inuiolabiliter seruetur: vt fere per singula capita legatur diuinum ad hoc mandatum. vnde loco vno ita habes. Videte & pupillo non nocebitis. si leseritis eos, vociferabitur ad me, & ego audiam clamorem eorum, & indignabitur furor meus, percutiamq; vos gladio. &c. A vero igitur omnino alienum est, Christum dicendo, Non veni soluere legem: docuisse legis opera obseruanda esse exactius, q; lex ipsa expresserit. Porro dicere, quolibet diuinam aliam legem exactius obseruari oportere, q; exprimat illa: error est ad desperationem homines trahens, & vnde nihil frugis oriri queat: sed solum scrupulos animarum quieti aduersos id gignit. Quod autem in litera sequitur, videlicet, q; Christus dicens: Sed adimplere (supplendum) veni legem: insinuat opera consummationem non esse aut complementum: sed seipsum & iustitiam consummatam quam dat: non quam opera praestant: iam in superioribus quantum opus est, reor esse confutatum. Compertum est enim eruditio cuique, legum omnium iustarum finem proximum id esse, vt illi quibus dantur a malo declinent & faciant bonum. Ad hoc enim studet omnis legislator, etiam pure humanus: vt bonos efficiat suis legibus ciues, & omnes quibus praest. quanto magis istud est de diuinis sentiendum: quantum proximus finis est, vt homines per virtutum opera dei promissionibus fiat digni. Sunt proinde iusta opera immediate questus finis cuiusque legis. Neque hoc inficiari potest Iacobus, nisi & Apostolum, & in Aplo etiam neget Christum: qui per eundem dicit:

Qui diligit proximum, legem impleuit. Nam non adulterabis, non occides, non furaberis, & si quod est aliud mandatum: In hoc verbo instauratur: dilige proximum tuum sicut teipsum. & alibi: Omnis lex in vno sermone impletur: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Ecce legis consummationem & complementum, opera esse: plane tradit Aplos. Quibus absit vt aduersetur quod Romanis fuisse scriptum modo commemoratum est: scilicet: Finis legis Christus ad iustitiam omni crediti. Cohærent siquidem hæc amicissime sibi, q; discere prius debuerat Iacobus: q; talium sese praestare censor. Perperam igitur alterum ab altero perimi scripsit. Quod absurde vero deliret, existimans aliam esse iustitiam quam opera praestant, ab ea quam dat Deus: in superioribus euidenter monstratum est. Iustitiam certe operum (quæ Deo grata sunt) dat Deus: quæ aliud esse nequit nisi ipsamet virtutum opera, vel fidei, spei, & charitatis collatum a bonorum omnium retributore Deo augmentum: aut noua charitatis infusio. Opera ite ipsa iusta, Dei dona iccirco dicuntur esse: quia dei misericordia mouente & cooperante illa agit fide illustratus homo. Ignorater itaque tentat diuidere Iacobus, quæ eadem omnino existunt. Ab eodem insuper errorum fonte scatet: quod ad verba quæ refellimus adiecit dicens. Legis est iustitia, quæ ex operibus comparatur. Sed hanc si ad Dei iustitiam compares, quæ per fidem Christi iustis datur: tenebras luci comparas. Si profecto rogaretur Iacobus, ediceret quænam res est legis iustitia, quæ dicitur ex operibus comparari: eum obmutescere penitus oporteret, aut quæ mente versat somnia sine sensu effundere. Si ite postulet eum quispiam edisserere, quid sibi velit quod dicit Dei esse iustitiam quæ per fidem Christi iustis datur: Cum pugnare secum palam videatur hæc illius verba: nempe, Nemo iustus est, nisi qui in se iustitiam habet. Qualiter ergo iam iustos esse dicit: quibus data est illa Dei (quæ suo arbitrio fabricat) iustitia: nihil profecto hic fingimus: illum suis tenemus verbis. Si inquit iustitiam quæ comparatur operibus, ad Dei iustitiam quæ per fidem Christi iustis datur. &c. Iustitia ergo iusto datur. At priusque detur: vnde de habet vt iustus sit: dicat precamur quæ res est hæc Dei iustitia: & quæ item sit res quam per opera vult comparari. Hæc omnia (vt diximus) mera sunt deliramenta, & confusio, ab Iacobo & alio quocumque inexplicabilis. In superioribus autem clare satis putamus de huiusmodi materia nos disputasse: & attribuisse per iustitiam leges, quod cuiuslibet sit iustitiae debitum.

## ¶ Propositio. LXI.

Moyse habet in Leuitico: Ego dominus Deus vester, custodite leges meas atque iudicia: quæ faciunt homo viuere in eis, sed aliud est viuere in eis, viuere legi, & viuere Deo. Patres enim, antequam Christus venisset, viuebant in eis, viuebant legi. At cum Christus venit, & eos e tenebris (in quibus vita legis viuebant) abstraxit: inceperunt Deo viuere.

## ¶ Confutatio.

Romanis ad Christi nouam conuersis legem scribens Apostolus, de illis Hebraeis qui Moyse legem carnaliter solum intelligebant, Christum in ipsa promissum recipere nolentes: ita ait. Testimonium illis perhibeo, quod æmulationem quidam Dei habent, sed non secundum scientiam. Ignorantes enim iustitiam Dei,

& suam querentes statuere: iustitiæ Dei non sunt subiecti. & paulo po stidi-  
 citur. Moyses enim scripsit: Quoniam iustitiã quæ ex lege est qui fecerit ho-  
 mo, uiuet in ea. Quæ autem ex fide est iustitiã &c. Quorum causa uerborum  
 Apostoli, Iacobus in cõmentario quod annotauim⁹ hic literis mãdauit. ad-  
 mitti autẽ fortassis poterat quod ait: Aliud est uiuere in eis, uiuere legi, &  
 uiuere Deo: si explicando quæ prætedat ultra nõ processisset. Quando uero  
 pergit suã aperiens intelligentiã & dicens. Patres enim anteq̃ uenisset Chri-  
 stus: uiuebant in eis, uiuebãt legi &c. Omnem semouit (quæ potuisset ex æ-  
 quiuoco nasci) ambiguitatem, aperte referens errorem illum, quẽ in superio-  
 ribus & confutatione propositionis. xv. potissimum, iustis sanctorũ & scri-  
 pturæ testimoniis, ac non inutilibus reor me elisisse argumētis. Illic enim &  
 alias non semel mōstratum est, patres sanctos ab iusto Abel ad Christũ usq̃  
 sub libertate dei secundum eius uixisse mandata: nõ gementes sub lege, aut  
 ex tristitia operantes sicut serui, sed ut filii nõ degeneres, ex amore Deo sunt  
 famulati. **Q**z si resulter quispiam, de Baptista Ioanne respondeat. illo qui p-  
 pe inter natos mulierum non surrexit maior: neq̃ Petrus, neq̃ Paulus, neq̃  
 aliorum quisq̃. In lege tamen per Moysen data uixit: non secundum euan-  
 gelicam. Si autem Iacob⁹ dicēs sanctos illos patres, hoc est electos omnes  
 quos in Abrahæ sinu illuc secundũ animam Christus descendēs inuenit, ubi  
 de inferno fecit paradysum (ceu latroni sancto prædixit: Hodie mecum eris  
 in paradiso) ex tunc Deo primum incepisse uiuere: Idem ipsum uelit & de  
 sanctis Apostolis ac discipulis domini eorumq̃ successoribus intelligendũ;  
 uidelicet q̃ Deo cœperunt uiuere primum, cum eorũ anima in beatorũ spi-  
 rituum sine fine fœliciter uictura cõsortium admissa est: quæstionem de no-  
 mine uideretur Iacobus sequi, qua scilicet definirẽt nullum q̃tumlibet san-  
 ctum, sed neq̃ sanctam Dei parentem dici debere uiuere Deo: dum in uita  
 adhuc mortali detinetur. Nec aliud esset illi super hac loquendi forma di-  
 cendũ: nisi q̃ arbitrarium penitus istud esset, & hominis citra scripturæ, aut  
 sacrorum doctorũ authoritatem, inuentum. Neq̃ enim illi ad hunc scopum  
 suffragatur: quod de Christo scripsit Apostolus dicens: **Q**z enim mortuus  
 est, mortuus est semel. **Q**z autem uiuit, uiuit Deo. Tum quia ire inficias nõ  
 præsumeret Iacobus, quin etiam in carne mortali adhuc uiuens ipse Chri-  
 stus, Deo uiueret. Viatorem ergo hominem Deo uiuere, a uero non abhor-  
 ret. Tũ q̃ diuinarum testimoniõ literarum Deo uiuere dicuntur omnes: qui  
 in omni sua operatione & uoto Dei quærunt gloriam, eius mandatis omni  
 studio parentes. Quin & omnes electos ad gloriã, necesse est ante mortem  
 Deo uiuere. quod ita pateat. Principio idem Apostolus Corinthiis secunda  
 loquens epistola: Christus (inquit) pro omnibus mortuus est, ut & qui ui-  
 uunt, iam non sibi uiuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est & resurrexit. Hoc  
 unum Apostoli uerbũ: plane quod asserimus testatur. Porro qui pro omni-  
 bus mortuum tradidit Christum: prædestinatos ab Adam omnium parẽte ad  
 ultimum usq̃ futurum singulos cõplectitur. Neq̃ cauillari quis hic ualet  
 iuste, dicens Beatum Paulum hoc solum uiuentibus sub euãgelio, & de eis  
 scripsisse. Siquidem eadem prorsus ratio militat pro iustis qui ante Christũ

vixerũt. pro eis enim eque mortuus est & resurrexit, atq̃ pro electis sub no-  
 uo testamẽto. illisq̃ uerissime dici poterat: Christ⁹ pro uobis moritur⁹ est,  
 & resurget. ut qui uiuitis & uita nature & per Dei gratiam, futuriq̃ illius  
 mediatoris fidem: nõ uobis, sed illi uiuatis. Illi proculdubio quis uiuit, quẽ  
 pro Deo colit, quẽ super omnia diligit, in quẽ se & sua omnia uelut in finẽ  
 collocat & ordinat. Vnde perspicuũ euadit, reprobos duntaxat sibi uiuere:  
 Deo autem uiueros cœlestis regni ciues, & hæredes quidẽ Dei, cohære-  
 des autẽ Christi. quod Apforũ princeps cõprobat dum ait: Peccata nostra  
 ipse pertulit in corpore suo super lignum: ut peccatis mortui iustitiæ uiua-  
 mus. sed & Paulus euidenter quod dicim⁹ protestatur: Nemo inquit sibi ui-  
 uit, & nemo sibi moritur: siue enim uiuim⁹, domino uiuimus: siue morimur,  
 domino morimur. siue ergo uiuimus siue morimur, domini sumus. In hoc  
 enim Christus mortuus est & resurrexit: ut & uiuorũ & mortuorũ domine-  
 tur. Hæc expedit Iacob⁹, & noscat q̃ extranea sunt scripturisq̃ distantanea  
 quæ scripsit, dicens q̃ Deo nõ uixerunt Christi sanctissimi patres, quos in  
 Abrahæ sinu uisitans beatificauit, siue q̃ diu adhuc in corpore erant, siue se-  
 cundum spiritũ in eodẽ Abrahæ sinu, suorũ operum gloriosam præstolan-  
 tes mercedẽ. Longe dubio procul iustius dici posse uiderent sibi uiuere, dũ  
 laborũ (quos pro Dei amore cũ innumeris sudoribus in ærũnosa hac mor-  
 talitate sustinuerunt) fructus colligunt, eisq̃ fruuntur in gloria: q̃ dum in  
 angustiis timore & tremore Deo soli seruibant, & nõ sibi, nisi in ordine ad  
 huiusmodi speratũ præmiũ. & hoc quidẽ rationis lumini conformi⁹ multo  
 uideretur. Verissimũ tamẽ & catholicum esse nullus fidelium peritorũ du-  
 bitat: quin & certates & regnantes Deo uixerint, quotquot præcesserunt a  
 sæculo prædestinati: cũ in Dei gloriã (ut dixim⁹) se & sua ordinarint: sese  
 uidelicet & omnia in deo & propter ipsum diligentes. Plane igitur errat Ia-  
 cobus, putans huiusmodi sanctos patriarchas & prophetas, cæterosq̃ Deo  
 charissimos fideles, quos elegit & saluauit sibi dextera eius, priusq̃ dei filii⁹  
 in carnẽ uenisset: ignorasse Dei iustitiã, & suam uoluisse statuere: & ita Dei  
 iustitiæ subiectos non fuisse: solumq̃ iustitiã quæ ex lege est fecisse. **Q**z si il-  
 le cõtendat non hæc omnia de huiusmodi iustis patribus se uelle loqui, sed  
 solum q̃ iustitiã ipsi q̃ ex lege est tantũ fecerunt, & proinde legi eos uixit  
 se dicit &c. planus Beati Pauli cõtextus in faciẽ resistit ei, quo (ut ex litera  
 euidentius constat) de eisdẽ uniuersa hæc loquitur Ap̃s ipse, & quidem o-  
 mnia quæ præmissimus, cõsequuntur istud quod est, iustitiã quæ ex lege est  
 ipsos patres duntaxat fecisse. Nã aliud non est istud, nisi eo fine per exteriora  
 facta ipsos seruasse mãdata legis: ut tẽporalem quã lex ipsa irrogabat præ-  
 uaricantibus euaderet pœnã, & assequeretur quæ promittebat carnalia bo-  
 na. quod de eisdẽ sentire patribus impiũ esse, in superioribus aperte mōstra-  
 tum est. Nepe & ex sua litera Ap̃s hic luculenter satis innuit: q̃ de peruer-  
 sis tantũ loquatur Iudæis, qui suo adhuc tẽpore arroganter pro prioris le-  
 gis seruitute æmulantes, Christum oblatũ per euãgelicę doctrinę libertatẽ  
 dedignabantur admittere. vnde ait de huiusmodi reprobis Ap̃s: Testimo-  
 nium illis perhibeo, quia zelum quidẽ dei habent: q̃ scilicet pro lege quã

i. Petri. ii.

Roma: xiiii

A

B

Matth. xi.

Y

Lucæ. xliii.

eorū patribus per Moysen dederat Deus decertabant. Quod & ipse feruenter agebat Apostolus ante sui cōuersionē. Zelum itaq; Dei habent, sed non (inquit) secundum scientiā: errabant enim. Vnde & de seipso fatetur q; misericordiam consecutus est, quia ignorans fecit in incredulitate sua. Et multitudinē Iudaeorum loquēs Petrus dixit: Nunc fratres scio quia per ignorantiam fecistis &c. Per incredulitatem ergo illi (de quibus loquitur Apłs) Iudaei Christū non tātum recipere oblatū respuebant: verum illum offerētem sese, & Apłos q; eum annunciarēt venisse pro eorū salute, persequebātur ad mortē. Absit autē illius fuisse pertinaciē sanctos patres: de quibus idē Christus dominus coram ipsis incredulis, zelum Dei, sed non secundū scientiam habentibus (beato Luca referēte) exprobrabat dicens: Multi reges & prophetae voluerūt videre quae vos videtis, & nō viderunt. & Matthaeus vniuersalius loquens: Multi (inquit) prophetae & iusti cupierūt videre quae videtis, & non viderūt: & audire quae auditis, & non audierūt. De patriarcha vero ipsorum Iudaeorū Abraham (in quo aduersus ipsius semē Christū superbientes, gloriabātur) illis ipse dixit. Abraham pater vester exultauit vt videret diē meum: vidit & gauisus est. Nō igitur hi Christum aspernabātur: sed eum toto quārebant animo ei soli viuentes. Et istud, q; scilicet mira cecitate deuariť Iacobus, autumās iustos qui ante Christi mortē & resurrectionem vixerunt, iustitiā quē ex lege erat solum fecisse, & non eam quē ex fide est, ignorantes eā, & propterea q; legi viuebant, & in illius operibus vel iustitiis, & nō Deo, quia zelum nō habebant secundū scientiā: luce clarius apparet de sanctis pastoribus Iudaeis. de quibus scribit Lucas, q; viso recens nato domino, reuersi sunt glorificātes & laudantes Deum in omnibus quae audierant & viderant: q; videntes illum, scilicet paruulum natum, cognouerūt de verbo quod dictū erat eis de puero. Hoc itidē & de patre & matre beati Ioannis Baptiste, Symeone quoq; sene, & Anna sancta vidua, similibusq; non paucis: qui solum in veteri lege viuentes, nequaquā ad Iacobi sensum illi viuebant, sed Deo.

¶ Propositio. LXII.

Capit. xi. Numerus Hebreorum qui saluabantur, Deo cognitus est: eorū autem qui pereūt numerus ignotus, & ipsi ignoti. Illis em̄ dicitur: nescio vos vnde sitis.

¶ Confutatio.

C Lucæ. xiiii. Si hoc Christi verbū, Nescio vos vnde sitis: putat Iacobus proprie dictum, absurdissime errat. Deus enim ipse hominū multitudinē varie per suas significauit literas: q; vt agēdo omnipotēs est, ita & cognoscēdo omniscies: neq; iustos certū cognoscat q̄ impios. Omnia em̄ (vt per Apłm cōtestatus est) nuda & aperta sunt oculis ei: & nō est vlla creatura inuisibilis in cōspectu eius. Et quēadmodum per Psalmographum dici voluit, q; oculi domini super metuentes eū, & in eis qui sperāt super misericordia eius, vt eruat a morte animas eorū &c. ita neq; occultum tenuit: q; & reprobos nosceret. Nam de vtriusq; vno & quidem breui sermone denūciauit per prophetam dicens: Oculi domini super iustos, & aures eius in preces eorum: vultus autē domini super facientes mala, vt perdat de terra memoriā eorū. Hinc & Iob de eo

scripsit: Ipse nouit decipiētē, & eū qui decipitur. Sunt certe in scripturis innumera ad hoc (q; scilicet Deū nihil potest latere) testimonia: vnde sine cōtrouersia colligitur, q; non sit hęc Christi propria locutio ad quosdam, Nescio vos vnde sitis: neq; existimo Iacobū hoc declinare posse. Non semel autē in presentibus deliquit verbis. Principio cū ad aliorum eruditionē (vti credim?) scripturas diuinas explicādi officii usurpauit: hoc in loco vigilanter aperire eius cōmentarios lecturis debuit, q; varie de Dei cognitione, litera sacra (spīritu sancto earum authore volente) loquātur. In eo autē sacri doctores cōsentunt: q; his & similibus enunciandi modis, vt est, nescio vos, idipsum significatur, quod vos nō approbo, aut vestra opera, sed iustitia exigente dāno. Dein omnino voluntarium quā & falsum est, q; illo verbo: nescio vos vnde sitis: reuicere dominus solum reprobos intendat Iudaeos: sed generatim vniuersos impios. respicit siquidē ipsa locutio: futuri cōmunis iudicii horrendū decretū. Tunc autē dicens: Ite maledicti in ignem eternum: non tātum Hebraeos a facie sua proiciet: verū omnes qui a sinistris eius erunt. In eo deniq; plus visus est mihi Iacobus offendere: quia dicit, Numerus eorū qui pereunt deo est ignotus. Atqui si hoc nō dixisset, reliqua stare sinere remus. Verū cū hoc dicēdi gen⁹ nō putē ex scripturis Iacobū habuisse: q; si vsq; legatur numerū quēpiam deo esse ignotū: neq; ex scriptorū catholicorū vsu: Et quā quēadmodū nō incōgruū est, hominū multitudinē notā esse cui libet hominī (Verbi gratia: Quis intuit⁹ artis cuiuspiā cōscios coeūtes: mox dicit id optime sciens, cerdones sunt, aut lutifiguli, vel aurifabri: & ita de aliterius cuiuscūq; professionis magistris simul iunctis. At si rogas eū qui eius modi diuersorū officiorū artifices dignouit indubie, an horū vel illorū numerum sciat: minime cōfestim respondebit. Homines igitur illi noti & professionis munus: numerus vero ignotus). Ita lectores de diuina sciētia Iacobi sermone abutentes cogitare possent: q; re vera reproborū prae multitudinē etiā deo ignotus esset numerus: Nō indignum vtiq; duxi paucis illud attingere: ne hallucinetur quisq; existimās Dei notitiā finibilem esse, quae omnibus modis est interminā, ceu eius substātia. Ille siquidē vt numerat multitudinē stellarū, & omnibus his nomina vocat: ita nō modo omnī creaturatum quae stant per se numerū infallibili cognoscit notitia: sed & arenae maris quaeq; minutula, quā (vt probe cū fide philosophantes pfitentur) infinitas vere partes cōtinuū per partes singulas. Quō igitur apparēt⁹ id de cunctis est sentiendū reprobis: quos singulatim in obitu iudicat. In die vero irae vniuersos pro meritorum dānabit ratione. vnde & hac de re per Esaiam praedixit, inquit⁹ ipsis reprobis: Numerabo vos in gladio, & omnes in cede corruetis: p̄ eo q; vocaui & nō respōdistis, locutus sum & nō audistis. Quo modo enim omnes p̄ditionis filios exactissime nō numerauit Deus: qui electis testatus est dicens: Capilli capitis vestri omnes numerati sunt. Quā vero p̄ Sapiētē dicit: Stultorū infinitus est numerus: & quā cōsimiliter crebro in scripturis dici videtur: pro earundē scripturarū intentione (vti sacri omnes tradidere scriptores) modo quodā ciuili & cōmuni id venit accipiendū. aut q; impiorum copia electorū numerum maximo superat excessu. eo quo dixit

Matth. xxv

D

E

Psal. cxlyi.

Esaie. lxxv.

Matth. x. Luc. xii.

Eccles. i.

Matth. xx. modo Christus: Multi sunt vocati: pauci vero electi. Aut q̄ ad nos sit istud  
& xxii. referendum: quoniam quot sunt reprobi nosse, humanam excedit facultatem: vel  
Psal. 138. (sicut glossema unum habet) eos quasi numero indigni sunt infinitos scriptura  
denunciat. de electis autem per prophetam ait dominus: Dinumerabo eos: & super  
arenam multiplicabuntur. Blasphemum igitur omnino est dicere, Pereuntium  
Iudaeorum numerum Deo esse ignotum: quoniam interpretatione quae de per  
sona reproba eius operibus paulo ante explicata est (vt scilicet dicatur  
Deum, malum quatenus est talis, nescire: quia eius opera donat) non recipit ra  
tio numeri. Nulla etenim multitudo in ratione numeri Deo displicere pos  
test, nec vllum hoc nomine reprobatur numerum Deus. Etiam qualiscumque fue  
rit mens Iacobi hoc in puncto, locutionis tamen modus quo ait, Numerus  
Hebraeorum qui saluabantur, Deo cognitus est: eorum autem qui pereunt  
numerus ignotus: manifestam spirat in Deum blasphemiam: & proinde om  
nino cohibendus.

## ¶ Propositio. LXIII.

Qui de Hebraeis saluabantur: electione, gratia, & voluntate Dei saluaban  
tur: non sua: etsi saluari vellent.

## ¶ Propositio. LXIII.

Ad hoc q̄ saluemur: inefficax est nostra voluntas, nostra electio, nostra ope  
ra: Dei autem electio efficacissima & potentissima.

## ¶ Confutatio.

F Quemlibet siue de Hebraeis, siue de Gentibus saluari Dei electione, hoc est  
aeterna praedestinatione supposita, & eiusdem domini voluntate & gratia: ne  
mo non admittit fidelium. Mere siquidem gratis in saluandos eligit Deus. quod  
nos docuit per Malachiam, & post per Ap̄m. Is enim Romanos super electio  
nis huius disceptantes negotio, sed contentiose: conueniens, ac reprehendens.  
Cum nondum inquit nati fuissent, aut aliquid boni egissent aut mali, vt secu  
dum electionem propositum dei maneret: non ex operibus sed ex vocante dictum est:  
quia maior seruiet minori. sicut scriptum est: Iacob dilexi: Esau autem odio ha  
bui. O magnam diuinae dispositionis breuissimo sermone priorum considerationi  
obiectum mysterium. Non ex operibus Iacob electus est: non ex operibus odio  
est habitus, hoc est praescitus Esau. Et ita de Cayn & Abel, Isaac & Ismael,  
ac cunctis vna ex parte ad aeternam praedestinationis felicitatem: & parte ex  
altera ad gehennam prauius sempiternam. Electione igitur prauius ac Dei  
voluntate: salutem est consecutus Iacob. At num aeternae praemium ipsum sa  
lutis absque propriis obtinuit meritis: minime. Quoadmodum neque Esau nisi  
pro male gestis operibus: perpetua mulctatur poena. Quid ergo? gratis sane  
electus est omnis ad salutem ab aeterno ordinatus: gratis vocatus. Non ex  
operibus (inquit) sed ex vocante &c. gratis. Item vt recte ageret, praue  
ntus, pulsatus, excitatus, & adiutus fuit: quisquis unquam opus iustum & acceptum  
Deo egit. Et de his praedestinationis, vocationis, ac prauectionis, seu motus  
& adiutorii, ad sobrie, iuste, ac pie operandum, gratiis diuinis & beneficiis:  
sacra semper loquitur. scriptura: vbi cum homine ad salutem pertinens &  
pietatem aliquid gratis dicitur egisse Deus. cuiusmodi est expressissimum

illud Apostoli hoc in capite: Sic ergo & in hoc tempore reliquiae secundum  
electionem gratiae dei, saluae factae sunt. si autem gratia: iam non ex operibus? Roma. xi.  
alioquin gratia iam non est gratia. & alibi. Iustificati gratis per gratiam ip  
sius. & consimilia non pauca. Non omnia autem alia quae a deo suscipit ho  
mo: mere gratis conferuntur: quemadmodum propositione. xxi. (in qua Iaco  
bus asserit, deum nihil posse debere, sed solum dare) & pluribus aliis, per scri  
pturas & sanctorum dicta doctorum plane docuimus. Quae repetere quid nisi te  
dium esset: Proinde iam videndum quid contineat veritatis quae prioribus adie  
cit Iacobus dicens, q̄ qui ex Iudaeis saluabantur, non sua voluntate saluaban  
tur, etsi saluari vellent: q̄q̄ ad hoc vt saluemur, inefficax est nostra volun  
tas &c. Eiusdem sane istud est farinae cum eo quod propositione. lix. reproba  
tum est, & monstratum id esse haereticum ac moribus nocentissimum, videlicet  
q̄ posse saluari, non est in hominis voluntate, potestate, aut operibus. Eo cer  
te modo quo ad propria promerendum felicitatem homo adultus concurret per  
suam bonam voluntatem: eiusdemque opera iusta, efficacissima suae causa est salu  
tis. Nec huic obstat, q̄ absque Deo primarie & praecipue mouente & agente,  
iustaque opera misericorditer acceptate: nihil salutiferum efficere potest homi  
nis voluntas aut potestas. Alioquin nulla creatura, cuiusuis effectus efficax  
causa recte dici posset: cum singularum sub Deo causarum vis effectiua, pri  
mam, id est Deum ipsum, necessario vt agat requirit: non minus tamen hoc ipso  
efficaces dicuntur causa. Quin & valentiore titulo homo adultus (per paru  
lis utique, qui. s. solum propter alterius, id est parentis primi noxam, haeredita  
tem perdidit: alter scilicet Christus, opera salutis fecit) qui per poeniten  
tiam & iustitiae officia, perditam Christi merito acceptam in baptismi lauacro  
innocentiam recuperat: salutis suae causa efficax, efficacior, & efficacissima in  
suo genere dici debet. Nempe vni crebris contigit, vt in ceteris effectibus or  
nium secundarum vni Christus suppleret actuarum causarum. vt exempli gra  
tia in conuersione aquae in vinum, ad sanctae suae genitricis postulationem, in Ca  
na Galilee: in duplici panum multiplicatione: similibusque plurimis. Non po  
terit autem quis docere, dominum vnicuiquam hominum adultorum salutem de  
disse aliquando, nisi iustorum illius operum medio. Non sane est hallucinatus qui  
dixit: quia qui fecit te, sine te: non saluabit te sine te. Praedestinat (vt diximus)  
gratis Deus: vocat, excitat, puenit, & velut suprema causa cooperatur: pra  
mium tamen gratis haud reddit. quod luce clarius in Ap̄li Pauli deprehendi  
tur conuersione: Si quidem multis detentum peccatis actusque peruerse agentem:  
Deus ineffabili sua bonitate vocat, pulsatur, prouocat: non tantum fortassis ta  
men, quantum circa Pharaonem actum est Moysae ministro, egit. at nunquid pec  
catorum veniam obtinuit vocatus, ita pulsatus, & ad salutem prouocatus Ap̄s?  
Minime quidem: mox enim omni deposito (quo zelo non secundum scientiam tu  
mebat) supercilio: audit vocantem, mouenti obtemperat: Domine (ait) quid  
me vis facere? Liberum profecto fuerat illi (quoadmodum & ipsi Pharaoni,  
Antiocho, vel Herodi) ad Dei flagellum in cordis ire duritiam. Et q̄ felici  
ter vocationis ministerio vsus est: sic diuinae tribuendum est gratiae ac miseri  
cordiae, vt tamen liberi arbitrii non praediceretur efficaciae. Quod autem non

Roma. xi.  
Roma. iiii.

G

H

Ioan. iii.

Marci. viii.  
& Lu. ix.

Actu. ix.

I  
Roma. vi. nunq̄ in scripturis etiā ipsum honorū operū p̄miū seu merces laborū, eiusdē  
dñi gratiā deputatur: sicut in hac ad Roma. epist. dicitur: Stipendia peccati  
mors: gratia autem Dei, vita æterna. hoc (vt superius nos dixisse putam⁹)  
proinde fit: q̄ salutis ipsius primordia (q̄ hic iam sapius expressimus, & hic  
ea repetere poscit dictio) id est electio, vocatio, præuēctio, & ad bonū coope-  
ratio: ex mera Dei gratia, omnibus seclusis hominū meritis, cuiuslibet obue-  
niunt. Neq̄ per eiusmodi sermonē præterit Ap̄ls, vitam ipsam sc̄licitatis  
per illas Dei gratias hominū factis operibus nō esse debitā, illisve nō red-  
di, sed pure gratis dari. Alioquin sibi (quod absit) nō cōueniret: qui scripsit  
2. Timo. iiii Bonum certamē certauī &c. Sequitur: De reliquo reposita est mihi corona  
Sap. x. iustitiā: quā reddet mihi in illa die iustus iudex. & quidem rectissime. lege-  
rat enim per dei Sapiētīā dictum: Reddet deus mercedē laborum sanctorū  
suorū. &c. Quoniā autem in superioribus negociū istud multis sumus pro-  
secuti: hic sermonem succingimus: pro constanti habētes, plane hæreticū es-  
se, & fidelium moribus maximopere incōmodum: dicere, hominem nihil sua  
voluntate, electione, aut operibus ad salutem proficere.

Propositio. LXV.

Pugnat quidpiam debitum dici & gratiam: vt donum & nō donum. gratia  
enim donum: debitum autem non donum.

Propositio. LXVI.

Qui gratiam confitetur, Deum honorat & Deum attendit: qui debitū que-  
rit seipsum honorari vult atq̄ attendit, & dicit infinitā lucem tenebrarum  
esse debitum.

Propositio. LXVII.

Non ex operibus salutē attingere possumus: sed Dei electione & gratia il-  
lam attingimus: & qui illam ex operibus querunt, cæci manent.

Confutatio.

K Non paruum putat Iacobus obsequiū (quatenus datur ex ipsius cōcipi ver-  
bis) deo sese præstare: dū neruis omnibus ac ingenis satagēs toti studet or-  
bi pluadere, vt certo quisq̄ credat vitę æternæ sc̄licitatē electis a piissimo  
dño mere gratis dari: opera quantūlibet pia nihil cœlestis promereri glo-  
riā posse. In quo forsan excusationis palliū pro illo quis potuisset præten-  
dere: nisi Christus ipse suos præmonēs fideles luculenter docuisset, nullate-  
nus a crimine vacuos esse quicūq̄ putāt sese iuste operari, & diuini zelo ho-  
noris vt agāt moueri. Quando autem hoc etiā futurū de seruatorū suorum  
fidelissimorū impiissimis ac blasphemis persecutorib⁹ denūciauit pro cau-  
I Ioan. xvi. tela Christus dicens, Ioanne Ap̄to referente: Venit hora vt omnis qui inter-  
ficat vos, arbitretur obsequiū se præstare Deo: nō est vnde iustitiā valeat Ia-  
Roma. x. cobus prætere, q̄ zelum quidē Dei iustū habuerit tantoperē satagēs, vt  
non tantū in Deum primā causam tanq̄ in vltimū finē omnia referamus: ve-  
rum quoq̄ sic proxime omnia illi ascribēda contendit esse, vt nulli creatu-  
rarum quicūq̄ deberi possit præmiū aut honoris: illo plane delusus Ap̄li ver-  
i. Timo. i. bo: Regi sæculorū immortalī & inuisibili soli Deo honor & gloria. Porro  
zelus iste nō est secūdū scientiā: cū hæc assertio, nulli creature honor & glo-

ria debetur, manifeste scripturis aduersetur, vt propositione decima claris-  
sime monstratū est. Neq̄ est hoc contrariū scripturis solum: sed & omni na-  
turalis legis rectitudini, & omnium politiarū destructiuū. vnde & Augusti-  
Non recte (inquit) viuere perniciosum est: recte autē, & nolle laudari: quid  
aliud est q̄ inimicū esse rebus humanis? Si ergo inter quos viuīs te recte vi-  
uentem non laudauerint, illi in errore sunt: si autem laudauerint, tu in peric-  
culo: nisi tam simplex cor habueris & mundū, vt ea quæ recte facis: nō pro-  
pter laudes hominū facias: magisq̄ illis recte laudantibus gratuleris, qui-  
bus id quod bonū est placet, q̄ tibi, nisi quia recte viuīs etiam si nemo lauda-  
ret. Hæc Augustinus: quæ cū sint: cuiuslibet prudētī certissima, plene refuta-  
tur superstitiosa Iacobi sentētia. Falsum quoq̄ esse, ac in fide erroneum, iam  
sapius est euidenter monstratum, quod hic resumit dicens: Pugnat quidpiam  
debitum dici & gratiam. Ap̄ls enim æternam quā in cœlo possident Beati  
gloriam: gratiā nuncupat, dum (vt paulo antē etiam repetiuim⁹) Roma-  
nis ait: Gratia autem Dei, vita æterna. Præmiū vero & mercedem operibus  
debitam: eandem regni gloriam, Timotheo loquens his vocitat verbis: Bo-  
num certamē certauī &c. sequitur: Reposita est mihi corona iustitiā, quam  
reddet mihi in illa die iustus iudex. Quid hic dicere Iacobus queat, non vi-  
deo. Deus per Apostolum loquitur, dum ait pro certamine hoc est: pro vir-  
tutum omnium per opera exercitio, repositam sibi esse coronā iustitiā: Quid  
autem iustitiā poscat ratio, q̄ vt vniciq̄ quod suum est rependatur: dicat si  
valet Iacobus. Et quoniā nihil omnium habere potest his obtendēdum:  
cum adiciat ipse diuin⁹ Apostolus ipsam pro egregie per eum gestis ope-  
ribus coronam iustitiā sibi reddendam in die totius mūdi expediendarum  
rationum a iusto iudice Christo, cui vt hominī datū est omnē iudiciū: fa-  
I Ioan. v. teatur nobiscum necesse est: (nisi legib⁹ deroget iustitiā, quod nullatenus  
nisi iniustissime potest) coronam iustitiā, id est vitam æternam, ex Dei ta-  
men promisso, & per eius legem debitam esse. Est siquidem ex terminis no-  
tissimū: quia cuiuslibet fideliter operati merces debetur: vitā autē ipsam æter-  
nā operum esse mercedem, nullus nisi plane hæreticus inficiari potest, cum  
per Sapiētē dixerit Deus: Iusti autē in perpetuum viuēt: & apud domi-  
num est merces eorum. & hoc designās in parabola Christus: Voca (inquit  
Sap. v. Matth. xx. operarios, & redde illis mercedē. Gratia certe pura reddi non dicitur, sed  
M cōferri. Plane igitur hallucinatus est Iacobus: volens nihil idē dici posse de-  
bitum & gratiam. hoc enim assertum, quoniā euidentissime per scripturas  
reprobatur: plane hæreticū est, nedum omni philosophiæ dissentaneum: que  
admittit rem eandē causam esse & effectum: at nō secundum idem. Liqueat  
enim in vniuerso nulli secundarum obuiare causarum: q̄ primę sit effectus.  
Et certe cōsideratione pari prius docuimus, ipsam beatorū vitam æternam  
aliō & aliō intuitu debitum esse ac vere dici, & gratiam. Per Apostoli rur-  
sum iam citata verba constat q̄ impie dicat Iacobus: Qui debitum querit,  
seipsum honorari vult atq̄ attendit. si tantum dixisset, qui gratiam confi-  
tetur Deum honorat: cum eo incederemus: adiungens vero, & dicens: Qui  
debitum querit &c. per deuia solitarie diuagātem absit vt sequamur. cum  
h i.

Lib. ii. ser-  
dñi i mōr-  
pte op̄is  
L

Roma. vi.  
2. Timo. iiii

Ioan. v.

Sap. v.  
Matth. xx.

M



2. Timo. iiii dicens Apostolus, Reposita est mihi corona iustitiæ pro certamine, quã mihi reddet in illa die iustus iudex: quid nisi debitum quærit? piissime tamen: quia eo ipso veracẽ Deũ suis in promissis testatur. Promisit sane pure gratis eligendo (vti proxime diximus) vocando, monẽdo, & cooperando. quia tamen cum omnibus iustis liberum vnicuiq; relinquat Deus, se vocantẽ aut dire, obtemperare monenti, ac operari cum parato cooperari: sicut per Sapientem significauit dicens: Deus hominẽ reliquit in manu consilii sui, adiecit mandata & præcepta sua. Si volueris mandata conseruare: cõseruabunt te. apposuit tibi aquam & ignem: ad quod volueris porrige manum tuam. Et quasi dominus homini rationem horum reddens, vt certo credat ab eius voluntatis arbitrio suam & non solum ex Deo pẽdere salutem: secutus adiungit dicẽs, Ante hominẽ vita & mors, bonũ & malũ: quod placuerit ei dabitur illi. & ppheta: Anima inquit mea in manib⁹ meis semper. Hinc ipse Christus eiusmodi volũtatis humanæ insinuans arbitrium, hoc est q̄ in cuiusq; manib⁹ sit eius anima, & ita q̄ efficaciter ab hominis voluntate illius pendeat salus, cõtra Iacobi dogmata: homines nos exhortans, vt quod nostra in potestate reliquit Deus, agamus: Aut facite inquit arborem bonam & fructum eius bonum: aut facite arborem malam & fructũ eius malum. Arbor quam Christus dat intelligere, in hominis esse arbitrio: agẽdorum intẽtio est. Terra in qua huiusmodi arbor plantatur, hominis voluntas. fructus vero iustitiæ opera. His nimirũ verbis, manifeste docuit Christus: liberum prorsus homini esse recte agere si libet, & perperam. Quod tamẽ primo ait: Facite arborem bonam &c. præceptum est. Quod vero sequitur: aut facite arborem malam: minime: sed libertatem ipsam innuit cum Dei permissione, quasi diceret dominus: Aut primũ me iubente in bonum vestrum facite. aut alioqn (licet id prohibeã) peruerso moti fine mala opera facietis. quod (vti primũ) in vestra voluntate collocatum, pro victoria & sequente corona esse voluit. Et in hac humanæ voluntatis libertate cõsistit æterni ratiõ præmiũ: vt & supplicii perpetui. In his igitur nõ recte nos docuit Iacobus, quod autem subnectit dicẽs: Qui debitum quærit: infinitam lucem, tenebrarum dicit esse debitum. q̄ insipienter cõcepit, quis non videat: nomine siquidem tenebrarum: creaturarum omniũ dignatur merita. Animæ igitur Christi, sanctæ matris eius, Ioannis baptistæ, Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, ac omniũ cæterorum sanctorum opera: tenebræ Iacobi decreto fuerunt. quod & putasse stultissimum ac blasphemũ est, & scripsisse vehementissime offensiuum pietatis: & q̄ eiusmodi forma loquẽdi diuinis eloquiis plane sit aduersa, hæreticũ. Porro Christus ipse dominus iusta feruorum suorum opera nõ tenebras, sed lucem appellat dicẽs: Sic luceat lux vestra coram hominibus. & quasi quærẽti cuiquam quæ nã lux foret de qua loqueretur, respondeat: pietatis opera lucem esse testatur dicẽs: Vt videant opera vestra bona, & glorificet patrem vestrum qui est in cœlis. & rursus ad Apostolos & eorũ successores: Vos estis (inquit) lux mudi. Nemo accendit lucernam, & ponit eam sub modio: sed super candelabrum: vt luceat omnibus qui in domo sunt. Frustra certe hic sudarem⁹ sanctorum sentẽtias

referendo: quibus vno spiritu, per lucernam tradunt Christum, prælatum designasse: ipsumq; per sancta lucere opera. Nõ sunt igitur illa (iudice domino) tenebræ, sed lumen. vnde & de Ioanne Baptista idem dominus dixit. Ioan. v. Ipse enim erat lucerna ardens & lucens. Ardens (aiunt sancti) intus igne quẽ venit Christus mittere in terram: & lucens exterius per opera ad aliorum directionem, vt non tenebras vitiorum sequerentur, sed virtutum lumen: id est exteriora opera ad illustrationem. Nulla ratione igitur admittendum est q̄ hominum iustorum merita in doctrina pietatis tenebræ dicantur: cum Philippensibus scribens Apostolus, propter certa eorum opera cõfiteatur illos in medio nationis prauæ & peruersæ lucere, sicut luminaria in mundo. Quibus autem mediis lucent homines pii, nisi iustitiæ operibus: non datur. quod vno tradidit verbo Apostolus, Romanis suadere cupiens vitiosa relinquere opera, & amplecti honesta, dum ait inter alia, sese vna cum illis exhortans. Abiciamus ergo opera tenebrarum: & induamur arma lucis. Rursus, quid nisi iustitiæ opera designat dominus: dum in Luca ait: Sint lumbi vestri præcincti: & lucernæ ardentes in manibus vestris. & alibi: Nemo (inquit) accendit lucernam, & in abscondito ponit, neq; sub modio: sed super candelabrum, vt qui ingrediuntur, lumen videant. & exponens quid per lucernam velit intelligi, atq; lumẽ per metaphoram: Lucerna (inquit) corporis tuĩ est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex: totum corpus tuũ lucidum erit. Non est quidem anxie hic agendum, vt commentariorum multitudinem citemus: quibus sancti docet per lucernas ardentes in manibus, & per lumen quod videant ingredientiẽs, exteriora virtutum opera significari: Cum omnes in sententiam beati Gregorii conueniant: qui ait. Lucernas quippe in manibus tenemus: cum per bona opera proximis nostris lucis exempla monstramus. de quibus profecto operibus dominus dicit: Luceat lux vestra coram hominibus: vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui est in cœlis. Quando itaq; sunt hæc in fide manifesta: quis non stupeat dæmonis inuolucro Iacobum illum sum eo vsq; fuisse, vt ea in hominũ merita ferretur inimicitia, qua illa quantum libet sancta foret, aut personæ cuiusuis, facinorum nomine & flagitiorum vocitare non duxerit indignum: cum hæc resarcha Luthero secundum verba consentiens, qui dixit. Iustus in omni bono opere peccat: Quia quod omne opus bonum optime factum: peccatum est. Idem quippe sibi volunt in fidelium operum negotio nomina hæc, opera tenebrarũ, tenebræ, peccata, crimina, facinora, flagitia. Optima igitur quæq; hominum facta tenebras vocans Iacobus secundum scripturarum loquendi formam vsuq; sanctorum: illa cum Luthero plane dicit esse peccata, quod in doctrina pietatis error est, & quidem absurdissimus. Quæ autem deinceps asserit dicẽs: nos ex operibus nequaquã attingere salutem. &c. ex superioribus vt intẽreptum relinquinus. Quod vero pro calce scripsit, videlicet cæcõs esse qui salutem ex operibus quærunt: non ferenda temeritas est, & in sanctos omnes contumeliosa, quin & Deo (qui per scripturas felicitatem se operibus reddere profitetur, & vnicuiq; iuxta opera sua) iniuria omnino est.

& hæc omnia quæcumque sunt fat est ex prioribus constant.

¶ Propositio. LXVIII.

Si omnes Hebræi fuissent a Deo electi, & missi per totum orbem salutis gentium causa: multo citius & commodius facta fuisset hominum salus. adiuuissent enim tantam tamque admirabilem salutem omnes.

¶ Confutatio.

Q Agedum inuentus est homo Iacobus Faber, cuius expressum hic consilium si Deus sequi voluisset: citius (vti vult) multo & commodius hominum procurasset omnium salutem. A postolo autem Paulo nullum occurrisse eiusmodi virum, ipse protestatur dum Romanis ait. Quis cognouit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit: aut quis prior dedit illi: & retribuetur ei? Quid istuc esse potest: Iacobus hominis opera quantumuis sancta tenebras modo esse dicebat: & vt homo agens, Deum extrema hic & inaudita blasphemia imprudentia vel inuidia infumulat. Improvidus siquidem est, aut aliena inuidens felicitati: quisquis nullo labore media conuenientia cuiusuis magni & precellentis consequendi boni, ad manum habet: si eis non vtens, ad alia gratis minus efficacia conuertit sese. Et hoc quidem verissimum esse nullus recti iudicii inficiabitur. Quando itaque in Dei manu plenissime collocatum erat, Hebræos vniuersos in beatificandorum partem decernere, seu ad salutem eligere, & singulos mittere vt Apostolos & discipulos pro gentium procuranda salute, & minime hoc egit: si præsens assertio Iacobi staret quæ ait: Si omnes Hebræi a deo electi & missi per totum orbem fuissent salutis gentium causa: multo citius ac commodius facta fuisset hominum salus: Quid hæc spirant verba Iacobi: nisi aut imprudentia in deo esse, aut inuidia: quod præsertim certe aures ferre non possunt. Asserti autem huius assignas causam, audiamus quid subiungat. Adiuiuissent inquit tantam tamque admirabilem salutem nobis relinquitur, nisi quod dicimus: videlicet quod aut non satis prouide gentium salutem procurauit, quia non vt poterat expedire: aut earum promptiori inuidit felicitati. At de infallibili Dei prouidentia, infinita bonitate, ac inobliquabili rectitudine ita loqui: horrenda profecto blasphemia est & intolerabilis præsumptio. Quis precor scriptorum ita docere aliquando ausus est, vt diceret: Si sic vel sic egisset Deus: bonum hoc vel illud citius & commodius mundo euenisset: O sacrilega & in Deum impiissima cogitatio: Cum hoc de negotio, scilicet electione, vocationis modo, & cur hi proficiunt, illi non, & similibus differens Paulus (qui celestium conscius archana audiuit, quæ ei loqui non licebat) non valuit causas diuersitatis inuenire: Et quod non capiebat minime definire præsumpsit: sed in admirationem conuersus exclamans, O altitudo inquit diuitiarum sapientia & scientia Dei: quæ incoprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Cum itaque sapientia & scientia Dei sint viæ, id est agendi causa & modi, seu rationes procedendi, inuestigabiles: vnde sibi reponere valuit Iacobus quod mundo hic annunciat: & ipse qui humanæ salutis omnem in solum deum refert efficaciam, ita vt neque in hominibus (eo doctore) locatum sit voluntate, potestate, aut operibus, saluari posse:

Ca. xi.

R

Roma. xi

quomodo hic dicit, Adiuiuissent omnes tantam tamque admirabilem salutem? Si hominis salus cuiuspiam, in eius non sit voluntate, potestate vel operibus: non potest alterius salutem in sua voluntate aut potestate habere. Plus enim multo libertatis quisque super propria salute habet: quam super aliena. Proinde Iacobo dici & meritisime quidem potest: quod hic altiora se querit: non intelligit. gens neque quid loquatur, neque de quibus affirmat.

i. Timo.

¶ Propositio. LXIX.

Siqui non prædestinantur ad vitam: culpa eorum est. Conuertant enim se, & prædestinantur: non quia volunt, sed quia Deus vult.

¶ Propositio. LXX.

Semper Deus prædestinat, etiam quando non prædestinati dicuntur. Nam in deo prædestinare & non prædestinare sic coincidunt: vt velle & nolle.

¶ Propositio. LXXI.

Forfitan non omnes ad vitam Deum prædestinare, tam a natura Dei alienum quam eum aliquid ignorare. Qui quæ etiam ignorare dicitur: nouit. Malum enim dicitur ignorare Deus: & bonum nosse. & tamen in Amos & malum & peccatum nouit. Cognoui, inquit, multa scelera vestra, & fortia peccata vestra. sic & quæ non prædestinata dicuntur prædestinat.

Ca. v.

¶ Propositio. LXXII.

Paulus de reprobis, & qui nunquam inferentur, dicit. Si non permanserint in incredulitate, inferentur. & de prædestinatis: Si permanseris, inquit: alioquin & tu excideris.

Roma. xi.

¶ Confutatio.

Negotium prædestinationis (quod de altioribus fidei nostre mysteriis vnum fuerit) post primos ecclesie sacros doctores, Augustinum libris de prædestinatione & gratia, ite de prædestinatione sanctorum aliisque pluribus, ac alios: scholasticos doctores perurgili studio ad intelligentiam deducere conati sunt, & ad certas illud concernentia regulas resolvere, & proprios explicandi modos. quæ vtiuiam attentius perlegisset Iacobus, & probe fuisset edoctus: priusquam eius modi archanorum munus subiunisset doctoris. Paucis autem aperiamus oportet: quæ non intelligat causam hanc. In primis non est error leuis quod scribit dicens: Siqui non prædestinantur ad vitam: culpa eorum est. sed heresis manifesta: quod & euidenter contrarium sit rationi, & Apostoli decreto aduersum, quo Paulus ait: Cum nondum nati essent, aut aliquid boni egissent aut mali, vt secundum electionem propositum Dei maneret: non ex operibus, sed ex vocante dictum est. Quia maior seruiet minori: sicut scriptum est: Iacob dilexi: Esau autem odio habui. Quid his posset contra Iacobi assertum efficacius proponi? Nulla sane in quouis homine culpa personalis est vniquam: nisi propter eius opus iniustum. ob actus enim duntaxat seu opera, culpatur homo aut laudatur. Apertus autem testatur, quia priusquam aliquid egisset mali, Esau odio habitus est: hoc est, ab eterno domino illum in reproborum deputauit numerum. Et quod nullo euitari potest diuerticulo: non ex operibus inquit, sed ex vocante, hoc est sola Dei voluntate, Esau percussus est, & Iacob prædestinatus. Et si Iacob percotetur: cur ita silentium ei imposuit qui dixit. Hoc noli interrogare: nisi vis errare. Quæ si

Roma. ix.

Mala. i.

T.

Roma. ix. acceptare non placet, Apłm respondentē non dedignetur audire: qui veluti sibi ipsi idē obieciſſet: Quid ergo inquit dicemus? Nunquid iniquitas apud Deum? & negociū resoluens ait. absit. Moyſi enim dixit: Miserebor cui miserus sum. &c. In superioribus autē dictū est electionē, id est diuinā ordinationē horum ad futurā gloriā: & non electionem, hoc est deputatiōnē seu p̄uisionē reprobōrū ad æternam miseriam, nequaquā opera respicere: sed diuinum consiliū ac maiestātē: Cuius scrutator temerarius opprimetur a gloria. Itcirco autē (vt etiā dictū est) apud Deum luce clariū apparet iniquitatem nō esse: quia neq; Esau, neq; cui libet Deus p̄nā irrogare potest: nisi propter peruerſe acta. Et hic rei istius iacet nodus, quē debuit Iacobus exp̄dere. Gratis p̄destinat deus, sine iniquitate vasa irā ad contumeliā in vniuersi domo ordinat: Nullum tamē punit aut affligit in gehenna: nisi q̄tum propria commuerint peccata. Quis igitur citra merita saluandos p̄destinavit: salutem tamē ipsam nō nisi operibus iustitiæ reddit. sic quoq; reprobos citra omnem eorum culpā ordinat ad p̄nā: quā nihil osecius solis inferi pro criminibus. In eo p̄terea nō recte docet Iacobus, q̄ quasi in fide nō esset cōpertum: multo plures non esse ad vitā p̄destinatos, q̄ esse: immo velut dubiū foret, sint ne aliqui ad æternā deputati p̄nā: hac verborum vtitur forma: Si qui nō p̄destinantur ad vitā: culpa eorū est. Particula enim si, cōditionalis est: quā (vt dicitur) nihil ponit. si dixisset, qui non p̄destinātur &c. rem certissimā suo enunciandi tenore in dubiū non reuocaret. Quod vero addit: Conuertant enim se & p̄destinātur: nō quia volunt, sed quia deus vult. ex rei huius mera prodit ignorantia. Porro iam plane ex Apłi doctrina patuit: p̄destinasse ab æterno Deum ex misericordia quos voluit. neq; istud villo modorū ab hominis p̄det voluntate: sed tantū vt recte agat. At non stat quēlibet ad Deū conuertī, & post conuersionē nō auerti: quin fuerit sine initio p̄destinat⁹. Mirū autem est Iacobū duo hæc simul iungere. homines p̄destinātur nō quia volūt: & cōuertant se & p̄destinātur. pugnant enim hæc secū plane. Nimirum si in hominis voluntate non est, vt se ad Deum cōuertere possit: frustra (ceu prius est dictū) monet Iacobus dicēs cōuertāt se. Et quoniā istud idē vt faciat homo deus hortatur dicens: Conuertimini ad me, & ego cōuertar ad vos. in hominis potestate esse vt se cōuertat, omnino fatendum est. Hominis igitur ad deum conuersio: in eius est voluntate. Quādo ergo Iacobus hic ait: Cōuertant se & p̄destinātur: fit liquido vt homo quia vult p̄destinetur. & hæc ad hominem dicta. Stat nanq; qđ p̄missum est: p̄destinationē videlicet humana haud respicere merita, quasi sint illius causa: Neq; nō p̄destinationē, id est p̄scientiam seu ad gehennam ordinationē: ob culpā a Deo minime fieri. quæ omnia ex Apostoli verbis paulo ante citatis, eliciuntur a theologis. Nunc dispiciendum, quidnam velit Iacobus inquiring: Semper Deus p̄destinat, etiam quādo non p̄destinati dicuntur. Age cū p̄destinatio (vt est iam declaratū) omnibus modis æterna est, & minime tēporanea: hoc assertum Iacobi nō potest ad tempus referri. vnde nec tempus ipse respicere videtur. Quod ergo ait, semper Deus p̄destinat, etiam quando non p̄destinati

dicuntur. perinde est atq; diceret. Homines qui p̄destinati nō dicuntur: etiam Deus p̄destinat. qui quidē sensus (quem re vera Iacobum p̄tedere, ex sequētib; certū euadet) & in fide erroneus est, & apertā claudit pugnantiā. quod ex terminis liquet. Quid precor est, Deus etiā p̄destinat eos qui nō dicuntur p̄destinati: nisi, nō p̄destinatos Deus p̄destinat quod palā sese interimit. Sed audiam⁹ quod secutus adiecit. Forsitā inquit non omnes ad vitā Deū p̄destinare, tam a natura dei alienū (est scilicet) q̄ eū aliquid ignorare. En plane propriū aperit sensum Iacobus. Vult enim omnes & singulos a deo esse p̄destinatos. qđ adhuc amplius exprimit dicens. Deus que nō p̄destinata dicuntur p̄destinat. Quis nouā hanc feret Iacobi Fabri theologia: ociosum sane magis reputo hic multis agere q̄ fructuosum. sat fuerit si perspicue vno mōstretur verbo, nullam esse quam horum omnium statuit ille radicē. ea siquidem euulsa arefcet radicibus que inde per Iacobi ramos se dilatat p̄destinationis arbor. Succidēda igitur radix hæc est: q. s. oēs Deus p̄destinat: quia (inquit Iacobus) eius nature alienum est ita aliquē nō p̄destinare, sicut ignorare quicq;. Hanc profecto ra dicē succidere, aut (vt melius loquamur) succisam docere: nō est operosum. Fide enim certum habemus, q̄ nō omnes Deus p̄destinat homines: eo dicente: quia multi sunt vocati: pauci vero electi. Qui igit ex vocatis non sunt electi: p̄destinati nullaten⁹ dici aut esse possunt, sed reprobati. At hi ad electorū seu p̄destinatorū collati numerum: longe plures ex Christi propheta esse compbatur. Quid ergo suis hic somniis nos voluit docere Iacobus, ipse viderit: Qui de natura dei decernēs p̄sumpsit dicere, alienū ab ea esse non omnes p̄destinasse homines: quasi Deo nō liceret qđ vult facere. Sed & mirabile est q̄ Iacobus, qui sese Apłicorum scriptorū expositorum p̄stitit, p̄destinationis casum nō potuit in ipsi⁹ Pauli verbis videre: cum ipse hanc plane reiecerit impietate, & quidē aperta ratiocinatione. Cauillo enim non volentium sese humiliare in obsequium fidei ad intelligendum huiusce mysterium p̄scientiæ Dei, proposito: quo aiebant. quid adhuc queritur: voluntati enim Dei quis resistit: quasi dicerent: Si non omnes Deus ad vitam p̄destinat: qui pereunt, in nullo criminari debent, cum Dei voluntatem declinare nequeant. Iniquum ergo videtur: si p̄nā luant quos non p̄destinavit Deus. Eiusmodi sacrilegam reprimat cogitationem Apostolus, dicens. O homo, tu quis es qui respondeas Deo: nunquid dicit figmentum ei qui se finxit: quid me fecisti sic: an nō habet potestatem figulus lutū ex eadem massa facere, aliud quidem vas in honorem, aliud vero in contumeliā: Ecce definit Apostolus, Deum de eadem massa vasa irā in contumeliā, hoc est ad diuinæ iustitiæ vindictam sustinendam p̄ordinasse: quod est non ea p̄destinasse, sed tantum ea quæ in honorem finxit: neq; propter ea iniquitatem in Deo esse. In hoc igitur erat omnino standum. At scrupulosius agens Iacobus, q̄ sibi non clemens, sed austerum vel iniquum visum est: hos ad vitam Deum destinasse, illos ad mortem: dixit. Deus omnes p̄destinat, etiā qui non p̄destinati dicuntur. Quod euidentissime sonat, Deū quos ab æterno ad vitā non elegit, ad illam elegisse. Quo asser-

Matth. xx. & xxii.

Z

Roma. ix.

A

to quid absurdius dici potest: Et hæc blasphemia Iacobū opinor inuasit: q̄ noluerit aduertere id quod iam sapi⁹ expressum per nos est, Deum scilicet nullum quīs plectere p̄na afflictīua, nisi ob propriū peccatū. Cum tamen hoc clare satis ex Apostolo (si illum debita cū humilitate secundū patrum traditiones legere voluisset) poterat colligere. Porro electionis ad vitam, & ordinationis ad gehēnam expedita ratione: qua solam Dei liberrimam voluntatem ille esse mōstrauit: quia manebat super æternorum retributione præmiorum scrupulus: cur scilicet his potius bona, & illis redderentur mala: ille omnem elisit scrupuli ipsius vim, asserēs quod dicimus: videlicet q̄ eiusmodi stipēdia æterna nequaquā gratis reddit Deus: sed pro ratione meritorum. & hoc quidem his verbis. Si Deus volens ostendere iram: hoc est inobliquabilis sue rectitudinis seu iustitiæ effectus: & notā facere potētiam suam (qua misericorditer vasa in honorem ordinat gratis, & citra omnem iniquitatem, alia in contumeliā: & tamen præmiū nulli nisi pro operibus tribuit) sustinuit in multa patientia vasa iræ apta in interitū: illis scilicet pœnitentiæ spatiū concedens, vt (quia scilicet gratis omnibus abusi impie magis placuit eis deo spreto viuere) ostēderet diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ, quæ preparauit in gloriā: quos & vocauit nō solum ex Iudæis, sed etiam ex gentibus &c. tanquā eo ipso dei omnipotētia, sapiētia, atq; bonitas hominū maxime admiranda reddantur, & omni colenda pietate: q̄ etiā reprobis varia misericordiæ suæ cōfert beneficia, & in plurimis eadē quæ & electis: Nā solem suū oriri facit super bonos & malos: & pluit super iustos & iniustos. At propterea inexcusabiles omni ex parte mōstrantur, q̄ in multa patientia eos expectat ad pœnitentiā: clamans & vocās omnes vt dignos felicitate faciant pœnitentiæ fructus, cōtinuoq; per scripturas eis contestans quāta eos mala maneant ac tormenta, nisi a scelerata respiscāt vita, & dño de bitum pie impēdant famulatum. Et quātum licet ex adiectis per Iacobum quibusdam verbis conuincere: istud, scilicet q̄ dominus omnes ad æternam inuitat felicitatē: & q̄ qui modo a Deo sunt per innumera auersi peccata, cras forsā cōuersi piissime victuri sunt (quod in Apostolo Paulo cernitur, qui de se posteaquā dixisset: Qui prius blasphemus fui, & persecutor ac contumeliosus: mox cōfiteatur dicens: Ideo misericordiā consecutus sum, vt in me primo ostenderet Christus omnē patientiam, ad informationem eorū qui credituri sunt illi in vitam æternā): putauit se pro indubitato ex eiusdem Aplī habere decretis. adiecit itaq; Iacobus & ait. Paulus de reprobis, & qui nunquā inferentur dicit: Si non permāserint in incredulitate: inferentur. & de prædestinatis: si permāseris inquit: alioquin & tu excideris. Arduū fateor est negociū istud, & nescio si peruium esse possit cuiquā: nisi in philosophia iuste prius eruditus, pie & vigilanter scholasticam & non perfunctorie percurrerit theologiam. Mihi sane hoc nō arrogo, sed proficere hac in re & cōsimilibus cupiēs, id modicū quod sapere datū est secutus: sub benigna omnium correctione in primis dico esse temerarium, asserere, Apostolū de reprobis & iis qui nunquā inferentur (quod prorsus idem est) loqui dum ait: Si non permāserint. &c. Fide enim certum est, reprobos seu eos omnes qui non inferentur,

hoc est qui corporis Christi nō sunt futura membra: in incredulitate permāsuos finaliter. Et quā stet connexio hæc: Si reprobis nō permāserint in incredulitate, sed ad fidei sese cōuertant pietatem in qua perseuerent, inferentur: nihil tamen inde ad rem conficere quam tractat potest Iacobus: Tum q̄ eiusmodi illationis natura nihil in natura ponit: Tū q̄ assumptū ipsum pugnantia ex terminis inuoluit. Nō enim vna hæc stant: hi sunt reprobis: & idē nō in infidelitate permānebūt. Immo firma hæc est illatio. Hi sunt reprobis, In infidelitate ergo sunt permāsure. Quid igitur ad Apostolū dicemus qui scripsit: Si non permāserint in incredulitate: inferentur. Fatebimur certe ipsum dei spiritu, & eā ob rē verissime locutū. At q̄ hoc solum de reprobis voluerit intellectū: omnino declinamus. pro illis potius eū scripsisse credimus, q̄ etsi ab æterno essent ad vitā prædestinati, re vera tamen actu a Deo auersi, aut zelo quo non secundū scientiā p̄ veteris ad literā obseruatiā legis æmulabantur, vt ipse: aut contra eam idolis pro deo seruiebant, cuiusmodi fuerūt nostri maiores. de quibus dominus palam testatus est, dicens: Alias oues habeo quæ nō sunt ex hoc ouili: & illas oportet me adducere, scilicet meorum prædicationis ministerio Apostolorū & discipulorū: & fiet vnū ouile & vnus pastor. De illis omnibus sane verū erat dicere: Si nō permāserint in incredulitate (in qua scilicet fœde adhuc iacent) inferentur. & q̄ in eorum esset collocatum voluntate ab incredulitate per dei vocationē & præuenientem gratiam ad fidem cōuertī, plane idipsum innuit suo cōsentaneæ ad Christū & ceteros omnes Apostolos loquendi modo beatus Paulus, dū ait: Si nō permāserint. &c. Quod si quis vigeat (vt quotidie in schola fit) dicens: In vnus est cuiusq; nōdum cōuersorū, prædestinatorū tamē, arbitrio erat: nō acquiescere prædicatibus Apostolis, Deo pulsantī cordis non aperire ianuā. Fieri ergo poterat vt non crederēt. hoc plane admittimus. Et si sequatur q̄ instat, & dicit: Sit igitur ita q̄ verbi causa Dionysius Ariopagita, qui Athenis Paulo cum paucis credidit (ceteris credere nolentibus) non credidisset: cū hoc omnino possibile dicatur, iā habetur (dicit opponens) ex hoc vno admisso q̄ prædestinatus ad vitā Dionysius, illam non consequetur. Illatum hoc est omnino reiiciendū: sed recipiendum q̄ admisso discursu, Dionysius vitam nō assequetur. quo disputatiue cōcesso, partis illius logicæ quæ ars dicitur obligatoria, regulis ad prædicationis nodorum dissolutionē perneceffariis, absoluitur qui responderet a supposito: q̄ scilicet Dionysius vnquā fuerit prædestinatus. Hoc enim etiā nūc absolute (etsi futurum sit minime) possibile esse fatendum est. vicissitudinē autē nequaquā suscipiunt electio & nō electio, seu prædestinatio & præscientia, vel ad interitū ordinatio, quæ si vt debuerat perpendisset Iacobus: non effudisset has errorū tenebras. Cur autē non viderit homo qui omnē in phia contriuit ætatem, mirum videtur: cū & istud aperte eū (sicuti & nos) docet idē Apostolus dum ait. Sine pœnitentiā enim sunt dona & vocatio dei. quod est: nō cadit hoc in prædicationis negotio, alternatio, vt scilicet quis prius sit prædestinatus, & post nō prædestinatus. Verum q̄ deus (vt diximus) Ioannem Baptistā (exēpli nomine) prædestinauit ad vitā, vocauerit ad veritatem agnoscendam, & ad sobrie, pie, & iuste

## Natalis Beda In Iacobi Fabri Commentarios

Cap. xi.

agendum adiuerit: ex mera gratia fuit. q; vero proditorem Iudam ad gehēnam ordinari: citra iniquitatem actū est. & hæc, gratiam scilicet & iustitiā attendenda monet Paulus dicens: Vide ergo bonitatem & seueritatem dei. In eos quidē qui ceciderūt, seueritatem: in te autē bonitatem. &c. De huiuscemodi autē electione & non electione mutare aliquādo sententiā deus nequit. Vñ ergo absurditates istę locū in Iacobo inuenerūt: q; scilicet in omnibus putat simpliciter loquēdum, neq; distinguēdos censet varios in scripturę sacre terminis acceptiōnū modos. Nā & absolute hic dicit, ignorare deū qđ nouit. qđ qđē assertū illiberale prorsus est ac impietatem redolens. Palā etenim in superioribus factū est, Deū nō posse quicq; ignorare aut nescire. & qđ legitur i euāgelio fatuis respōsum uirginib;: Nescio vos: & huic verbo qcqd est simile dictū: alio eē oīno sensu accipiēdū. vt. s. uerbū Nescio, nō designet ignorantiam quālibet creaturarū: sed operū eorūde, q; iniusta essent, reprobationem.

## ¶ Propositio. LXXIII.

In conficiendo libri qui Sapientia dicitur argumēto, Hieronymus cuidam perfido Iudeo nimis credulus fuisse videtur (modo eius sit): magis (vt eodem credo) digno fauillis q̄ bibliis. Hæc me dei ueritatēq; zelus ita loqui compellunt.

## ¶ Propositio. LXXIII.

Vtinam Hieronymus alioquin uir sanctus & admirabilis, cum confecit sacrorum argumenta librorum, nunq̄ consulisset Iudeos.

## ¶ Confutatio.

**G** Hic citra argumenti causam subtili admodum figura occasionem quæsiuit Iacobus & fabrefecit, vt beatum morderet Hieronymū: & illi sese non modo æquaret, sed præferret longius. & cum morum & sanctimonię huius & illius nulla (vt ita dixerim) esset proportio: Hieronymo cedit Iacobus sanctitatis prerogatiuam, dicens: Hieronymus, alioquin uir sanctus & admirabilis. cæterū in doctrina aut peritiā & simul iudiciū certitudine atq; cautela seu prouidentia, Iacobus sibi supra Hieronymū impertit (quod hic certitur) pie multū (vt sibi persuasum habet) Hieronymo compassus: q; se ipsum ita permisit a perfido circūueniri vno in Iudeis magistro vel pluribus, vt de illorum cisternis insalubres hauserit aquas, quibus & Christianā imprudens resperferit pietatem. O superbam & plane falsam in Iacobo cogitationē. quid enim dici in piissimū ac prouidissimū patrem Hieronymū impensius contumeliosum posset? peritiā taceo uiri qua singulis temporis sui magistris in omni liberalium artium genere præeminuisse a doctissimis prædicatur scriptorib;, nedū sacrarū literarū eruditione. Cæterū paucis audiamus vnde ansam ceperit Iacobus in uirū sanctissimū oblatrādi, & vnde eūq; oculatissimū. Ecce ad calcē capitis vnde cimi ep̄le ad Romanos, inuestigabile ac incōprehensibile sup̄ negocio p̄destinationis & reprobationis sapientię & sciētię dei admiratus altitudinē Paulus inter alia dixit. Quis enim cognouit sensum dñi? aut quis consiliarius ei? fuit? aut quis prior dedit illi & retribuetur ei. Super quo quidē verbo, ita ait Iacobus. Ex Esaia aut ex libro Sapientię mutuātū videtur. si ex libro Sapientię: constat librū illū auctoritatem habuisse, & Ap̄tis fuisse antiquiorē. Non itaq; audiendi erunt qui

putant librum esse Philonis qui Apostolo cōtemporaneus fuit, aut etiā posterior &c. & quasi in argumento libri illius sapientię quod Hieronymo ascribitur ipse sententiā eiusmodi tenuerit: q; scilicet libri auctor Iudæus Philo fuerit: quod quidē existimat Iacobus: indigne hoc ferens scribit que impresentiarū attingimus. vbi non semel peccasse eū, non est difficile monstrare. In itio, nō I fatis Ap̄tis Pauli morem considerauit Iacobus inquiens. Si ex sapientię libro uerbū illud, Quis cognouit sensum domini. &c. mutuauit Apostolus: Liber eo ipso quia scilicet citatur a Paulo auctoritatē habuit. Inualida enim penitus & nullius momenti est argumenti huius ratio. Alioquin canonici erunt (hoc est ius diuinū) infidelium idololatrarū poemata, quorū nōnullas sententias variis scriptorū suorū locis aut sermonibus citauit idē Apostolus. cū Hieronymus ipse in cōmentariis in epistolam ad Titum ca. i. & in ep̄la ad magnū uerbis Romę oratorem: vbi ita legitur. Quis nesciat & in Moyse & prophetarū voluminibus quędā assumpta de Gentilium libris: & Salomonem philosophis Tyri & nōnulla proposuisse, & aliqua respondisse: & paulopost: Sed & Paulus Ap̄tis Epimenidis poetę abusus uersiculo est scribens ad Titum, cū inquit: Dixit quidā, scilicet Cretensis, proprius ipsorū prophetarū. Cretenses semper mendaces, male bestię, uentres pigri. & rursum post in alia quoq; epistola Menandri poetę senariū ponit Apostolus, dicens: Manducemus & bibamus: cras enim moriemur. Nolite seduci: corrumpunt enim mores bonos colloquia mala. & apud Athenienses, in Martis curia disputans Paulus Aratum testē his uocat uerbis. Sicut quidā uestrorū poetarū dixerunt: Ipsius, scilicet dei, genus sumus. Hęc Hieronymus. ex quibus manifestum redditur, quia si probe (vt Hieronymo detraheret) Iacobus intulit dicens: Si quia Ap̄tis de libro Sapientię uerbum mutuauit præsignatum, auctoritatē inde sortitur liber ille: Epimenidis, Menandri, & Arati scripta etiā auctoritatē eodē iure sibi adepta sunt. quod omnino blasphemum dixerim. Deinde plane Hieronymū calumniatur Iacobus, falso imponens illi, q; eo in argumento librū Sapientię dixerit auctorē habuisse Philonem: quod minime hoc dicat, sed id solū, Hunc Iudei Philonis esse affirmāt: nihil prorsus illic decernens super isto. Qu; uero ille non ita sentiret: inde euidenter fatis constat, q; cū in libro de uiris illustribus magnis extollat Philonem laudū preconis, operūq; illius uigili cura texat indicē: haud tamē inter ipsa (quæ plurima cōnumerat) sapientię reponit librū. Vnde si illū reputasset Iudeis credens Philonis fuisse: minime hoc silentio præterisset: quādo plus glorię extali opere deberetur Philoni: q̄ pro ceterorū omnium editione librorū unq̄ sit assecutus. Hinc & in prologo Galeato de illo uerbū faciens idē Hieronymus ait: q; liber ille Sapientię uulgo dicitur Salomonis. Non nostri est autē iam propositi quisnam libri Sapientię auctor fuerit, disceptare. etsi ei? (sub dei spiritu originalis auctor Salomon fuisse nō dubitetur a catholicis) uel q; emisit illum, uel traductionē aliquā eius fecerit, aut forsitan dispersum coegerit in unum Philo, aliqua horum nominū ratione auctor dici possit. Quā quidē rē docte plurimū ac pie resoluit Robertus Olkot omnibus clare nodis resolutis. Iam q̄ modeste Hieronymū criminis arguat Iaco

Operi Hieron. tomo 3. fo. m. l. i. 48

Cap. i.

i. Cor. xv.

K

Lec. ii. sup eodē lib.



bus, q̄ perfido Iudæo credulum se nimis exhibuerit: appendamus. Quid est (queso) hominē nimis credulum se alteri præbere: nisi leuitate imprudētī, hoc est nō iustis subsistētib⁹ causis, illius futilia verba pro ratione recipere in morum & veritatis iacturā: Qui cito credit (ait Sapiēs) leuis est corde, & minorabitur. & quidem merito. Nam Ioannes: Nolite (inquit) credere omni spiritui: sed probate spiritus si ex deo sunt. Sane cōtra istud saluberrimū Ioannis documentū perniciosē multum Hieronymus egit: si (vt cēset Iacobus) perfido se nimis credulū dedit: & ita leuis fuit corde: vnde & rebus minui cōmeruit. Audiat Iacobus. Adeo in rebus omnibus diuina secū agente gratia assiduū suscepit Hieronymus incrementū (tr̄n̄ abest vt rebus fuerit minutus) vt apud deum & homines nō fuerit pro diebus suis inuētus similis illi. Ipsum citemus vt Fabro respondeat ad obiectū crimen, q̄ Iudæo rum consulerit magistros. non autē primū sese Iacobus autumet, qui hoc viro sancto & prudentissimo ad vitiiū verterit: viuētī nimirum adhuc in carne, istud impiū opposuerūt. Illius autē respōsiō & Iacobo nō immerito iusta videri debet. Ait igitur ille sic. Obiiciat mihi quispiam cur hominē Iudæū habuerim præceptorē. &c. Et quoniā parīs erat culpæ, hæreticorum legisse libros, id est Origenis, Dydimi, & Cæsariensis Eusebii, quos etiā nō sine laudum titulis cōmendauerat: & Rabbi consuluisse Iudæorum: si neutriū pro uide licebat Christiano: vnā pro omnibus dedit respōsiōnē, qua meridiana luce clarius monstrat, & se Iudæos cōsuluisse, & legisse impiorum libros, vt rei Christianę ferret opē: omniaq; egisse adeo prudenti iudicio, dei adiutū gratia, vt fidei nihil omnino detrimenti fecerit. Quātū vero frugis inde suscepit, ipse pro modestia nō exprimit: at Christianus omnis peritus, nisi prauē afficiatur in pietatē, id ipsum cōfiteatur. Plane tamē testatur Hieronymus pro fidei propriæ tuitiōne: q̄ nulla omnium vnq̄ secutus sit aduersa catholicę fidei dogmata. Si Iacobus quę (vtinā nō curiosa singularitate) maluit in veteribus & minus in theologorū scholis discussis scriptoribus expiscari, ita recto fidei iudicio appendisset vt Hieronymus, secutusq; fuisset qđ bonū erat dūtaxat: iam nō pro perperam scriptis & assertis in ius traheret. Dicit tñ q̄ de Hieronymo sic eū loqui, dei veritatisq; zelus cōpellunt: q̄q; Hieronymi argumentū magis est dignū fauillis q̄ bibliis. Ego vero contra pronūcio, quos in bibliorū libros scripsit Iacobus cōmētarios, publicis dignos esse flammis: quas dudū cū id genus gręcissantiū scriptis rei Christianę perniciosis sensissent, si ecclesię rectores suas pro ratiōe egissent partes. eis inspiret deus gratiam qua sese inde liberare valeāt, & ecclesiam ab istiusmodi erroribus repurgare. sed de hoc sat sit. Redeo ad Iacobum: q̄ quoniā pro cōperto tenet Hieronymū inficiari sapientię librum esse de canone, seu auctoritatē habere in lege Christi: vt illum hoc in negotio errare conuincat, pro indubitabili sua opinione testimonio producit factam cuiusdā sanctę Elizabeth nescio quā reuelationē, his verbis. Cū virgo quędā Elizabeth nomine, deo velata a teneris annis, & quę a iuuenta diuinas patiebatur occupationes & angeli alloquia, semel interrogasset cuiusnā esset scripturę respōdit ei angelus: Spiritus sancti per Sapientē pronūciata. hæc Iacobus:

Ecc̄. xix.  
i. ioā. iiii.

M  
Apologia  
ad Pāmas  
chiū & O  
ceanū, qua  
incipit  
Schedule.

N

qui re vera credulum se nimis & id quidem sæpius sceminarum reuelationibus præbuit. Dico ergo ei nihil minus voluisse aliquādo Hieronymū, q̄ qđ existimat Iacobus: non enim ignorabat Sapientię librū vere de canone esse Christianorum: cū de illo ita in Ecclesiasticę historię libro quarto legatur. Cap. xxi. Egesippus, & Hirceneus, & omnis antiquorū chorus librum attitulatū Sapientię, Salomonis dixerūt: sicut Prouerbia. Hęc ibi. Solū enim dixit Hieronymus: q̄ de suo canone eiusmodi librum nō recognoscēbant Iudæi. At q̄ O fit suspectū qđ nobis attulit Iacobus de interrogatione Elizabeth diuinisq; illius occupationibus, quas pro arbitrio vel fabricat, vel pro certis recipit: quis non videat? Quid, precor, (si hoc rogauit illa) spirat: nisi apertam curiositatem, sed & meram perfidiam: de libro scilicet in concilio Niceno recepto, & per vnīuersas lecto ecclesias hęsitare mulierculas, cuiusnam esset auctoritas? Quid enim hoc ad virginē aut mulierē? viderit itaq; Iacobus si prudēter dederit se somniis sceminarū credulū. Indigna profecto sunt hæc penitus, quę in istiusmodi misceatur diuinorū librorum causis. Hinc & Iacobo consulendum, vt cum vnū quēlibet ecclesię doctorum in certamē vocare decreuerit: muliebribus non agat armis. Mulierem enim docere nō permittit Apostolus: sed vult q̄ in silentio discat.

¶ Propositio. LXXV.

In politia seculari esse debet vn⁹ monarcha ad rerū seculariū moderationē, & ad bella Christi cōtra hostes religionis cōficiēda. & hic impator Christianorum. Ca. xliii.

¶ Propositio. LXXVI.

Tali seculari monarchę omnes Christi reges, duces, procures, & omnes militię secularis ordines parere debent ad bella Christi conficiēda, nō vt regi alicuius particularis regni, sed vt monarchę sumoq; Christianorū impatori.

¶ Confutatio.

Iacobus Apostoli doctrinam explicaturus qua potestatibus parendū laicis iubet, Romanis dicēs: Omnis anima potestatib⁹ sublimioribus subdita sit: Non est enim potestas nisi a deo. &c. ita exorditur: Duę sunt in fidelium republica summe potestates: vna ecclesiastica quę pontificia dicitur, & altera secularis, quę regia. in prima debet esse vnus monarcha ad rem sacrā in optimo statu cōtinendā, & hic summus pontifex. quibus premissis annectit duo quę iā scripsimus proprio vtens pro ratione arbitrio. Nulla siquidem quę sit efficax suū potest assertū auctoritate vel suasiōne cōprobare, cum plane videatur in fide & moribus erroneum nedū seditiosum. Porro cum id quasi diuinū pretēdat ex Apostoli contextu haberi: quod ab homine omnino censetur indispensabile: qualem de Gallorū regibus ac gente (quę illū pœne a cunabulis & fouit & instruxit) ceterisq; Christianorū principatibus q̄ Romanorū certe nō audiunt imperatori, eū vides ferre sententiā: q̄ profecto quia nō reddunt Cæsari q̄ diuino iure illius (si recte decernit Iacobus) sunt, extra salutis viā vero inobedientes domino aberrant in horrendę dānationis barathrum properantes. Si enim illi Iacobi monarchę reges & principes vnīuersi parere tenētur vti supremo cunctis Christianis præfecto domino: & omnibus in confesso est quia id minime agunt: apostolicis palam

i. Timot. ii.

p  
Cap. xliii.

Q

i. Petr. ii.  
Ad Tit. iii.

contraueniunt: immo dominicis per apostolos madatis, scilicet Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. & per Petrum: Subiecti estote siue regi quasi excellenti. &c. & rursum per Paulum dominus, Admone (inquit) illos principibus & potestatibus subditos esse. quod est cunctos Iacobi sententia perpetuo cum Lucifero perisisse ac esse perituros: qui vni non obediunt imperatori. Quod vel cogitasse, quid magis temerarium ac delirum edidisse vero & imperialibus vehementer noxiu, utpote quibus (si Iacobi documentum ut proni sunt homines ceu oraculum recipiant) animos stulte ministrat, ut armis curent sibi audientes reddere cunctos: qui nisi id agant diuino condamnatur iudicio. & Francie regibus ac populo, consimilibusque qui imperatorem haud in dominum recognoscunt: quid Iacobi parere valet assertio nisi scrupos & animarum laqueus: at nobis sui causam dicti si ut offerat poscimus, eum obmutescere penitus oportebit: nisi forsitan dixerit ita sibi videri pro pio quem ad imperium gerit affectu: & quod pulchrum sibi apparet si Christianorum politia ut in spiritualibus, ita & laica aut seculari ditione monarchica foret. Vnde & ait: Duae sunt in fidelium republica summae potestates: vna ecclesiastica &c. Quis autem non admiretur scriptoris huius praesumptionem: qui nulla (ut praemissum est) ratione valida aut certa autoritate munitus, de arduissimo ius dicit negotio: Atqui catholicorum doctorum nemine ita locutum fuisse usque poterit monstrare. Quo enim id iure dicerent: cum neque de primario naturae dictamine istud existat, ut vnus omnium dominetur: nempe primis naturae legibus, eadem libertate eiusdem speciei singula supposita gaudebant. Quae autem quae primo super coequales principandi sibi usurparunt facultatem, non illud iuste, sed dominandi libidine id egerint: inde potest euidenter constare: quod diuinis reprobandur scripturis. Siquidem ut Genesis sacra narrat historia, hoc omnium praesumpit primus Nemroth, nepos Cham a patre suo Noe iusto Dei iudicio cum eius per Chanaan futura posteritate reprobat. Ita enim per Moysen scribitur: Chus filius Cham genuit Nemroth. Ipse cepit esse potens in terra: & erat robustus venator coram domino. Ab hoc exiuit prouerbium: quasi Nemroth robustus venator coram domino. Fuit autem principium regni eius Babylon. En quid potest dici apertius: Nemroth qui natura sibi coequalibus imperare vi cepit (quod de nullo ante eum legitur) regni principium habuit Babylonem. Egregium certe imperium, quod eo usque nobis commedat Iacobus ut illi nos omnes subesse decernat, titulum. Principium (inquit scriptura) regni Nemroth Babylon. quod est: alius principandi cupiditas miseram parit suo auctori confusionem. Vnde & de huiusce dominationis negotio citas Augustinus ex Trogo Iustinum, ita ait. Principio rerum, gentium nationumque imperium penes reges erat, quos ad fastigium huius maiestatis non ambitio popularis, sed spectata inter bonos moderatio prouehat: populi nullis legibus tenebantur, arbitria principum pro legibus erant: fines imperii tueri magis quam proferre mos erat: intra suam cuique patriam regna finiebantur. Sequitur. Primus omnium Ninus (scilicet pronepos Nemroth) rex Assyriorum veterem & autum gentibus morem noua imperii cupiditate mutauit. Hic primus

Cap. x.

Gen. cap. x.

S

Lib. iiii. de  
ciui. ca. vi.

intulit bella finitimis. & paulo post: Ninus magnitudinem quaesitae dominationis continua possessione firmavit. De huius autem historicae narrationis veritate ita subdit Augustinus, & dicit: Qualibet fide rerum vel iste scilicet Iustinus vel Trogo scripserit: constat tamen & inter alios scriptores, Regnum Assyriorum a Nino rege fuisse longe lateque porrectum. vtrum vero istud aut Nemroth proauo Nini, aut pronepoti agere secundum iustitiam seu rationis leges licuerit: ita definit Augustinus inquis: Inferre bella finitimis & inde in cetera procedere, ac populos sibi non molestos sola regnandi cupiditate conterere & subdere: quid aliud quam grande latrocinium nominandum est. Haec Augustinus: Quibus liquidum fit ex naturalis dictamine iuris minime esse, quod vno monarcha totus regatur in temporalibus orbis. neque id voluisse deum fixe, etiam de illa portiuncula terrae quam peculiari populo suo Hebrorum dedit, hoc est de Iudaea, manifestum est quod duntaxat tres genti illi, qui vnici, hoc est monarchice, rerum agerent summam, praesesse permisit: Saulem scilicet, Dauid, & Salomonem. Duos nepe post ipsum Salomonem diuisa regione (quorum neuter alteri subesset) praefici iussit. ut ex Regum tertio constat libro. & nuncupari alterum Iudae, alterum Israel Reges statuit. Quae praeterea non reprobauerit Deus multitudinis regum gentium titulos: quae non illi uti domino & creatori regumque omnium regi subessent: ex diuincum librorum historia, dictisque prophetarum satis est manifestum. Alioquin patriarcha sanctus Iacob de Pharaonis regis Aegypti regno pro se suaque domo partem ad incolatum non petiuisset: neque acceptasset oblatam. Sed neque regni eiusdem moderamen assumpsisset sanctus Ioseph: neque Daniel itidem Chaldeorum sub Nabuchodonosor summam gerere voluisset functionem. qui tamen (ut ait sacer textus) postulauit a rege: & constituit super opera prouinciae Babylonis, Sidrac, Misac, & Abdenago. At ne cui locus in re praesenti tergiversandi relinquatur: quod dicimus, Deum videlicet approbasse regum inter fideles pluralitatem: vnde conficitur plane non iussisse eum, ut vnus orbi laicus princeps dominaretur, cui ceteri parere (sicut Iacobus excogitauit) teneretur: vno monstrandum est verbo. Nimirum istud ineuitaliter ex eo liquet quod Helie sanctissimo prophetae ut vngeret Asahel regem super Syriam, dominus praecipit, dicens: Vade & reuertere in viam tuam per desertum in Damascum. cumque peruenis illuc, vnges Asahel regem super Syriam: & Iehu filium Namli vnges regem super Israel. Hinc & per Salomonem Dei sapientia. Per me (inquit) reges regnant, & legum conditores iusta decernunt: per me principes imperant. Et in euangelio dominus: Reges gentium dominantur eorum. Agedum per naturam legem ut monarcha toti mundo imperet aliquis, non decernit deus. In scripta vero & populo suo per Moysen tradita lege: hoc fieri non modo non iubet, sed plures ex equo principes illi mandat praefici. In euangelio autem: acta prius confirmat. Dicat igitur Iacobus: in qua potestate sancit vniversos Christianos reges & principes, monarchae vni, hoc est Germano imperatori audientes esse debere: quod profecto intolerabilis error merito ceteri debet. Neque est ut contendat parem esse inter Christianos rationem de ecclesiastica potestate (quae re vera monarchica est) & seculari. In hoc enim, puerili fallitur igno-

Li. iiii. de ci  
uita. ca. vi.

T

Cap. xii. &  
xiii.Gen. xvii.  
Gene. xli.  
Dan. ii.iii. Regi  
xix.Prou. viii.  
Luc. xxii.

X rantia. Porro cum diuine seu ecclesiasticę politię vnica sit lex inmutabilis, quę omni nationi quę sub cęlo est congruit, vna illius inuariabilis fides, vnicus in eadem introitus fides, id est baptisumus: Dei spiritu per Apostolũ Ephes. iiii. dicente: Vnus dominus, vna fides, vnũ baptisuma: vniciũ & suprenũ politię huius oportuit esse dei vicariũ: qui summã in terris sub eo gereret potestatem ne schismata in lege quę (vt dictũ est) inmutatã semper manebit, oriatur: aut si hominũ malitia (vt fit) id contingeret: manifesta authorũ foret damnatio. Vt preterea vna & ea catholica esset Christianorũ ecclesia: sicut hac cõsideratione exprimi Niceno voluit in cõcilio spiritus sanctus illi pre-fidens, dum dicitur: Credo vnã sanctã catholicã & apostolicã ecclesiam. & hoc inquã tã vnitate capitis primariũ, q̃ ministerialis ac fidei & legis: ad quã omnes indispensabiliter obligari noscuntur. In politia autẽ seculari non ita est, neq; esse potest: propter disparem variis in climatibus ac regionibus hominũ naturam. Nulla enim humana lex pro ciuili politia (quę de rebus particulatim decernat) fieri potest: quę indiscriminatim hominibus cunctis profit. Idem & de pœnis in ciuiliũ transgressores legum constat. Genus quippe tormenti vnũ quod vni vtile est nationi: alteri prorsus noxiũ esset. & hoc vltiori explicatione opus non habet: cum etiã in eadẽ regione aliter pro consimili cõmissio cędatur pueri: aliter adolescentes: aliter adulti. Ecclesiastici aut iuris censura, eadẽ apud omnes est: & in quãtũlibet distãtes ferri (vt certũ est) potest. Ita enim facile dei & ecclesię legibus parere cõtumaciter nolens: absens vt presens excõmunicationis mucrone feritur: & ita de precipuis aliis quibus ecclesia vitur castigationibus, cuiusmodi sunt suspensio, interdictum, irregularitas, & si quę sint consimiles pœne. Secus autẽ de ciuiliũ censura pœnarum: cuius (q̃ materialis est) non ferit gladius nisi presentem. Perpendat igitur Iacobus ex iis quę cõmunia sunt & expertis omnibus peruia, q̃ imprudenter & erronee ausus est asserere: Christianos reges & principes vniuersos obcedientiam vni seculari monarchę debere: & hoc quidem iure diuino.

¶ Propositio. LXXVII.

Vita futuri seculi est nostri cursus brauiũ: non debitum, sed gratis propositum, & gratis erogatum.

¶ Confutatio.

Si Iacobus solum dixisset vitam æternam gratis propositam: indigne illud ferre nemo deberet. Quando autem addit illam non esse debitam sed erogatam gratis: in errore se monstrat persistere, qui in superioribus (quãtum fat esse putamus) refutatus est.

¶ Propositio. LXXVIII.

Cap. xiiii. Fortitudo & sanitas mentis: est fortis & sana fides.

¶ Confutatio.

Z Et hic abusum propriũ circa fidei virtutem continuat Iacobus: nihil omnium virtutum reginę charitatĩ, aut spei donans: aut quasi res eadem prorsus essent fides, spes, & charitas: quod manifeste est hereticum: Quia dixit Apostolus: i. Cor. xiiii. Fides, spes, & charitas, tria hæc: maior autẽ horum est charitas, & alibi scri-

bit: q̃ fides per dilectionẽ operatur. At nequicq; sudaremus hic per scripturã Galat. v. rarum semitas discurrentes, vt arma contra Fabrum in eis abunde fabricata nobis defumeremus, ad presentem illius loquendi modum interimendũ. Plus satis enim illo vnico confessionis apostolicę verbo damnatum eundem monstratum in superioribus est, quo ait. Et si habuero omnem fidem ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero: nihil sum. Ecce non solum sanitatem mentis charitatem esse testatur Apostolus: sed & vitã: quod fidei competere negat. Nec est vnde saluare suum possit Iacobus assertum, q̃ dicat: fortis fides & sana: eadem enim prorsus fides est fortis & debilis, sana & infirma, quin & mortua: vt superius claruit. Nam & ipsius fidei fortitudo sanitas & vita, per Apostolum (vt omnium cæterarum virtutum) charitas est. Hinc per Salomonẽ Spiritus sanctus, non fidei, sed (sicut per Apostolum) charitatis: mentis fortitudinem tribuit, dum ait: Fortis est vt mors dilectio. Non eo autem inficias, quin fidei virtus mentis fidelis sit lumen, & charitatis operum regula: cuius officio agenda a fugiendis discernimus. Vnde & Apostolus Petrus dicens: Aduersarius vester diabolus tãq; leo rugiens circuit, querens quem deuoret: cui resistite fortes in fide: satis innuit quod dicimus. Is siquẽ diabolo potenter & sapiẽter resistit: qui fidei lumine illustratus, animi fortitudine (quę ex dilectionis feruore confurgit) nulli cedit leonis impulsui. Nam & ipsum sancti spiritus donum: quod fortitudo ab Esaia propheta vocatur, vbi ait de futuro tunc Christo: Requiescet super eum spiritus domini, spiritus sapientię & intellectus, spiritus consilii: & fortitudinis: quo etiam eminuisset beatum protomartyrem Stephanũ, sanctus Lucas refert dicens: Stephanus autẽ plenus gratia & fortitudine faciebat prodigia & signa. &c. non ad dona refertur intellectus, sed voluntatis.

¶ Propositio. LXXIX.

Impurius cibi & insalubres, vt ab eis abstinerent Iudæi, dicti sunt cõmunes & immundi: non q̃ qui his vitur peccet, sed vt ipsi essent & puriores & saniores.

¶ Propositio. LXXX.

Si Iudæi intellexissent hæc non eis ita esse prohibita, vt hæc, Non mœchaaberis, Non occides, Non furtũ facies: quę qui transgrediuntur peccant animoq; delinquit: sed trã vt incolumiores essent & corpore puriores: non autem q̃ qui vitur peccet, animoq; delinquat, & peccator cõstituatur: nõ vsq; adeo scrupulose hæssissent obseruantię ciborum.

¶ Confutatio.

Eia legislatorem Deum Iacobus Hippocratem nobis facit, aut Galenum, vel vnum quempiam cæterorum, quorum partes sunt & sanis & ægrotis cibos præscribere, quorum vsu hi fiant incolumiores & puriores, illi in sanitate conferuentur. Atqui Moyses (si verũ est Iacobi dogma) in ferẽda lege de ciborum delectu, omnia Dei iussu exactissime definiens in Leuitici libro (quę & ad maiore cautelam, in Deuteronomio p̃ eũ iterata sunt) nõ theologus, id est aiarũ medicus fuit: sed doctor i medicina corporũ. O noua Iacobi theologia, aut poti⁹ verę puerionẽ theologię. Nobis dicat (petim⁹) quo

Leui. ca. xi.  
Deut. xiiii.

cunq̄ sine deus quicq̄ hominī iubet : siue (vt cum eo loquamur) corporis prospiciat bonū, siue quodlibet aliud prætendat : iustū ne est vt illi pareat : iustū certe modis omnibus. Qui ergo illud negligit, contra præceptiā dei legem operatur: quod criminis ratio formalis est. Peccatū enim (vti theologorum beatū Augustinū sequens habet schola) est dictū, factū, aut cogitatum cōtra legē Dei præceptiā aut prohibitiā. Quando itaq; deus Iudeis, certis interdixit cibis, tam in piscibus q̄ volatilibus & terrę animatibus, dicitur in Leuitico. Quicquid ruminat & habet vngulam sed non diuidit eam, sicut camelus, & cetera: non comedetis illud. Expressis item quibusdā aliis viuētium generibus: inter quę sus numeratur: Horū (inquit dominus) carnis non vescemini. Rursum enūciatis aliis: Carnes eorū (dicit dominus) non comedetis. De quodam vero animantis genere loquens Deus ait. Hoc abominabile vobis execrandūq; erit. In Deuteronomio autē vno pro omnibus prohibitionis decreto dominus dicit. Ne comedatis quę inimūda sunt. De his vero cū aliis mandatis indiscriminatim sermonem dominus faciēs, præcipit & ait tā crebro. Custodite leges meas: seruate omnia quę mādauī vobis vt faceretis. Et per Salomonē: Deū time, & mādata eius obserua: hoc est omnis homo. Qua temeritate (quod catholicorū sensit nullus doctoz) presumpsit Iacobus dicere, diuinorū huiusmodi præceptorū præuaricator res nō peccare: aut hos certe damnet criminis necesse est: aut parētem primū absoluat, cui solū dictū est: De ligno sciētię boni & mali ne comedas. Porro sicuti dominus pœnam protoplasto qua pleteretur si iussui non audiret, prædixit addēs. In quacūq; enim die comederis ex eo, morte morieris. ita & Hebręis si vniuersas domini leges non custodirent: omnia nōn semel sed centies comminatus est ipse mala. sed declinandī causa fastidii, fat fuerit vnū afferre pro ceteris edictum eius. Cum enim in Numerorū libro contra eos qui vel ignorantia vel infirmitate in domini leges nōnihil cōmississent, pro expiatione certas deo iubente statuisset Moyses pœnas, pro trāsgressoribus aliis ita ad verbum censet. Anima vero quę per superbiam aliquid cōmiserit, siue ciuis sit ille, siue peregrinus: quoniam aduersus dominū rebellis fuit: peribit de populo suo. Verbum enim domini contempsit, & præceptum illius fecit irritum. Idcirco delebitur & portabit iniquitatem suā. Hęc ibi.

**D** Et q̄ non tm̄ hoc velit Deus de naturalis legis præscriptis, vt sunt quę hic Iacobus expressit, Non mœchaberis, Non occides, Non furtū facies, & cōsimilia: verū etiam & de illis quę dūtata idcirco mala sunt, quia prohibita, hoc est de iure diuino mere positiuo: inde monstrat q̄ consultus dominus quidnam decernere ei placeret aduersus hominem, qui pauca collegerat in die sabbati ligna, quod certe naturali obuiare legi haud erat dicēdum: illū mortis reum durissime damnauit. Eodē enim Numerorū libro ita legimus. Factum est autē cum essent filii Israel in solitudine, & inuenissent hominem colligentem ligna in die sabbati: obtulerunt eum Moyfi & Aaron & vniuersę multitudinī: qui recluserunt eum in carcerem nesciētes quid super eo facere deberēt. dixitq; dominus ad Moysen: Morte moriatur homo iste, obruat eū lapidibus omnis turba extra castra. Cūq; eduxissent eū foras, obrue-

runt eum lapidibus, & mortuus est sicut præceperat dominus. sic dominus. At forsan diffugia queritans Iacobus aut ei addicitū, dicent non inde posse haberi, q̄ prohibitis vescentes cibis etiam citra ignorantiam & infirmitatem, sed pro arbitrio, in deum peccarent animoq; delinquerent: quia lignorum illa collectio sabbati concernebat obseruantiam: quæ de iure naturali censetur: delectus vero ciborum nequaq̄. quibus est ita respondendū. Principio et si verissimum fateamur iuris esse naturę vt summo creatori deo homo cæteris prælatus creaturis mortalibus cultum certis impendat temporibus, et si vis q̄ die sabbato, cui benedixit dominus: minime tamen lex ipsa dicit, illicitum esse, die illo septimo, aut alio quolibet ligna colligere. Ius siquidem istud diuinū (vt prohibitiones super nonnullis factę cibis) mere positiuum est. Dein si contendant isti hominem criminis non esse reum apud deum, quod est animo delinquere, peccatoremq; (vt cum Iacobo dicam) constitui, nisi iuris naturalis fuerit præuaricator: illis plene obuiat q̄ transgressionem præcepti primo nostro parenti facti (quæ mere ciborum concernebat delectum: & propterea nequaq̄ ius naturale dici poterat) ad tam horrendum imputauit Deus iudex iustus crimen. Si præterea deus sic quorundā carnes animalium ita decreuit prohibere: vt populisui salubrius haberent corpora: quibus autem illis vesci placeret, impune (quantum ad diuinam attinet iustitiam) id possent, neq; ob hoc vescitibus lator legis irasceretur Deus, aut culpam aliquam secundum animam contraherent: Cur (precor) tam dira subire maluerunt & inaudita prius tormenta sancti Macchabæi martyres, ne diuinæ legis super carnis porcine vetito vsu late præuaricatores fierent? ex actis nimirum in ea causa, euidentissime Iacobi panditur error, quem impræsentiarum tractamus, scilicet q̄ Deus Iudæos non sic a carnibus quas immundas decreuit abstinere volebat, vt si quis earum aliqua vteretur, diuinæ legis esset propter hoc censendus præuaricator, & ita crimen incurreret. Nempe dum beatus ille senex Eleazarus vnus de primoribus scribarum, id est legis doctorum, Antiochi tyrannide, vt edicto diuinæ legis prohibitas carnes suillas ederet sub capitis pœna compelleretur: ipse, vt qui magister in Israel, & quidem timoratus erat, rem omnino illicitam & diuinæ contrariam voluntati protestatus est, vetitis scilicet carnibus vti: sic enim habet scripturæ canonicæ litera. Eleazarus vnus de primoribus scribarum, vir ætate prouectus & vultu decorus, aperto ore hians compellebatur carnem porcine manducare: at ille gloriosissimam mortem magis q̄ odibilem vitam complectens voluntarie præibat ad supplicium. Intuens autem quemadmodum oporteret accedere patienter sustinens, destinauit non admittere illicita propter vitæ amorem. En legis peritissimus & doctor Eleazarus in eiusdem legis sensibus & intelligentia expertissimus: plane definit esum carniū prohibitarum illicitum, & adeo vsq; voluisse dominum Iudæos obseruantię præceptorum super ciborum delectu factorum tenaces esse: vt mortem potius temporalem sustinerent q̄ eorum admitterent aliquando transgressionem. Vnde & paulo post. Adolescentibus inquit Eleazarus, exemplum forte relinquam: *ii. Macc. vi.*

si prompto animo ac fortiter pro grauissimis ac sanctissimis legibus honesta morte perfungar. De casu autem septem illorum fratrum qui ab eodem Antiocho sacrilego subinde cogebantur ut carnes manducarent cum eorum matre beatissima, sequetur in modum sacer habet textus. Contigit autem septem fratres vna cum matre apprehensos compelli a rege edere contra fas carnes porcinas, flagris & taureis cruciatos. Vnus autem ex illis qui erat primus, sic ait: Quid queris, & quid vis discere a nobis? parati sumus mori magis quam patrias dei leges preuaricari. Quid ad ista respondere possit Iacobus non video. Littera sacra dicit fas nulli fuisse, prohibitis vesci carnibus: quia scilicet prohibuerat per Moysen dominus, dicens: Eorum carnibus non vescimini. Eleazarus sanctus martyr, & in legis sensu doctissimus, leges quibus ciborum delectum prescripsit dominus, grauissimas vocat & sanctissimas. Primus item fratrum septem, diuine legis preuaricatorem illum decernit: qui presumeret vetitis vti. Est ergo manifeste hereticum quod theologizans asseruit Iacobus, Deum scilicet eiusmodi prohibuisse viuentium carnes: non quod qui vteretur peccaret aut animo delinqueret: sed hoc solum egit ut in medicina magister, ad corporis incolumitatem prospiciens. Hoc vero & nostrum contra Iacobi errorem indubie firmat propositum, quod beato Petro cum caelitus vas animalium immundorum (quorum scilicet carniuum dominus vetuerat usum) plenum fuisset in visione oblatum: & facta esset ad eum vox huiusmodi.

Actu. x. Surge Petre, occide & manduca. Respondit Petrus dicens: Absit domine, quia nunquam manducaui omne commune & immundum. quasi diceret. Absit: quia si hoc egero: in deum pecco, & me legis (quod antea nunquam mihi accidit) preuaricatoris constituo. Quis preterea acceptabit quod adiecit Iacobus dicens: Iudeos dei voluntatem in prohibitione eis super discretionem ciborum facta non intellexisse: cum (ut inquit) existimauerint deum ita cibos vetuisse, sicut mactantiam, homicidium, & furtum. quoniam non ita (ut vult Iacobus) intendebat deus. Et hanc ob rem (ait) scrupulosius e quo herentibus ciborum obseruantie Iudei. Quod temere enim & ignoranter istud quin & blasphemie cogitauerit & scripserit Iacobus: non est videre difficile. Si enim verum scripsit: populo suo non sufficenter prouidit legislator deus: sed plane (quod horrenda foret blasphemia) eum fefellerit: preceptiuis scilicet ut edo his verbis. Non comedetis istas vel illas carnes, illis non vescimini, sit istud vel istud vobis abominabile ac execrandum. cum tamen nolit ad huiusmodi eos teneri. Quis insuper credat Moysen ipsum, Aaron, Iosue, Samuelem, Dauid, Heliam, Heliseum, Esaiam, & ceteros sanctos prophetas dei non intellexisse legem? quin & sacerdotum & scribarum collegium: quibus autoritate dedit eam populo interpretandi, & resoluendi omnes que in ea occurrere possent difficultates, precipiens multitudiniter tenere quod illi decernerent. Sic enim in Deuteronomio mandauit dominus. Si difficile & ambiguum apud te iudicium esse perspexeris inter sanguinem & sanguinem, causam & causam, lepram & non lepram, & iudicium inter portas tuas videris verba variari: Surge & ascende ad locum quem elegerit dominus Deus tuus, veniesque ad sacerdotes Leuitici generis & ad iudicem qui fuerit illo tempore, quareque ab eis, qui iudicabunt tibi iudicium

Cap. xvii.

veritatem: & facies quodcumque dixerint qui presunt loco, quem elegerit dominus, & docuerint te iuxta legem eius: sequerisque sententiam eorum, nec declinabis neque ad dexteram, neque ad sinistram. qui autem superbiert nolens obedire sacerdotis imperio: ex decreto iudicis morietur homo ille, & auferes malum de Israel: cuiusque populus audiens timebit, ut nullus deinceps intumescat superbia. Ecce precipit dominus prepositis, ut secundum legem quicquid difficultatis: aut ambigui fuerit ortum, elucident: & populo, ut illibate eorum sequatur supremam sententiam. Si ergo non capiebant dei mentem qui preerant: facile eos delirare iudicando contigisset: & ita obligasset deus plebem suam: pro veritate, iudicium erroneas sequi sententias. quod sacrilegum est sentire: Nam & predixit, quod illi iudicium iudicarent veritatem. Dicat etiam Iacobus, utrum Eleazarum & ceteros qui elegerunt magis mori, quam carnibus vesci porcinis: hoc agentes peccasse existimet. si ita opinatur, eius obstruit os & cor percutit scriptura, quae ob illud ut sanctos dei martyres eos effert pronis: & ecclesia catholica quae ut tales veneratur & colit. Si vero scripturae (vnde debet) audiens Iacobus, eos pie fortiterque egisse concedit, & vnde apud deum & homines immodicam comuerunt gloriam: non possit autem quoslibet Iudeos inuenire, qui vnumque has sanctas leges de ciborum delectu tenacius seruauerint, qui earum fixius adhererint obseruantie: pro quibus ergo verum erit quod dicit, Iudeos non ita scrupulose. &c. quia hoc esse vitiosum ipse innuit: sed certe tota via delirans. Ut autem illi donemus quod prohibitionis aliam habet causam, quae per decalogi vetantur leges, & aliam quae de se in differentia sunt: cuiusmodi res est quam tractamus, ciborum scilicet delectus: quod illa (ut solet dici) lege scripta prohibita sunt, quia sua sunt natura mala: haec vero idcirco tamen mala sunt, quia prohibita: & ita ad diuinum ius posituum pertinere noscuntur. si tamen fuerit Iacobo monstratum: quod fere (si non semper) seuerius egit Deus puniendo positiuarum preuaricatores suarum legum, quam naturalium: quid nisi indignationem aut confusionem suo sibi peperit asserto? Hoc itaque nouerit quod cum furtum & mactantiam in vniuersum deus K de naturali etiam diuinum faciendo ius, expresse vetuerit per legem: nullum tamen simplex furtum aut mactantiam sub capitis poena prohibuit. quod eum certum est effecisse de multis, & quo ad ciborum delectum & alia quaedam, pure positiuis legibus: ut puta de fructu arboris scientie boni & mali: super quo ait: in quacumque enim die comederis ex eo, morte morieris. Item & de pane Gene. ii. fermentato. Qui comederit (dicit dominus) fermentatum: peribit anima eius de Exo. xii. coetu Israel. Illud preterea qui die sabbati ligna legerat: Deus reum mortis Name. xv. censuit. ut paulo ante dictum est. Quid autem de aliarum transgressoribus legum quas super ciborum discretionem dominus tulit (si fuissent aliqui coperti) facturus erat: inde potest facile conici, quod integerrime ille semper dum Hebraeorum vigit politia fuerit obseruatae. Nam & Petrus velut insigne aliquod facinus, immundis vesci exhorruit, dicens: Absit domine. &c. Et ipsi martyres Actu. x. Macchabei mori potius elegerunt honeste: quam illarum preuaricatores fieri. & hac nimirum seueritate Deum credimus fuisse usum: quo manifeste cunctis monstraret sibi ab homine plenam in quibuscumque etiam minimis



deberi obcedentiā, ampliusq; sibi gratā esse, & ad cumulatiuē eā acceptare  
 L meritū, ubi sola pro ratioē diuina cōsideratur volūtas p̄cipiēs. Quod inde  
 i. Reg. xv. potest euidentissime colligi q̄ cū Saul vnū de huiusmodi pure positiuus dñi  
 p̄teruisset iussis, sub quadam pietatis vmbra parcēdo. s. Agag regi Ama  
 lech, & quibusdā aliis reseruatīs reb⁹, vt de illarū parte Deo immolaretur,  
 cū dñs omnia exterminari mādasset: Samueli (cuius ministerio ipm Saulē  
 Deus in regē vn̄xerat) dixit: Pœnitet me q̄ cōstituerim Saul regē: quia de  
 reliquit me. & verba mea opere nō impleuit. eidē vero regi factū suū excusa  
 re studētī, & ipsi Samueli (qui eū sup̄ diuini p̄uaricatione p̄cepti dure  
 corripiebat) dicētī. Immo audiui vocē dñi, & ambulauī in via per quā mi  
 fit me dñs, & adduxi Agag regē Amalech, & Amalech interfeci. Tulit autē  
 de p̄da populus oues & boues, primitias eorū quę cesa sunt, vt immolet  
 dño deo suo in Galgalis. Respōdit (iubēte dño) Samuel propheta, & dixit:  
 Nūquid vult dñs holocausta & victimas: & non potius vt obcediat voci  
 dñi: Melior est em̄ obcediētia q̄ victime, & auscultare magis q̄ offerre adie  
 pem arietū. quoniā quasi peccatum ariolandi est repugnare, & quasi scelus  
 idolatrię, nolle acquiescere. Pro eo ergo q̄ abieciisti sermonem dñi: abiecit  
 te dñs ne sis rex. Sic p̄ Samuelē dñs. Vnde clarissimū quod p̄tēdimus eu  
 dit. s. q̄ etiā alia sit prohibēdi causa in his quę diuini sunt iuris, naturale vel  
 replicantis vel explicātis: & alia in illis quę sunt ad illud primēuū indiffe  
 rētia: nihilo tñ minus hominē teneri vult deus ad ea quę supra naturę legē  
 pro suo beneplacito iubet: q̄ ad ea quibus vt obtēperet homo innata diuinit⁹  
 suggerit ratio. Hęc autē omnia Iacobus nō (vt debebat) perpēdit: sed vnū  
 dūtaxat illi occurrit, quod suo p̄posito aduersari formidauit, scilicet ap̄torū  
 decretū, qđ sup̄ istiusmodi ciborū delectu in solēni Hierosolymis celebrato  
 concilio editū est: cui vt obuiaret, propriū & ipse opposuit edictū, his verbis.

¶ Propositio. LXXXI.

Qz apostoli in primitiua ecclesia mandauerūt vt gentes abstinerēt ab ido  
 lothitis, sanguine, & suffocatis: non ideo mandauerunt, vt qui vterentur pec  
 carent, essentq; protinus peccatores: sed ne illusionibus dæmonū paterent.

¶ Confutatio.

M A deo circūspēcte & prudētī cōsilio sua cōcinnat sensa Iacobus: vt eorū mul  
 ta sese palā interimāt. qđ & hic nō immerito vsu ei venit: qui apostolorū in  
 rētionē regulare suis audet decretis. Porro cū dæmonū illusionibus nullus  
 semetipsum gratis valet exponere, absq; grauī noxa seu crimine: quia dñs p̄  
 Sapientē dicit: Qui amat periculū: in illo peribit. Doctore autē Iacobo, qui  
 prohibitis apostolorū sentētia vescerētur idolothitis, sanguine, vel suffoca  
 tis: se ipsorū illusionibus dæmonū cōmitterēt: Protinus igitur peccatores  
 essent. cuius oppositū Iacobus, hoc modo sibi obuius, verū esse cōtēdit. P̄  
 terea cū a dño apostolorū chorus potestate accepisset euangelicā mūdo p̄  
 dicādī doctrinā, illā explicandī & interpretādī, ita vt quodcūq; ad salutem  
 pertinēs, nō solū vna simul decernētes definirent, sed & vnusquisq; eorū, ve  
 luti dei vocē id esset acceptandū: certū relinquitur, quod illi statuebāt diui  
 nū esse p̄ceptum. Id expresse ita se velle Christus eis declarat, dicens: Qui

Adu. xv.

Eccli. iiii.

Luc. x.

vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. & iterum. Vos non estis  
 qui loquimini: hoc est non vestra autoritate aut facultate humana: sed sp̄s  
 ritus patris vestri qui loquitur in vobis. Quādo igitur gentibus mandaue  
 runt apostoli spiritu sancto suadente; abstinerē ab idolothitis, sanguine, &  
 suffocatis: nōne intendebant illas eorū debere mandatis omni animi deu  
 tione obtēperare? Sic profecto. Vnde notū apparet, quia qui id neglexisset,  
 diuini esset mādati p̄uaricator. Sed dispiciamus q̄ infideliter de beatorū  
 apostolorū & seniorū decreto ita loquens censuit Iacobus, dum ait, obliga  
 tos non fuisse fideles ex gētibus cōuersos sub mortiferę culpę debito, serua  
 re quę illis ex eorū sententiā mandata fuerāt. Ad hūc siquidem modum de  
 creuerāt patres. Visum est spiritui sancto & nobis: nihil vltra imponere vo  
 bis oneris q̄ hęc necessaria, vt abstinēatis vos ab immolatis simulachrorum  
 & sanguine, & suffocato & fornicatione. Agedū quid dici posset expressius,  
 vt intelligerent subditi sese deuinciri seruare qđ mādabatur: Spiritus sancti  
 enim autoritate & sua, apostoli & seniores humeris conuersorum ex genti  
 bus id imponūt vt agant: non vt consiliū proponūt: non ingerunt quasi mo  
 nitum aut suasionem: sed aiunt. visum est spiritui sancto & nobis: nihil vltra  
 imponere vobis oneris, q̄ hęc. & vt omnis tollatur libertas, & sincere parē  
 di necessitas explicetur: addunt dicentes: q̄ hęc necessaria: scilicet vt absti  
 neatīs vos ab immolatis simulachrorum. &c. Quid sibi vult, quęso, hęc mā  
 dati forma, nisi istud? Spiritus sancti fungentes munere, vobis vt tāq; ad ve  
 stram salutē necessaria ab his abstineatis imponimus. Demiror profecto &  
 quidē vehementer, qua iustitia concipere potuit homo iste: gentes adhuc li  
 berū habuisse post p̄sens auditū mandatū, non abstinerē, & hōc impūne.  
 omnino enim sese iudicio carere sic scribendo monstrat: asserens non tñ qđ  
 in fide erroneum est, verū etiam p̄orsus inopinabile. At si ab ipso quāsieris  
 illusionibus dæmonū cur pateant vescentes sanguine, aut suffocato, vel ido  
 lothitis, hoc est ritu gentilitio simulachris dæmonū immolatis: Respondet  
 & ait. Hoc contra Celsum testatur Origenes. Hęc enim afficiūt cōrpus &  
 humores vt dæmoni (si deus permittit) apta sint instrumēta ad illusiones  
 patiēdas, vt & ea patiatur q̄ & energumini, id est a spiritu immūdo agitātī.  
 Hęc respōdēdo Iacobus perpulchrā sane theologiā nos docet. Verū quid  
 si idolo qs phasianū, p̄dicē, aut saluberrimas suapte natura ceterorū quorūq;  
 viuētū carnes sacrificās obtulisset: nunqd ob hoc immolati phasiani aut al  
 terius optimi viuētis sic geni⁹ & cōplexio inficeretur, vt eo vtrēs q̄tū ad cor  
 poris & humorū ei⁹ attinet statū, deterius esset habitur⁹? cū p̄tērea p̄ cocorū  
 arte q̄ p̄det a medicis traditionibus, multa & fere meliora tū terrestria, tū  
 volatiliū corpora succulentiora putant, & magis nutritiua ac salubriora, si  
 fuerint suffocata, q̄ ab illis sanguine venis celsis educto. Hoc certius q̄ ego  
 ipse norunt experti, etsi non omnīū sim ignarus. Quid nos Iacobus ad culi  
 narū trahit iura? Quinimmo qua frōte apostolos & ecclesię primarię capita  
 medicos aut cocos statuit: vt scilicet p̄scribant cōuersis ex gētibus cibos,  
 quibus eis ne vtantur, consulunt tñ: si recte docuit Iacobus. Qz si non au  
 diāt cōsultoribus apostolis, sed sua malint libertate gaudere: qđ pro illius

Matth. x.

Adu. xv.

O

P

sensu hoc eis sub criminis reatu non indicitur: id dūtātaxat experientur incōmodi, q̄ eorū corpora taliū esu insalubriter afficiētur, adeo vt aptiora ad demōnū patiendas illusiones reddātur. Mirum si qui hos Iacobi aphorismos legerūt: non iudicarūt illū dæmoniācis illusionibus (non ob sanguinis aut suffocati vsu: sed aliis vere defendis causis) semetipm̄ patentē prestīssisse.

Marc. vii. Nempe de cōuersis tūc ad Christi fidem ipse promiserat: dicens: Signa autē eos qui crediderint hęc sequentur. In nomine meo dæmonia eiciēt, linguis loquentur nouis, serpentes tollent: & si mortiferū quid biberint, nō eis nocebit: super agros manūs imponēt, & bene habebūt. Iacobus autē Origenem secutus, dicit apostolos ad fidem cōuersis gentibus ne demōnū paterent illusionibus, instar medicinę artis professorū, preseruatīū dedisse, per quorū dā delectorū ciborū remediū: quasi a dño data potestas, nō solū vt nō dominaretur fideli inuito cuiuspiā vis aliqua sathanę, sed & si quēlibet obsidisset, in eius mox eliminaretur nomine, inefficax esset. quod omnino blasphemū pronūciamus, verbo innitentes domini, qui ipsīs apostolis referētibus illi q̄ etiā dæmonia in eius nomine eis subiecti essent: respondit inquis: Ecce dedi vobis potestātē calcandi super serpētes & scorpiones, & super oēm virtutē inimicū & nihil vobis nocebit. Ex omnibus autem pro hac deductis causa liquere satis credimus, q̄ istiusmodi dogmata in Iacobi nunq̄ ascendissent: nisi illud dæmoniācis aperuisset illusionibus. eū ad salutem & nos dñs dignetur illustrare: quoniā in ciborū discretionē tā per Moyse legē q̄ p̄ apostolos pro cōuersis ad Christū gentibus facta, miseranda cęcitate laborasse videtur. Vt autē ita desperet inde illū cōcitatū reor, quo ieiuniis & abstinentiis in claustris pœnitentiū & omniū Christianorū detraheret, aut viā ad detrahendā pararet: quod proxime aggreditur & quidē perniciosissime. Non est vero p̄sentis speculationis: vt (qđ nostras vires superare fatemur) expli care cōtēdamus, mysticas videlicet causas, & referre ex sanctis doctoribus: cur dñs voluerit Hebræorū populo suo esum sub criminis phibere pœna: verbī causa, carnis suille aut leporinę, & aliorū. nihil certe in his omnibus, iustissimis prohibitionū rationib⁹ vacat, quę animā respiciāt, nō corpus: vt hallucinando putauit Iacobus.

¶ Propositio. LXXXII.

Sunt qui vouerunt carniū abstinentiā. esto: se voto astrinxerūt & vinculum sibi iniecerūt, quod forte Deus non poscebat. Iccirco abstineant. At non in hoc q̄ abstinent, magnū bonum est: sed in hoc q̄ iustitiam seruant.

¶ Propositio. LXXXIII.

Cap. xvi. Videant ne hac tēpestate nōnulli fortasse sint stultā pietatē populo præter Christi doctrinā inducētēs. & sequitur: Quid mihi quadragesimas nouas ieiunare, & legitimā soluere? Quid oratiūculis fidere, quorū author incertus est: & aplicas obseruationes ommittere? Quid in cucullo mori, cū in seculari habitu toto vitę tuę vixeris tpe hęc & similia doctrina Christi nō mādāt.

¶ Propositio. LXXXIII.

Doctrina Christi docet gratiā dei & misericordiā attendēdā ad salutē: non autē queis alia: quę fortasse magis superstitiosa sunt, q̄ religiosa.

¶ Propositio. LXXXV.

Hæreamus soli Christo, & doctrinæ Apostolicæ: nam illa & sufficit, & prima & præcipua est ad salutem.

¶ Confutatio.

Fidelium cōmodis, & fidei ac morū puritati consulere sapiēter putabat Iacobus: dū tria quæ potissimū his propositionib⁹ quatuor cōplexus est mundo prædicauit. & profecto eius verbum nūq̄ ad authorē vacuū redibit: Nō enim sterile fuit, quin potius vim tantā habuisse illud (heu) cōpertū est: vt apud p̄ceptorē Fabrū libēter id audientes innumerabiles in doctoris sententiā facile cōuersi fuerit: sed (vgh vgh) a deo & ecclia execrabili schismate & apostasia auersi. Martinus Luther cū olim solēni professione religionis sanctę iugum subiisset longosq̄ pertulisset annos: his tamē Iacobi decretis cōsentaneę agens, cucullo reiecto monialem sceminā sacrilego sibi scedere copulauit: cum quot aliorū qui etiā monasticā professi vitā fuerant, nouit Germania. Frācisani plures (accepta quā hic tradidit Iacob⁹ ansa) sanctū exosi ordinem ad laicorū statum retro cum Luthero aspiciētēs: etiā vxores duxerunt. Non pauci præterea ad verbū Iacobi (qui ieiunia, oratiūculas, sacrorum ritus ordinū, humanas cōstitutiones, & similia: ob stultam inducta fuisse pietatem innuit) ecclesię sanctiones nihil ducunt: carnisq̄ cæterisq̄ prohibitis esculentis, quadragesimę & omni alio tēpore promiscue vtūtur. Et eo vsq̄ docēdo hæc & procurādo in dicecesi quam incolebat Faber, rem suam promouit, vt Christi populus ita in sese diuisus videatur & re vera sit, vt ipsius discipuli catholicos palā vocitēt idololatrias: q̄ sanctos & eorum imagines venerātur sicut antea, coluntq̄: Fabri vero dogmata sequētēs: vel Lutherani, vel Turelupini passim appellantur. Quorū Regię domus (quā Palatium dicunt) Parisiis carceres modo cōplures occupāt. primi vero sub doctore Iacobo magistrī, iustitię vultū cū eo fugiētēs: latibulis seipsos tuētur: sed certe Dei nō poterunt effugere manus. Animaduerte ex his q̄ hereticorum patre diabolo cooperatē & permittente Deo, efficax Iacobi fuerit semen, ac fecundū. At quæ seminauit homo specie humilis: iam vtcūq̄ meritū eum dñs & similes misericordiæ oculo respicere dignetur. Amen. Hęc dixerim in genere: quādoquidē particulatim laborandū nō video esse mihi, vt mōstretur q̄ impiū fuerit & schismaticū, sacrarum statibus religionū derogando, Iacobū dicere: earū obseruātiās esse præter Christi doctrinā. quod est plane hæreticū: & qđ eruditē plurimū & q̄tū puto ego efficaciter cōfutaui libro tertio Antilutheri, vbi de votis agit monasticorū, Iudoc⁹ Glichetoueus, olim Iacobi discipulus, nō parum ad tempus per eum seductus: sed iam diuina bonitate de Saulo factus Paulus, ecclesię ritus leges & iura omnia (qui ecclesiam in nōnullis ad officiū ecclesiasticū spectātibus Iacobo prius nimium credulus impugnare cœperat) fortiter & indefesso studio cōtra veterem magistrū suū sub Lutheranorū nomenclatura defendit: ea scripturæ & doctorū ecclesię autoritatibus ac rōnibus cōstare monstrās. Discipuli quondā, nunc autē & quidē merito magistrī scriptum legat Iacobus: & nō confundatur a theologo (quē cæteris in disciplinis olim auditor

rem habuit) discere: quæ sunt diuine professionis. Itidem & veteri magistro Fabro, pro eo quod ait abstinere hoc est ieiunare, magnum non esse bonum: respondet etiam libro tertio propugnaculi ecclesie contra Lutheranos Clichtoueus. in eo enim ieiuniorum obseruantiam, abstinentiamque ciborum ecclesiastica lege inductam commendat: contra nonnullos ipsa ieiunia & ciborum delectum impie danantes. Quod autem illic Iacobi nomen non expresserit Clichtoueus, olim præceptorum id donans: non minus tamen contra eum militat quæ scribit, quæ contra Lutherum & Erasmodum expressos: Cum tres eiusmodi scriptores, etsi non

V eadē impudentia, eodē tamen erroris spiritu his de rebus sunt locuti. Ad ea vero arma quibus aduersus ipsos conflavit Iudocus: ego quoque & hanc unam adiucio fabam, si forsitan (quod iam me fugit) in eodē non sit opere: videlicet quod ad summam ieiunii & abstinentiæ commendationem totiusque monasticæ vitæ rigorem comprobandum contra detrahentes: ad cumulum sat esse debet, quod Christus dominus tam eximie laudum titulis eas ob res extulit Baptistam Ioannem, ut de eo diceret quasi humano more loquens propter heroicam illius in abstinentia parsimonia. Venit Ioannes, neque manducans, neque bibens: & dicitur, dæmonium habet. Cur autem ita dominus voluerit loqui: per sanctos euangelistas

Matth. xi.

Matth. iiii.  
Marcii.

Matthæum & Marcum exprimi fecit his verbis: Ipse autem Ioannes habebat vestimentum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos suos. Ecce monasticum vestitus austeritate: quæ & cucullum comprehendit. sequitur. Esca autem eius erat locusta & mel siluestre. Ieiunium hic Baptistæ assiduum, ecclesie tunc futuræ dominus prædicat, ut ad imitationem inuitet omnes aut factio certe, aut animi voto. alibi quoque ait: Beati qui nunc esuritis: quia saturabimini. En Christus

Luce. vi.

X abstinentes beatos pronunciat illis æternæ saturitatis præmiū pollicetur. Et Iacobus: Ieiunium (inquit) magnū bonū esse nemo existimet. In quo sese profecto non Christianum, sed plane Iouinianum (Augustino doctore) monstrat. Is enim in primo de fide, Petrum alloquens: quanto magis inquit fortioribus cibis corpus impletur, & carnalibus cor hominis actibus affectibusque implicatur: tanto frequentior culpa in hac mortalitate contrahitur. sequitur. Propterea humiles serui Christi, qui cupiunt domino suo sine impedimento & absque animi noxia occupatione seruire: coniugia omnino non appetunt, & a carnibus & vino abstinent in quantum valitudo permittit. Libro ite de ecclesiasticis dogmatibus. Sacratam (inquit) virginitati nuptias coequare, aut pro amore castigandi corporis abstinentibus a vino & carnibus nil credere meriti accrescere: non

Cap. lxxviii.

eadem opere  
rum parte.Li. i. contra  
hereses Iouiniani.

uinia. ca. ii.

hoc Christiani, sed Iouiniani est. Et hoc quidem rectissime censuit Augustinus. quoniam sicut docet Hieronymus: Vnus Iouiniani errorum is erat, abstinentiam ciborum, & cum gratiarum actione perceptionem nihil quoad meritum distare.

Y quod quidem dogma quod sit Christianitati perniciosum, & in moribus erroneum, luculentissime aperit, & illum potentissime scripturis & argumentis refutat

Parte opere.

xi. ca. lxxviii.

Epi. lxxxvi.

sub lsa. C.

ipse pater sanctus Hieronymus, a capite. xxxiiii. scripti, ad. xli. vsque. libro autem de hæresibus ipse B. Augustinus. Inter omnia Iouinianus (inquit) nihil prodesse se tradit ieiunia: vel a cibis aliquibus abstinentiam. Epistola denique ad Casulanum ita ad verbum scripta: Ego in euangelicis & Apostolicis literis totoque instrumento quod appellatur nouum testamentum animo id reuoluens:

video præceptum esse ieiunium: quibus autem diebus non oporteat ieiunare, & quibus oporteat: præcepto domini vel Apostolorum non inuenio definitum. hæc Augustinus. Vnde satis liquet Iacobum, Christianorum derogando ieiuniis: Iouinianum esse ac Lutheranorum præceptorem, non Christianum. Neque eum liberare valet quod de quorundam religiosorum inducit abusus. Alioquin ut vetus Dei testamentum daretur compelleretur: quod eo abusi sunt omnes illius præuaricatores, tum sacerdotes, tum reges, principes quoque & populi. Itē & nouum: quia eo etiā non sunt ad salutem pie vsi proditor Iudas, Simon magus, Ananias & Saphira, Nicolaus, & innumera cæterorum turba. Cum vero non possit iustam legem propter præuaricantium danare abusum: quo spiritu concitatus est in religiones (quas sancta non modo acceptat ecclesia catholica: verum omni commendauit studio & fouit cura) debacchari propter nonnullorum delicta: ipse viderit. Ad id præterea quod de oratiunculis præterit Iacobus, ei respondeo præfatus Clichtoueus in libro de veneratione sanctorum. Ad illud denique quod præterit solum Christi in euangelio expressam fidelibus doctrinam sufficere, & reliqua omnia superstitionis esse: idem Iudocus libro primo Antilutheri probe occurrat: & incliti alii quidam scriptores vsque adeo luculente illud factiosum ac palam hæreticum monstrauerunt: ut nihil ad eorum quæ laudamus scripta videamus nos posse superaddere. Si solum diceret Iacobus euangelium & apostolicas literas prima ac præcipua fundamenta omnium esse doctrinarum quæ requiruntur ad salutem: probarem certe. quod vero addit illa ad salutem sufficere: etsi euangelium & literas Apostolicas abundatissime sat sint, ut nec alia eius generis requiramus: regimini tamen ecclesie quæ sic illa sufficiant asserere, ut reliqua omnia spernenda veniant & reicienda (ceu molitur Faber cum Luthero) manifeste hæreticum est. ut clare monstrant: qui contra hunc errorem, hoc nostro scripserunt tempore.

¶ Finis annotationum in commentarios Iacobi Fabri, super Epistolam ad Romanos.

## ANNOTATIONES IN

COMMENTARIOS EIVSDEM, SUPER EPISTOLAM PRIMAM AD CORINTHIOS.

¶ Propositio cõnumeratis superioribus. LXXXVI.

Qui Christiani sunt, idem sentire debent, eadem mente, intelligentia sententiamque viuere, & id quidem maxime in iis quæ religionem respiciunt. Cap. i.

¶ Propositio. LXXXVII.

Vnica est religio Christi, qui solus est attendendus, solus respiciendus, solus nominandus.

¶ Propositio. LXXXVIII.

Si nos aliorum nominibus quæ Christi religiosos nominabimus: similes profecto eis erimus quos acerbe reprehendit Paulus: quorum nonnulli dicebant: Nos sumus Pauli: alii, nos sumus Apollonis: alii, nos sumus Cephe.

¶ Propositio. LXXXIX.

Nonne qui hæc faciunt diuidunt: nonne diuerfos scopos faciunt: & quodam modo scindunt religionem?

Confutatio.

**A** **N** quem vnū Iacobus per hæc eius dogmata feratur scopū non est difficile videre: reprobare nanq; & dānare cōtendit sub vno summo abbate & patre Christo variorū erectos in ecclesia religionum status, schismaticū in euāgelica lege arbitrans, & pietatī aduersum q; nomini Christiano quibusdā alia religionis supinducta sint: vt alii (verbi causa) uocatione specialī dicantur religiosi ordinis sancti Hieronymi, alii sancti Augustini, alii sancti Benedicti, alii quoq; sancti Frācis: & ita de ceteris (si qua alia sint probata) ordinū capitibus. & rursus, q; etiā Augustini religio in diuersa secetur mēbra: vt hi religionis hæremitarū sancti Augustini vocentur: illi vero canonici regulares. itidē & q; religiosorum sancti Benedicti regulam habentū hi Cistercienses appellantur, illi Camaldulenses, alii Carthusienses, Cœlestiniq; alii: & sic de cæterorū varietate nominū. Vnica (ait Iacobus Faber) est religio Christi, q; solus est nominādus. & iterū. Si nos aliorū nominibus q; Christi religiosos nominabimus, reprehensibiles merito erimus: quia hoc est (vt putat) diuidere & quodā modo scindere religionem. Perpēdant quæso qui hæc sunt lecturi, ad quam errorum cæcitatē Iacobum proxiit religionis cuiuslibet cū factitiā, tum Christianæ hostis diabolus, quasi pro Christi religione zelum haberet. Totus sane obstupescō, virū hunc in philosophiæ disciplinis a puero nutritum & fide: eo deductū superstitionis, vt ex hoc Apłi verbo, in contēriosos Corinthios: Hoc autē dico, q; vnusquisq; vestrū dicit ego quidē sunt Pauli: ego autē Apollo: ego vero Cephas: crederet pari cum illis schismate laborasse, qui sanctorū illorū, qui diuersorum capita religionū extiterunt, religiosos sese protestantur esse dicentes: ordinis sumus sancti Hieronymi: & nō Basilii, aut Augustini, vel Benedicti, aut Frācis: & cōtra de vno aliquo ordine. sumus mendicantiū & nō possidentium: & de reliquis modo cōsimili. Cū euidenter ex ipsa Pauli habeat littera: sectiones tres Christum pro saluatore nō recognoscere, sed dūtaxat quartā, id est vere fideles. eorum enim dicebat quisq; ego vero Christi. Quod perinde est atq; diceret. Quis a Paulo fuerim cōuersus, aut baptisatus: quia tñ hoc nō in Pauli nomine: non sum propterea Pauli, supplendū vt dñi, scilicet Christi. Pauli vero sub Christo discipulus sum & filius. Et noluit Faber attendere: q; quem admodum beatissimis monasticā vitam professorū patribus Basilio, Hieronymo, Augustino, Benedicto, Francisco, Dñico, Christus syncera fide Deus domiñus abbas, legislator, vocator, suggestor fuit & cooperato: vt pote qui omnia sub eius euāgelio, & secūdū illud regulare suas summo studio curauerunt institutiones: quo videlicet eis se summmittere volentes facilius assēque euāgelicā possent perfectionē: Ita & filiorū cuiuslibet fidelii Christi ipse deus & dñs, & pater, ac saluator fuit. quia traditiones hominū, id est suorum patriarcharū, omni humilitate acceptās illas, nō vt euāgeliiū habuit, sed vt directiones & adminicula salutis ad purius obseruādū sanctū Christi

i. Corint. i.

C

sti euāgeliiū. neq; fuit professus quisq; sui obseruans status vllō tēpore, aut erit, qui se Christi esse negauerit: sed omnes vno spiritu, vna fide, q̄tumlibet in humanis differat regulis, firma fide clamant, et si nō voce, corde tamē & tota virtute: Fratres sumus, Christi sumus, Deum vnū & dominū habemus: in patria: quis in hac peregrinationis via, alius sic & alius sic incedat: cor enim vnū habemus, pro cōmuni salute dñm precibus postulamus: vnā omnes sub dño Christo salutē sperantes. Neq; obest, fidei, spei, ac præcipui seu cōmunis desiderii vnitati, q; sub diuersis (in vno tñ euāgelio, & secūdū illud) mortalitatem hæc transigimus viuēdi formulis. Quod præclare mōstrans, vt erronea ac schismatica redarguit, ac reprobata p̄ scripturas Fabri dicta docet B. Bernardus. Nempe cōtra futuros religionis inimicos VVitelæ, Fabrum, Lutherū, & similes: qui dæmonis sophismate cōclusi Christo aduersari somniarunt & docuerunt simplices, diuersa religionū factitiarū (vt ipse Bernardus & Anselmus eas vocant) capita sub euāgelica lege nominare: sic idē ait Bernardus. Si nō licet sub diuersis viuere statuum ordinibus: ergo & continentes & cōiuges inuicē se dānare putentur, q; suis in ecclesia quicq; legibus cōuersantur: monachi quoq; ac regulares clerici sibi inuicē derogare dicantur, quia propriis ab inuicē obseruatiis separantur: sed & Noe & Darnielem & Iob in vno se pati regno non posse suspicemur: ad quod vtiq; non eos vno iustitiæ tramite peruenisse cognoscimus. Mariā deniq; & Martham necesse sit, aut vtrāq; aut alterā saluatori displicere: cui nimirū tam dissimili studio deuotionis cōtendūt ambē placere. Et de hac ratione in tota ecclesia (quæ vtiq; tam multis, tāq; dissimilibus variatur ordinibus, vt pote regina quæ in Psalmo legitur circūamicta varietatibus) nulla pax, nulla prorsus cōcordia esse putabitur. Quæ etenim securā quies, quis tutus in ea statū inuenietur, si vnusquislibet homo vnumquemlibet ordinē eligēs: alios aliter viuētes, aut ipse aspernetur, aut se ab ipsis sperni suspicetur? præsertim cum tenere impossibile sit, vel vnū ordinē omnes homines, vel vnū hominem omnes ordines. Nō sum tam hebes, vt non agnosca tunicā Ioseph: non illius qui liberauit Ægyptum, sed qui saluauit mundū: & nō a fame corporis, sed a morte animæ simul & corporis. notissima quippe est: quia polymita, id est pulcherrima varietate distincta, sed & sanguine apparet intincta: non quidē hædi qui peccatū significat, sed agni qui designat innocentia, hoc est suo ipsius nō alieno. & paulo post: Recognosce (ait Bernardus) omnipotēs pater eam quā fecisti Christo tuo tunicā polymitā: quosdā quidem dando Apłos, quosdā autem in prophetas, alios vero euāgelistas, alios doctores & pastores &c. quæ in eis ornata mirifico decore apposuisti. & rursus. Post polymitā ergo tunicam ecclesiæ suæ reliquit verus Ioseph, eandēq; incōsultilem desuper per contextam per totum. Sed polymitā ob multorū ordinū, qui in ea sunt multimodam distinctionē: incōsultile vero propter indissolubilis vnitatis indiuiduā vnitatē. Quis (inqt) me separabit a charitate Christi? Audi quomodo polymitam. Diuisiones (ait) gratiarū sunt, idē autē spiritus: & diuisiones operationū sunt, idem autem dñs. Deinde enumeratis charismatibus, tanq; variis tunicæ coloribus, quibus cōstet eam esse polymitā, vt ostendat

Lib. qui dicit Apologia ad Guilelmum sancti Theorici abbatem.

E Psal. xliiij.

Gen. xxxvij

Ephe. iiii.

Ioan. xix.

Roma. viii. i. Cor. xii.

Roma. v. eam etiā inconfutibilem desuper cōtextā per totum, adiungit. Hęc autē operatur vnus atq; idē spiritus: diuidens singulis prout vult: Charitas quippe diffusa est in cordibus nostris per spiritū sanctum, qui datus est nobis. Non ergo diuidatur, sed totā & integrā hęreditario iure sortiatur ecclesia. quia Psa. xliiii. & de illa scriptū est: Astitit regina a dextris tuis, in vestitu deaurato, circūdata varietate. Itaq; diuersi diuersa accipiētes, alius quidē sic, alius vero sic, siue Cluniacēses, siue Cistercienses, siue clerici regulares, siue etiam laici fideles: omnis deniq; ordo, omnis lingua, omnis sexus, omnis ætas, omnis cōditio, in omni loco, per omne tēpus, ab homine primo vsq; ad nouissimum: Nam & ppter hoc talaris dicta est q̄ ad finē vsq; pertingat. Curramus igitur pariter in vnā tunicam, vt ex omnibus constet vna. Ex oibus in quā vnā nam ex pluribus & diuersis vna est tamē columba mea, perfecta mea. Alioquin nec ego solus, nec tū sine me, nec ille absq; vtroq; sed simul omnes sumus. Illa vna, si tamen sumus solliciti seruare vnitatē spiritus in vinculo pacis. Non inquam tantū ordo noster, aut vester (Cluniacēn. alloquitur), solus ad illam pertinet vnā, sed vester simul & noster: nisi forte (quod absit) inuicem inuidentes, inuicē prouocantes, inuicē mordeamus, & ab inuicem consumamur. & sic nos nō possit Apostolus vni illi viro cui despondit virginē castam, exhibere Christo. & post pauca. Quid ergo Cisterciensis damno Cluniacenses: absit: sed (ait Bernar.) diligo, sed prædico, sed magnifico. Cur ergo (hoc in Villermi persona sibi loquitur) ordinē illum nō tenes si sic laudas: audi: propter hoc qđ Apostolus ait: Vnusquisq; in ea vocatione qua vocatus est permaneat. Itē post nōnulla: Requiritur etiam a me (inquit Bernardus) cur omnes ordines laudē, & omnes non teneo. laudo enim omnes & diligo: vbicūq; pie & iuste viuunt in ecclesia. vnū opere teneo: ceteros charitate. faciet autē charitas (fidēter loquor) vt ne illorū quidē fructu frauder: quorū instituta nō sequor. Plus aliquid dicam tibi o Villermi: caute age. Potest nāq; fieri vt frustra laboraueris: vt autē ego frustra diligam bonum qđ operaris, fieri omnino nō potest. O quā fidutia charitatis! Alius operatur nō amans, & alius amat nihil operans. ille quidē opus suū perdit: huius vero charitas nunq̄ excidit. Et quid mirū si in hoc exilio adhuc peregrinante ecclesia quēdā huiuscemodi sit pluralis vnitatis, vnaq; pluralitas: cum in illa quoq; patria quādo iam ipsa regnabit, nihilominus fortassis talis aliqua dispar quodā modo futura sit æqualitas. inde enim scriptū est: In domo patris mei mansiones multę sunt. Sicut illic vtiq; multę mansiones in vna domo, ita hic ordines multi in vna ecclesia. Et quomodo hic diuisiones gratiarum sunt, idem autē spiritus: ita ibi quidem distinctiones gloriarum: sed vna domus. Porro vnitatis tamē hic q̄ ibi vna cōsistit in vna charitate: diuersitas autem hic quidē ordinum & operationū multifaria diuisione: illic vero in quādā meritorum notissima, sed ordinatissima distinctione. intelligens deniq; ecclesia hanc suam quodā modo discordem cōcordiam: Deduxit me (inquit) super semitas iustitię propter nomen suum. Ponens quippe semitas pluraliter, & iustitię singulariter: nec diuersitatem prætermisit operationum, nec vnanimitatem operantiū. Præuidēs quoq; & illam

in cœlestibus discretam vnitatē futuram deuotissime lecta decētat. Platearum Hierusalē sternentur auro mūdo, & per omnes vicos tuos alleluia cantabit. Audiēs plateas & vicos: coronas & glorias diuersas intellige. In auro quo vno metallo illa ciuitas ornata describitur, & in vno allia quod cantādum perhibetur: dissimiliū specierū similem pulchritudinem, & multarū mentiū vnā deuotionē attende. Non igitur vna tm̄ semita inceditur: quia nec vna est māsio quo tenditur. Hęc beatī patris Bernardi diuersarū in ecclesia religionū ad vnitatē reductio, si Iacobum nō reuocat a stulta conceptione: nescio quo ei possit pharmaco, vt fidei sanitatē recuperet subueniri. Q̄tum autē in eo sit ipsa læsa, inde palam mōstrauit: q̄ beatos illos diuersarum, sed certe nō aduersarū religionū insitutores: Basilium dico, Hieronymū, Augustinū, Benedictū, & ceteros: existimauit religionē Christi irreligiose scidisse. Cum ecclesia sancta & vniuersalis, & patres illos, & eorū institutiones ac proles, non tātum cōprobanūt, & toties: verum omni charitate ac deuotione cōplexa est. Faber autē putat huiusmodi hominum instituta ad euangeliū nō pertinere: sed ei potius aduersari. Atqui de laicorū principum regulis & cōstitutionibus docuit ipse Augustin⁹ debere eas euangelio cōformes esse, ita inquiēs. Conditor legū tēporalium si vir bonus est & sapiens: illam ipsam cōsulit æternā, de qua nulli animā iudicare datū est, vt secundū eius incōmutabiles regulas quid sit pro tēpore iubēdū vetādumq; discernat. hęc Augusti. Non opinetur autē quisq; sanctarū religionum hostes (quibus dextras infeliciter Iacobus dedit) ab hęretico Vitclef cœpisse. lam olim vtiq; osor vitę monasticę Lucifer, suę desertor in cœlo religionis: & alios qui detraherēt penitētib⁹ in claustris vel eremo, cōmouit. Nempe præfatus pater & doctorū ecclesię aquila Augustin⁹, de Petiliano episcopo hęretico (contra quē multa pro vnitatis ecclesię, & fidei defensione scripsit) vno loco ita loquitur. Deinceps perrexit ore maledico (Petilianus scilicet) in vituperationem monasteriorū & monachorū, arguēs etiam me, q̄ hoc vitę gen⁹ a me fuerit institutum. Quod quidē genus vitę omnino quale sit nescit, vel potius toto orbe notissimū nescire se fingit. Hęc dū taxat dicta impresentiarū velim: Iacobū, & qui cum eo post hęreticos Petilianū & Vitclef ore maledico (vt Augustini vtar sermone) sanctarū criminantur religionū status: remittēs ad ludocum Clichtoueū, qui aduersus præceptorē Fabrum sub Lutheranorū (vti prius dixim⁹) nomine, libro sui Antilutheri tertio, quē inscripsit de votis monasticis, beatum eiusmodi religionum statum armis roborauit firmissimis, explosis hostiū calūniis oib⁹, vbi (quod etiā solū plene sat esse pro re præsentī, nemo nisi ecclesię inimicus ibit inficias) inter innumera quę protulit argumēta, cū autoritatum, tum rationum, nō omisit præscripti Vitclef nōnullos capite primo errores in cōcilio Constantiensi publice dānatos producere. Quia tamen alios (sicut dicit) de industria reliquit: omnes Vitclef propositiones in ipso damnatas cōcilio quę religiones aspiciunt, nunc proferre dignū duco, vt perpendat Iacobus q̄to sese cōmisit discrimini, hęreses tā celebriter reprobatas approbando, & fuscitando extinctas, ac funditus demolitas restaurā

Tobię. xiiii

I

Li. de vera religioe. ca. xxxi. parte operum. li. K

Li. iiii. cōtra literas Petiliani. ca. xli. pte op. vi.



do. Vnus ergo in religiones error VVitclef is est.

**L** Si quis ingreditur religionē priuatam qualēcunq; tam possessionatorū  
 q̄ mendicantiū, redditur ineptior & inhabilior ad obseruātiā mādatorum  
 Dei. Hunc articulum etsi nō ad verbum literis mādauerit Iacobus: q̄ tamē  
 omnino ita docuerit inde certū redditur: quia ipse qui hæc scribo, illum se-  
 cundū sui formam asseri pertinaci⁹ audiui (iam præterierūt anni tres) per  
 vnum de primis Iacobi ac præcipuis discipulis & fautoribus: & hoc quidē  
 non in aure, sed in cōfessu haud spernendo. Cui dum quibus poterā viribus  
 resisterem nōnullis pro tēpore oppositis rōnibus: adiecit ille inquit. Ex-  
 pertussum ipsum secundū se religionis statū, verum impedimentū salutis es-  
 se. At ego inquam, erroneū est hoc dicere & perniciosum. Ipse autē pergens,  
 Ab hominibus (inquit) qui monasticam professi fuerunt vitam: vix eccle-  
 siae prouenit quod sit cōmendatione dignū ac salutē cōducibile. Quod ego  
 audiens, hominē plane seductū iudicauī & (repressa q̄tum valui in eius te-  
 meritatem cōmōtione) obieci dicens: Ecclesie Dei nihil cōtulerunt Basili⁹,  
 Hieronym⁹, Augustinus, Gregori⁹: & (vt de nostro æuo vicinioribus lo-  
 quamur) Bernardus (dixi) nihil aut parū putāus est ecclesie præstitisse.

**M** Non sunt (inquit ille vere miser) magni momēti Bernardi scripta. Q̄ qui  
 dem assertum, quia arrogantissimū censui, assertorēq; rationis eo in nego-  
 cio expertē: ad eum filii. In illius vero cōuersus domesticos, viros nō indo-  
 ctos, qui dū hæc dicerētur dissimulauerant locū egrediendo nō citra indi-  
 gnatione: Vos dixi virū hunc perire cur finitis: quare vestro silētio in malo-  
 rum profundū eū demergitis: perditus enim (nisi resipuerit) funditus est.  
 viderit ipse vobiscum quid amplius sit ecclesie beneficiorum impēsurus a  
 sanctis modo expressis Basilio, Hieronymo, Augustino. & hoc finiens allo-  
 quium vehemēter dolens inde abiit. Extūc autē agente diabolo, & Deo per-  
 mittente, factio hæc in peius mirū conualuit, & dementauit tam multos, vt  
 iam diuina bonitas vterius non ferendū videatur decreuisse. verum morbo  
 tam exitiali mederi suggestit. Etenim vt hi qui poterāt prodesse rem atten-  
 tius perpēderēt prouocauit & effecit, vt ipsi pro suo officio agerēt: vnde im-  
 pietatis huius cursus vtcunq; susteretur. Deo exoluantur gratiæ, qui pereun-  
 tium miseris animarū egit per fideles suos, ne errorū venena nesciētes po-  
 tarent nondū seducti: aut iam a deceptis exhausta nō vt prius licētiose coa-  
 lescerent. Sequuntur alii VVitclefi errorū damnati, vt dictū est, articuli.

- 2 Sancti instituentes religiones priuatas sic instituendo peccauerunt.
- 3 Religiosi viuētes in religionib⁹ priuatis nō sunt de religione Christiana.
- 4 Augustinus, Benedictus, & Bernardus damnati sunt, nisi pœnitentiā ege-  
 rint de hoc q̄ instituerunt intrare religiones.
- 5 Omnes religiones indifferenter introductæ sunt a diabolo.

Ex sacrilega VVitclef doctrina excerpti fuerūt quīq; & quadraginta ar-  
 ticuli, expressē in sancto Constantiensī concilio dānati: in quibus memorati  
 quinq; præscripti leguntur. Per eorū autem lecturā debuerat Iacob⁹ Faber  
 priusq; se doctorē ecclesie in religionū negotio præstare, instruere semet-  
 ipsum: vt nihil quod cōmunī & receptē ab vniuersa ecclesia doctrinē disen-

taneum videretur præsumeret. Quando autē hoc suo innitēs sensui asperna-  
 tus est: non debet cuiuspiam nouū videri q̄ illi nō succedit pro votis.

¶ Propositio. XC.

Mens domini & mēs Christi, spiritus sanctus intelligitur. Mens enim Dei, Cap. ii.  
 spiritus sanctus est.

¶ Confutatio.

Pro eo quod in secundi capituli epistolæ primæ ad Corinthios finali clausu-  
 ra legit ecclesia: Quis enim cognouit sensum domini, aut quis instruxit eū?  
 Nos autem sensum Christi habem⁹: graciſſando Iacob⁹ sic scripsit. In Pau-  
 lo (habetur suplundum) quis enim nouit mentem domini quæ instruet eū?  
 Nos autem mentem Christi habemus. An autem mutatio ista (vt & cæte-  
 re omnes) iustius temeraria sacri eloquiū corruptio dicenda sit q̄ correctio:  
 definire (vt qui linguarum nescius sum) non valeo. At decernere fidenter  
 ausim, modum loquēdi quo vtitur Iacobus dicens: Vulgata editio, Quis enī  
 cognouit sensum domini: aut quis instruxit eum: in Paulo. Quis enim nouit  
 mentem &c. quasi ecclesia Christi sponsa (cui ipse suam præsentiam & dire-  
 ctionem vsq; ad consummationē sæculi repromisit) non habuerit antea A  
 postoli Pauli sensus & intelligentiam: sed apud schismaticos & reprobos  
 Græcos pausauerit, donec in mundo ortus Faber illinc eam aduexerit: &  
 impium esse & hæreticum. Q̄ vero tradit Iacobus, mētem domini & Chri-  
 sti spiritum sanctum esse intelligēdum, q̄q; mens Dei spiritus sanctus est:  
 quis non plane reiiciat, vt aduersum sanę scripturarum intelligentiæ? Nam  
 neq; id admittit literæ Pauli circumstantia. Non enim (ceu ex prioribus e-  
 uidenter liquet) interrogat ille: quisnam spiritum sanctum cognouit? Ne-  
 q; hoc tradunt sancti, locum hunc explanantes, scilicet Athanasius, Am-  
 brosius, Hieronymus, aut cæteri catholici doctores. Quod autem ipse bea-  
 tus Athanasius huius finiēns explicationem verbi adiecit dicens: Nonnul-  
 li sensum Christi patrem dixerunt: pleriq; & spiritum sanctum. magis ob-  
 uiat Iacobi proposito: quia neq; illud ipse tenet. Et cum veraciter attributi-  
 one quadam non spernenda, patri soli mentis nōmen datur: quemadmo-  
 dum filius sæpius intellectus paternus, & spiritus sanctus vtriusq; volun-  
 tarius amor dicitur: duarum tamē quas non probat sanctus Athanasius o-  
 pinionum, sed solum narrat, illam pro singulari arbitrio sequi voluit Iaco-  
 bus, quam nullus vt dixi probandus laudauerit doctor, vt diceret: Mens do-  
 mini spiritus sanctus est. Doceatur itaq; Iacobus, quoniam quidem simpli-  
 citer vt assertio hæc, mēs Dei spiritus sanctus est, catholica omnino est cen-  
 senda: ita & ista, mens Dei pater est: mens Dei, filius Dei est: immo & pro-  
 priissime deitas, aut diuina essentia, vel benedicta trinitas, mens est Dei:  
 hoc est: Deus omnia quæ quoad nos præterita vere sunt, notitia quæ ip-  
 se est cognoscit. Siquidem nomen ipsum, scilicet mens, in diuinis nullate-  
 nus personales signat rationes: sed essentiam. Et hoc notius est vel theolo-  
 gici studii tyronibus, q̄ per nos id oporteat repeti.

¶ Propositio. XCI.

Sunt nonnulli: qui scripturarum intelligentiam, & quomodo spiritualibus spiritalia comparari debeant, per donum assequuntur: sunt & qui per spiritum sanctum, qui per donum: dono uti possunt, spiritu autem sancto uti non possunt, verum tam his quam illis spiritus sanctus semper utitur.

¶ Confutatio.

Q Hoc Apostoli verbum: Quae a deo donata sunt nobis, loquimur in doctrina spiritus: spiritualibus spiritalia comparantes, animalis autem homo non percipit ea quae sunt spiritus Dei. Stultitia enim est illi, & non potest intelligere. contorqueus Iacobus sic ait. Qui spiritum dei habet, illo ducuntur ad intelligentiam & sacrarum scripturarum & prophetarum, quae spiritalia sunt eiusdem spiritus munera, & illa dilucide intelligunt. at utitur ne illo spiritu ad illa intelligenda: nequaquam: verum potius atque verius spiritus sanctus utitur illis, ut illi spiritalia illa deo digne spiritaliter, & ut par est intelligant. & hoc est, spiritualibus spiritalia conferre. & mox sequuntur quae hic annotauimus: quibus consentaneae inter suas circa litteram examinationes, paulo post addit.

¶ Propositio. XCII.

Sunt inter viros spirituales gradus multi. & quae dona spiritus sancti percipiunt: spiritalia quidem sunt, sed minus spiritalia iis quos spiritus sanctus per semet ipsum implet.

¶ Confutatio.

R Noua hic dogmata Iacobus orbi tradidit, quae profecto neque vel modo capere neque intelligere quisquam valet: cum sint erroribus plena. Quamquam enim ad sensum catholicum trahi & accipi posset quod asserit, quosdam videlicet scripturarum intelligentiam, & quibus modis sunt spiritalibus comparanda spiritalia, consecutos per dona fuisse, citra spiritum sanctum, id est quibus se non donauerat spiritus sanctus: illum tamen neque explicat neque ipsum praeteredere videtur. Est autem huiusmodi. Pro scripturarum loquendi forma, & scholasticae theologiae usu, dari spiritus sanctus nulli dicitur: qui in peccato foede iacens Dei inimicus est: ipso dei spiritu dicente, In malivolam animam non introibit sapientia: neque habitabit in corpore subdito peccatis. Cui autem non se donat aeterna sapientia, quae appropriatione theologica dei verbum dicitur: spiritum sanctum sibi dari neutiquam dicere potest. Non enim spiritus sanctus sine filio, aut hic vel ille sine patre donari creaturae vllatenus potest: Cum fide certum teneamus, quia opera trinitatis sanctissime ad extra, hoc est quo ad creaturas sunt indiuisa. Quod docuit Christus ipse palam etiam quoad rem praesentem dicens: Si quis diligit me, sermonem meum seruabit: & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansione apud eum faciemus. Neque igitur dari dicitur cuiquam deus: nisi quando gratiae donum, per quam ipsi deo gratum reddatur, accipit. quod idem Apostolus euidenter docuit dicens: Et si habuero prophetiam, & nouerim mysteria omnia, & omnem scientiam: & si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam: charitatem autem non habeam, nihil sum: Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus, ita ut ardeam: charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Ecce omni propulsa sermonis ambiguitate, ex beati Pauli

Sapient. i.

Ioan. xiiii.

i. Cori. xiiii.

doctrina constat: quia quotquot etiam quae spiritus sancti dicuntur & vere sunt dona, acceperit homo, siue genera linguarum: pro quo praemisit: Si linguis hominum loquar & angelorum: siue prophetiam, scientiam, aut spirituum discretionem, vel scripturae mysteriorum intelligentiam, aut fidem: non illi donatus dicitur deus, nisi & acceperit charitatis munus. In quo proprius sine dari dicitur & per attributionem spiritus sanctus, quod manifeste alibi idem aperuit Paulus dicens Romanis: Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Quis itaque sancti spiritus septem esse dona, ipsemet per Esaiam exprimi fecerit his verbis: Requiescet super eum, scilicet Christum, spiritus domini, spiritus sapientiae & intellectus, spiritus consilii & fortitudinis, spiritus scientiae & pietatis: & replebit eum spiritus timoris domini, quod de potioribus intelligendum est. Nam & alia permulta alibi enumerata sunt: ut puta prima ad Corinthios. xii. per quorum quodlibet homini utcumque suam etiam seorsum spiritus ipse communit gratiam. Quemadmodum Balaam & Cayphae futura praedicere concessit, & aliis daemones eiciendi, atque aliis etiam reprobis multas faciendi virtutes potestatem contulit. Nulli tamen simpliciter se dedisse spiritus sanctus est pro sanctorum loquendi modo asserendus: nisi qui per charitatis donum gratus illi fuit. Quando igitur hanc eruditionis formam super modis quibus dona sua rationali creaturae spiritus sanctus confert, non autem seipsum: neque discipulis suis tradit Iacobus Faber, aut aliam unde lectores possint eius edificari sermonibus: neque ita sese innuit velle: cum alia esse non possit vera intelligentia: quis non respuet quod ait: nonnullos esse qui per donum scripturarum intelligentiam &c. assequuntur: alii aut per spiritum. & rursus: quod quidem per dona spiritalia quidam sunt: etiam spiritu sancto vacantes? Ceterum quidquid sua obscuritate praeterderit ipse Iacobus, qua nulli utilis esse potuit: haereticis tamen aperta est quod conexuit dicens. Sunt & qui per spiritum sanctum (sine donis eius scilicet) scripturarum intelligentiam &c. assequuntur. Hac siquidem assertionem conficitur, ut secluso quocumque creato dono, spiritus sanctus hominis spiritum seu mentem per semetipsum tanquam illius esset forma, intelligentem faceret ac operantem: aut quod spiritus ipse in homine intelligeret, non homo. Quod omnino diuinae repugnat naturae. Alioquin pars compositionis esse posset. quod est blasphemiam reiecta olim & damnata: & quo ad utrumque sensum per nos in praecedentibus, ut statim dicitur, ipsum dogma omnino confutatum est. Quod si hoc Iacobus non velit, spiritum videlicet sanctum mentis humanae hoc est animae formam esse &c. nobis quae exponat, quoniam pacto habentes spiritum sanctum absque donis creatis, dicuntur ab illo ad intelligentiam sacrarum scripturarum & prophetarum eleuari: & tamen non eo utuntur ad illa intelligenda: sed spiritus ipse eis utitur, ut spiritalia illa deo digne spiritaliter, & ut par est intelligant: quod est inquit spiritalibus spiritalia conferre. haec sunt mera deliria, quae & seipsa conficiunt. Porro homo quoniam alterius ope vel auxilio non nihil operatur quod sine hominis iuuamine haud efficere valeret: alio dicitur agere uti. & veraciter ita est. de ratione quippe doni est: ut ad quae iusta eo cui factum est uti queat. Cum igitur homo ad intelligentiam spiritualem

Roma. v.

T

Esai. xli.

V

scripturarum &c. per semet pertingere nullatenus valeat, verum ad illam per spiritum sanctum ducitur: notissimum euadit, q̄ eo duce, preceptore & magistro ad id ipsum consequendum vit. Nam & ecclesia ipsum sanctum spiritum compellans: Idolatras inquit ad cultum Dei reuocas magistrorum optime. De ipso preterea (queadmodum & de filio) dictum potest intelligi patris verbum per Esaiam, quo ait: Ecce teste populis dedi eum ducem ac preceptorem gentibus. Quod autem Iacobus tradidit: q̄. s. homo quando per spiritum sancti dona ipsam scripturam assecutus est intelligentiam, eis vititur: at non dona ipsa homine vituntur: Dum vero illam per ipsum spiritum absque creatis donis: contra fit. quia homo (inquit Iacobus) spiritu sancto non vititur: sed spiritus sanctus eo in negotio vititur homine. Archanum aliquod & receditissimum excogitatum est: & forsitan latet ibi quod susurrari dicitur Iacobi discipuli qui passim nunc Lutherani vocantur, aut Turelupini. Audio enim: quia iactitant se spiritum solos habere. at cuiusmodi sit abstrusus ille horum spiritus hominum: paulo post ex Ioanne a Gersono referemus. somnia sunt ista aut aniles fabulae, vel vt verius ac rectius eloquar, patentes in fide errores. quorum radix est id quod propositione. xcii. scriptum est: scilicet q̄ magis spirituales sunt ii quos spiritus sanctus per semetipsum implet citra dona creata (sic enim intelligit Iacobus doctor) illis, qui ipsa spiritus dona percipiunt. Conuellenda est itaque noxia haec radix: vt confestim inde prodeuntes appareant rami prorsus arefacti. Iacobum ergo in primis percutor num homines quos per semetipsum spiritus sanctus implet: deo sunt grati, accepti, & amici, omni carentes crimine: sunt vtique, dicit oino: quis ambigat: cum enim sint maxime spirituales, vt impensissime deo placeant operae precium est. Ita dubio procul Iacobus respondere habet. Homo siquidem spiritus sancto plenus: deo nequaquam displicet, sed charissimus est. At quorsum sic cogitando & orbe ita imbuendo (quod in Iacobo fuit) euasit: ad manifestas profecto haereses. Nepe scripturae euidenter testatur, neminem deo gratum esse, amicum, placet, & ita spiritum sanctum habere: nisi eius habeat dona. Sine fide inquit apostolus, impossibile est placere deo. Quod si effugium speret quis dicens fide non esse spiritus sancti donum: illi contradicit idem apostolus Philippensibus inquit. Vobis donatum est per Christum non solum vt in eu credatis: sed vt etiam pro illo patiamini. & Galatis: Fructus inquit spiritus, id est qui erogat dona hominibus, charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, mansuetudo, fides. En apostolo teste fides dei donum est: preter quod homo viator deo nequit placere. Idem & de charitate: qua sine, neque ipsa fides neque alia queuis dona, deo faciunt habentem acceptum & amicum. Vnde & iam liquidum per scripturas monstratum est, nunquam spiritum sanctum cuiquam dari: nisi per ipsius donum (quod charitas est) infusionem. Charitas (inquit apostolus) diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Et in canonica Ioannes: Translati inquit sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres: & qui non diligit, manet in morte. Idem autem est omnino, charitas & amor seu dilectio. Nouerit autem Iacobus, quia cum per apostolum excellentissima virtutum ac donorum omnium charitas sit: sola dare deus minime illam potest pro lege posita: necesse est enim eam concomitentur spes, fides, & pleraque alia

infusa dona. Quando itaque nulli datur spiritus sanctus nisi per donum charitatis, quae quidem charitas alia secum multa per legis dei necessitate dona spiritus sancti semper habet: haereticum plane relinquitur quod somnauit Iacobus, hominem scilicet posse absque creatis donis plenum esse spiritu sancto: & per hoc deo gratum & amicum. viderit ea propter quo spiritu concitatus est vt talia scriberet: & vbi istius generis coperit doctrinam. Quando autem pro catholica apostolice scripturae intelligentia effudit in ecclesiam defissimas errores & haereticum nebulas: se prodidit palam, neque spiritum sanctum in se, neque suis in donis scribendo habuisse se. Omnia autem quae hic locutus est: ad aliam eiusdem pertinet haeresim, qua dixit illud apostoli, Ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus: accipiendum secundum propria locutione: & quod in homine spiritus ipse gemit & postulat, non homo. quod blasphemum & haereticum confutatione propositionum. lii. liii. & liiii. esse plus satis est monstratum. Quando autem praesentibus nostris studiis, & Iacobo, & per eum falsis prodesse concupiscimus, simul & incautus omnibus, ne in praerogatum dogmatum barathrum proruant: nonnullam tradere cautionem expedire dignum duximus hoc in loco, vbi de spiritus sancti motibus differitur, id est doctoris Christianissimi Ioannis de Gersono ad verbum transcribere, quae opusculo cui nomen est Centilogium, de impulsibus scilicet spiritus tam boni quam maligni, scripsit pro decade nona, quibus poterit Iacobus cum sibi addictiis iustam desumere occasione agnoscendi sua pericula, & quae sit dispensiosum hominem putare in promouendis nouitatibus se a Dei concitari spiritu, & quae miserabiliter in eiusmodi re seduci facile contingit. Et cum totus libellus rei huic maxime conducibilis sit, sicut & alia quae ille scripsit, non pauca: alicubi etiam Turelupinos exprimens: solum tamen ex decem (quas complectitur) decadibus, id est partibus decem, quarum vnaqueque documenta continet decem, nonam referemus quod proximius scopum nostrum respicit. sunt itaque decem illae haec verba.

Malignitatem sathanam tyrannicam & apertam superat in multo sua in angelum lucis malignitas transformata. quis ista crederet: si hoc apostolus non diceret, non ignoras astutias eius: Permanet iste malignus in arrogancia concipere: vult extolli super omne quod dicitur deus. Habet suum nequam spiritum, secundum quae satagit in destructionem non aedificationem dare suis de corpore peccati fallaciter diuisiones apparatus, non existentes gratiarum, instat spiritus sancti. Huic impellente eo, permittente deo, datur sermo sapientiae, alii autem sermo scientiae secundum nequam spiritum, alii fides falsa in eo spiritu, alii opera virtutum, alii gratia sanitate, alii prophetia, alii genera linguarum, alii interpretatio sermonum.

Fictus lucis angelus quod ista possit inducere quantum permiserit deus testis est apostolus loquens de Antichristo, testis insuper loquens de laude caritatis: sine qua ponit excellentes gratias dari posse, sed inutiliter. Si linguis hominum (inquit) loquar & angelorum. ecce sermonem sapientiae & scientiae, & genera linguarum. Si habuero prophetiam. ecce nominata. Et nouerim mysteria omnia. ecce interpretatio sermonum. Cum sapientia mystica iungit omnem scientiam, iungit omnem fidem, iungit mirabilia in translatione montium, iungit distributionem omnium facultatum in cibos pauperum, concludit in martyrio quo tradit corpus ita vt ardeat.

Fictus lucis angelus suos habet appetes apostolos, suos prophetas, suos euangelistas,

Roma. viii.

A

Parte operum. iii. numero. lxxiii. litera F.

2. Corin. xi. 2. Thessa. ii.

2. B 2. Thessa. ii

1. Corin. xiii.

- suos pastores & doctores, imino & suos martyres, suas virgines, suos heremitas & monachos ad consumptionem reprobis corporis sui, cui ipse est caput & rex superbie, sicut humilitatis & obedientie Christus rex & caput existit.
- C 4 Fictus lucis angelus, vt operetur in aliquo talia que dicta sunt: primo seminat tumoris spiritum, & impellit ipsum vt ambulare cupiat in magnis, vt sit placens & sapiens sibi metipsum in oculis suis. Quo obtento iam illudit & adulari, impellit & deludit quemadmodum voluerit nisi succurrat gratia salutaris. Immo iam talis factus est sibi demon: se decipiens & phantasticas, & de stulto per adulationem propria insanum se faciens.
- 5 Fictus lucis angelus, si cum tanta dignitate creatus potuisset per sui complacenciam adulatoriam ita decipi, vt appeteret similis esse Deo: sic de Eua suo modo: redditur minus admirabile si respexerimus ad hominum insanias: qui cum tot subiaceant miseris continuis: inuerti tamen sunt qui se precipitent vt colant deos: inuerti, qui se per superbiam demerant miris modis, humane fragilitatis oblitum.
- D 6 Fictus lucis angelus, cuius cibus electus, & qui habet fiduciam vt influat Iordanis in os eius: studet apparere in deuotis & contemplatiuis maxime mirabilis: absorbet itaque mare mundanorum, absorbet & mare omnium fide vera Christi carentium. Sed Christianos absorbere deuotioni contemplationique deditos: sua principalis est victoria.
- 7 Fictus lucis angelus si viderit aliquem Christianum quem non audeat a fide palam auertere, studet ipsum ad peccata carnis & mundi sepius impellere. quod si repulsum se senserit, querit aliud machinamentum, vt ad opposita vitia que non sunt carnis & mundi vehementer impellat.
- E 8 Fictus lucis angelus pascat aliquando suos familiares cibis delicatissimis: qui non carnales apparent, sed omnino spirituales, & quales comedunt electi filii in mensa patris sui Dei. Itaque cibat eos ex adipe frumenti sacre scripture in mysteriis suis elucidatis: & de petra fidei que est Christus, falso melle, falsa dulcedine saturat eos: quia plus & aliter comedunt quam satis est: vt cum fuerint saturati, dicant elati per superbiam: Quis noster dominus est: dicant: Non sumus sicut ceteri hominum peccatores. vaxh vaxh tibi.
- 9 Fictus lucis angelus si non pertumeret in sua ratiocinatione: nunquam hortaretur, vt quereretur homo sentire & gustare quam suavis est dominus, presertim circa mysterium incarnationis & crucis: quod aduersum maxime sibi scit, nequam ipse spiritus. Non autem impellit ad hoc sentiendum & gustandum, nisi quatinus in presumptionis spiritu magis illaqueet: Celat insuper laqueos sue nequitie: sub fossa humo crucifixi, vel operis pii. Qui super his dubitat: habet historiam de Martino, habet de plurimis eremitis, habet de Christo: quem voluit theologizando decipere.
- F 10 Fictus lucis angelus si superbos suos fallit, si exerceat in pleno meridie legis Christi sub imagine crucis sue, religionis sue, pietatis sue ad sanctos & sanctas, ad te etiam beatissima virgo: non conuerteratur, sed humilietur humana presumptione. non enim placet Deo vir superbus, etiam si ascendit in celum sub titulo deuotionis, sub titulo crucis, & sub titulo beatę virginis & sanctorum superbia eius. quoniam ex ipso fictus est: & si fictus igitur hypocri-

ta. quare hoc: quia suam non Dei gloriam solum querit: quia rursus non dei beneplacitum in proliferatione bonorum operum per obedientiam, sed meritriciam sterilemque quodammodo prosequitur in sententia nescio quam voluptatē: non quod malum sit in domino delectari, si caste fiat & pie cum obseruatione preceptorum: non habendo velamen malitie libertatem. sic rerum expertissimus doctor Gerson.

Propositio. XCIII.

Quisque mercedem secundum proprium laborem a domino expectat: non mercedem debiti, sed mercedem gratie supereffusivę sui, & vltro se erogare volentis exuberantissime bonitatis dei. Quod enim debitum potest esse seruo: non debitum sed gratia, sed donum est, cum id quod fit vt nihil est, & accipitur maximum. Cap. III.

Confutatio.

Meritorum docens Aplos rationabilem differentiam, & Corinthios reprehendens quod non iusta penderet lance que in eorum conversione & directione per eundem Apulum, & per Apollo acta fuerat, scribit ad eos. Et cum sciret certo sibi plus cum Dei gratia deberi quam Apollo, que errantes nonnulli humana affectione in sui perniciem Apulo coarquant: Aplica seruata modestia non dixit, inique agit, Apollo in meritis mihi conferendo: Sed ad diuinam respiciens iustitiam cuius est unicuique quod meruit tribuere: vt hoc (quod vel naturali lege nosse deberet) in mentem illis reduceret, ait. Vnusquisque propriam mercedem accipiet secundum suum laborem. Quod quidem Apuli decretum, quo manifeste operibus ex debito premium respondere definit, quia Iacobus propriis vidit aduersariis, & quidem rectissime, quibus demonis illusio fallacia nihil deberi omnino studio contedit: opposuit & suum dogma, existimans aplice ita prevalere sententiam suam. quod quę fuerit arrogantię: ipse iam vel sero vtiā consideret. Apuli sententia est: quod vnusquisque propriam, id est sibi ex opere debitam, accipiet secundum sui rationem laboris mercedem. Iacobus autem hoc calumniari contedens (quia non audeat plane inficiari verbum Apuli) parte versus sibi familiari, vt euadat quadam apparentia dicit. Quisque mercedem secundum proprium laborem a domino expectat: & hoc quidem recte. At quod subiungit: non mercedem debiti: sed mercedem gratie: perpetuus est eius & (nisi dominus illum gratia speciali donauerit) insanabilis error. Quis enim non vehementer admiraretur leges in Iacobo mercedem esse non debiti, sed gratie: cum apertissime scripserit Apulus dicens: Eius autem qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum. Quid queso dici potest luculentius? Quia autem in superioribus hac de re multa differuimus: non est hic longiori opus sermone. Sat fuerit paululum id perpendere quod Iacobus addit inueniens. quod enim debitum potest esse seruo: &c. diuinam etenim bonitatem his coarguit sermonibus: que per Christum amore, & non penarum formidine sibi famulantibus contestari fecit dicens: Iam non dicam vos seruos, quia seruus nescit quid faciat dominus eius: vos autem dixi amicos, quia omnia quecumque audiui a patre meo: nota feci vobis. & rursus: Vos amici mei eritis: si feceritis que ego precipio vobis. hinc ad credentes Romanos loquitur Apulus dicens: Vos non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore: sed accepistis spiritum adoptionis filiorum dei. Quid

Roma. iiii.

H

Ioan. xv.

Roma. viii.

Roma.viii.

Gala.iii.

Iacobo dicemus: certa constat fide omnes & singulos electos, hoc est æternæ gloriæ iam participes effectos & futuros, quæ est dei regnû: heredes quidē esse dei, coheredes autē Christi. Filii igitur sunt ipsius: nō ergo serui: quia ut inquit ipse Christus, seruus non manet in domo (sui dñi scilicet) in eternū: filius manet in eternū. & Apłs: Quoniā inquit estis filii dei, misit deus spiritū filii sui in corda vestra clamātē, id est clamare faciētē liberorū fiducia, abba pater. Itaq; iam nō est seruus, sed filius: q; si filius, & hæres. quid ad hæc: saluandorū neminē inuenire est seruū: Filius adoptionis & hæres dei, est vnusquisq; eorum. Et Iacobus, quasi Hierusalem superne ciues vere mancipia forent, & odiosa gentiliū ac onerosa conditio serui: clamat: quod enim debitum esse potest seruo? & id quidē quo Apostolus verbum illud, Vnusquisq; propriam mercedē accipiet secundū suum laborem, ad erroneū detorqueat intellectum. cui nos catholice possumus respondere, nullum vere seruo: hoc est cuius seruitutis naturæ repugnat libertas. Cæterum istiusmodi seruilis conditionis (vt præmissum est) electorū quenq; esse: impossibile fuerit. Si lescat igitur Iacobus oportet, & sinat diuinā iustitiam omnib; reddere debita. Et quis hæc vere ita sese habeat, minime tamē inficiandum est (quem admodum cōfutatione propositionis. xii. & alibi monstrauius) ipsius celestis regni hæres (qui adulti fuerūt) singulos, immo & omnes angelos: & Dei seruos esse, ac in scripturis crebro vocitari. Item & ministri, seu operarii sunt. Quoniā quidē diuersis nominibus, id est ratione non eadē, quilibet, tam beatorū spirituum q; hominū electorum, Dei filius & ciuis Hierusalem (quæ est sursum) dicitur, & seruus seu minister vel mercenarius: at nullus (vt dictum est) seruitute cui nihil sit debitum, seruus illic esse potest. & hæc sunt ex scripturis notissima.

Cap.vi.

## ¶ Propositio. XCIII.

Si voco in ius eum qui iniuste meos detinet nūmos, si damna illi procuro q; necessario vocationē illam prætoriam sequuntur: quomodo nō facio iniuriam, qui iustitiam peto? quomodo mandatū Dei non soluo: qui sanctam inter me & fratrem dilectionis necessitudinem violo?

## ¶ Propositio. XCV.

Credite Paulo, qui per spiritum Dei loquitur: Potius est iniustitiam sustinere, & rerū priuationē perferre: q; sic fratrē in fratrē iudiciarias lites agitare.

## ¶ Confutatio.

K Pro eo quod legit ecclesia ca. vi. epı. primæ ad Corinthios: Iā quidem oīno delictum est in vobis, q; iudicia habetis inter vos: licētiose scripsit ita Iacobus. Enūvero iam omnino in vobis scelus est: q; iudiciorū altercationes inter vos ipsos agitat. pro cui; explicatōe sic ait inter omnia. Si quispiam verbı causa nūmos aliquot mihi etiā nolenti detinet, facit mihi iniuriā: sed in hoc peccatum mihi nullum est: & fieri potest, vt etiā eum diligam, & ipse quoq; me diligat. & continuo sequuntur, q; annotāda hic celsimus. Quibus plane propriam super negotio præsentı Iacobus aperit mētem: quæ est, per dei legē absolute ac simpliciter prohibitū esse, in iudicio agere etiā contra nolentē illud reddere quod eadē deuincit lege, aut in vnuerſum quēlibet

recusantem prestare quod debet: & q; quicūq; in ius alium vocat, iniuriam facit, & Dei legem preuaricatur. quod quidē assertū in primis extremā esse temeritatem, nemo qui christianę prudentius appenderit iura politię, nō cēsebit. Porro si in prætoriali foro causam agitare simpliciter est diuine legi contrariū, & ita æterna dignū cētura: itidem & damnabile erit, ad eiusmodi causas forenses audiendas dirimendasq; iudices iustituere. Perierunt igitur L pro Iacobi traditione non dico reges duo aut pauci, & beati Petri successores omnes: verū & singuli Christi fideles ministri, cū omniū pcene Christianorum multitudīne. quoniā nō omnes prætorialia fora, aut statuerunt aut pbauerunt, eis vtentes: nullo super ea re conscientię factō, q; illicite egissent, scrupulo. Solus igitur omniū ideo saluus erit Iacobus Faber: quoniā litem corā iudice nullo vnq; agitauit tempore. Iudices autē omnes, & quoscūq; q; agendo causas in foris siue laicis siue ecclesiasticis habuerūt: in gehennam ipse protendit. Eius itaq; criminalis sententiā etiā Paulum (quē tamē salua M uit dei iustitiā) damnat: nempe esto per Iacobi dogmata causam suā coram Actu. xxi. plurib; iudicib; videlicet Felice, Portio Festo præsidibus, & Agrippa rege Actu. xxvi. aduersus accusantes Iudęos (qui criminū multorū eū esse reum asserēbāt) non deliquerit defendendo: inexcusabilis tñ omnino per eadē erit dogmata Paulus, q; vt actor aduersus partes ad infidelis & idolatrę iudicis appellādo pertraxit tribunalia, dum ait. Ad tribunal Cæsaris sto: Cæsarem appello. Eo quippe audito puocationis sermone: Festus cū consilio locutus respōdit. Cæsarem appellasti: ad Cæsarem ibis. In ea siquidē appellatōnis causa Paulus volens agebat. Nā si illi placuisset, causa plene agitata, & p Agrippam & Festū præsidem cum assessoribus recte intellecta: poterat de aduersariis victoriā obtinere Paulus. Ita enim habet sacer actū textus. Exurrexit Actu. xxvi. rex & præses & Bernice, & qui assidebant eis. & cū secessissent, loquebantur ad inuicem dicentes: quia nihil mortē aut vinculis dignū quid, fecit homo iste. Ecce meram accusati Pauli ab impositis criminibus absolutōne, sequitur in litera. Agrippa autē Festo dixit: Dimitti poterat homo hic: si non appellasset Cæsarem. Apostolus igitur iniqui iudicis vltro prætorium subit. Per Iacobū ergo iniuriā facit, & dei violat legem. postulet ab eo, cur aliud N agere voluit, & aliud docere ceteros, dicēs: iam omnino delictum in vobis est q; iudicia habetis. Hoc vtq; rogare Paulum debuit Iacobus: qui sua delusus opinione hic eiusdem literā ad sensum factis ipsius contrarium detorqueat, quin & vrgere poterat & indignanter obiicere: o Paule quare (vt persuadere conaris Corinthiis agendū) non magis iniuriam accipis aut pataris potius fraudem: quo Cæsaris forū per appellatōnem tibi liberam haud subeas? Atqui beati Pauli ad Cæsarem puocatio ad cumulum sat Iacobo debuerat esse, vt ab iniquissima hereticaq; illa reuocaretur opinatōne: per quā reos æternę mortis omnes decernit, qui agendo causas mouent in publicis foris, & eadē ratione, vt dixi, iudices omnes. Si enim nulli Christiano rū licet aliū in ius trahere: nō poterit iudicū officium culpa carere. Sufficiebat, inquā apostoli exemplū: vbi etiā aliud ad hoc ipse aut aliorū literę non dicerent. Quādo autē in prioribus huius sexti capitis partibus, Apostolus



Corinthiis præcipit vt iudices pro dirimendis fidelium controuersis stant  
 O tuat (quod neq̄ potuit declinare Iacobus: sed dixit sic exorsus. Cum ad fide-  
 les spectent causæ & controuersia fidelium discutiendæ, q̄ id non facerent  
 Corinthiis, sed apud infideles qui iustitiam Dei ignorat, & ideo iniusti sunt:  
 arguit eos Paulus dicens: Audet quispiam vestrum causam habens aduer-  
 sus alium, vocare in ius apud iniustos, & non apud sanctos): quis non vehe-  
 menter demiretur hominem a semetipso in eadē actione ita potuisse dissen-  
 tire vt idem probet & reprobet, criminetur & laudet, iustumq̄ censeat ac  
 damnandū? Q̄ si hæresim duntaxat tenere ac sequi prætenderit: videlicet  
 q̄ nulli potest licitum esse in iudicio mouere causam, q̄q̄ dei violet legem  
 quisquis hoc egerit: neq̄ priorem Apostoli doctrinā acceptet: quid, queso,  
 respondere potest ad ecclesiæ vniuersalis concilia? quæ idcirco dū celebrā-  
 tur sedent, vt maiores aut in se aut ratione personarum omnium cōtrouersias  
 videant agitari: & auditis vtrinq̄ partibus, illas dirimāt dissoluātq̄. Quid  
 de sanctis episcopis & regibus, ceterisq̄ optimis iustitiæ cultoribus dictu-  
 rus est? qui omni vitæ suæ tempore huiusmodi causis audiendis & finiendis  
 incubuerunt: laudantes & comprobantes partes illas quæ iustam promo-  
 uerent causam. Nedum non vitio id cuiq̄ verterunt: q̄ vt actor suum ius fu-  
 P isset prosecutus. Existimasse profecto videtur Iacobus, q̄ Pauli sensum in  
 sepius repetito verbo, Omnino delictū in vobis est q̄ iudicia habetis inter  
 vos: tota non attigerit ecclesia, & proinde causas agitari nequaquam prohibet:  
 Deus autem quam omnes latere veritatem voluerit: per visionem ipsi Iacobi  
 reuelauit. At quæ potuit insania execrabilior, & arrogantior cogitatio  
 hominis cor inuadere? Audiatur, precor, & superbam exorsus ac hæreticam sen-  
 tentiam perpendat quidnam in euangelica lege (vt de veteri taceamus hic  
 in qua locis variis de populi iudiciis & causarum altercationibus expres-  
 sissime per Moysen locutus est Deus) suæ sponsæ super negotio præsentis  
 Christus tradiderit, quo ad vtrāq̄ partem: nimirum potestatem omnes dis-  
 soluendi inter fratres & fratres causarum dubietates, iusq̄ poscentibus ad-  
 uersus grauantes reddendi, se contulisse ad naturæ legem consentaneæ si-  
 mul & scriptam declarauit, dicens omnibus & singulis in Petro. Si pecca-  
 uerit in te frater tuus: vade & corripe eum inter te & ipsum solum. si te au-  
 dierit: lucratus eris fratrem tuum. si autem te non audierit, adhibe tecum  
 adhuc vnum vel duos: vt in ore duorum vel trium testium, stet omne ver-  
 bum. Q̄ si non audierit eos: dic ecclesiæ. Si autem ecclesiam non audierit:  
 sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Breuis est iste domini sermo: si verba so-  
 lum respicias. Ingens autem sententiæ pondus si introspexeris, ea conti-  
 nere cōperies. Principio cuiq̄ per aliū lesio dominus cōsulēdo viā docet, qua  
 possit sese indemnē citra delictū reddere, dicens: Si peccauerit in te, hoc est  
 cōtra te agēdo, vel te grauādo iniuste siue in tēporalibus fuerit, siue in spi-  
 ritualibus, vel te sciēte suæ salutis p̄iudicando: vade & corripe. &c. Dein sese  
 ecclesiasticū statuisse monstrat iudicium in eo quod sequitur. Q̄ si eos non  
 audierit, dic ecclesiæ, tāq̄ diceret, querimoniam sup̄ tibi illata iniuria & dāno  
 referas meis (quos dabo pro ecclesiæ meæ regimine) vicariis: qui intellecto

Matt. xviii

questionis merito reddēt vnicuiq̄ quod iustū fuerit. Qua autē virtute queat  
 iniquū adigere, vt quod per iustitiæ leges præstare obnoxius est exequatur:  
 tradidit ipse Christus, aperte docēs ecclesiæ se potestatem dedisse, vt sub excō-  
 municationis censura cogere valeat quēlibet, vt quod decreuerit ipsa, parē-  
 do simpliciter obseruet. & istud quidē his verbis: Si autem ecclesiam nō au-  
 dierit: sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Quid tibi complecti videtur id  
 abbreviatum domini verbum: Si ecclesiam nō audierit: sit tibi sicut ethnicus  
 & publicanus? integrū sane prætoriam causas agitādū modū. Nam inuuit  
 primo de causa cognoscendū potestatem (non enim de sibi incognitis posset  
 ecclesia rite decernere negociis) subinde causa intellecta definiēdi insinuat  
 se dedisse auctoritatem Christus dicens: Si ecclesiam non audierit: sententiam  
 scilicet proferentē: nullus etenim potest audiri, nisi qui aliquid profert. ad-  
 dens vero, sit tibi. &c. cui subiaccere eū confusioni velit, plane docet: qui ec-  
 clesiæ auditis partiū propositis lato non paruerit iudicio. Et profecto apud  
 omnes humiles spiritu hæc nemo ambigit esse gratissima. quibus omnino  
 conformia sunt quæ presenti capite sexto Apostolus Corinthiis scribit. Pro  
 laica autem potestate, q̄ in iis quæ concernūt forum illius cuiuslibet suū ius  
 prosequi liceat: palam docet Apostolus ipse ad Ro. loquens, dū ait: Omnis  
 anima potestatibus sublimioribus subdita sit. &c. & idem variis scripturæ  
 traditur locis. At q̄ omnino sit ita sentiendū, nō esse videlicet de Apostoli  
 mente q̄ nulli Christiano liceat causam in forensi iudicio actoris nomine p̄  
 sequi: per patrū sententias Iacobo est operæ precium palam facere. In primis  
 sanctus Athanasius Apostoli præsentē differens literā ita scribit inter alia.  
 Qui litigat, quod equū sit assequi concupiscit. & paulo post. Quo ergo pa-  
 cto, quod equius sit pro te latari sunt iudiciū gentiliū iudices? & rursum  
 addit. Illud vero: Indigni estis qui minima iudicetis: hūc habet sensum. Nā  
 vt decens est iudicatos illos per vos, hoc est fideles, qui intus estis, confundi:  
 sic contra vobis ad ignominiam cedit, ab iis qui extra sunt & infidelibus iu-  
 dicari. En equū censet Athanasius iudiciū: quo iniuriā passo rependi suū de-  
 cernitur, modo per fideles id procuretur: & decens vt per ecclesiam iudicati  
 cōfundantur. Neq̄ iudicia igitur ecclesiæ illicita censet: neq̄ quod suū est in  
 ipsis repositos iudiciis seu prosequētes arguit, quoniā decēs asserit vt cō-  
 fundātur iudicati. Beatus deinde Ambr osius super eisdem Apostoli verbis.  
 Quia (inquit) in ecclesia magis lex est, vbi dominus legis timetur: melius  
 dicit Apostolus apud Dei ministros agere causam: facilius enim de dei ti-  
 more sententiā legis verā promūt. & post aliquāta. Q̄q̄ (inquit) Christia-  
 nus litigare non debeat: tamen si graue fuerit, & quod contemni nō possit:  
 causam ad ecclesiam deferat, ne & damnū ad præsens, & offensionem forte in-  
 currat. Eia Apostoli mētē quæ ad forensia litigia perpendens Ambrosius  
 Christiano dissuadet, quod sane alioquin prudentiæ est, nō subire scilicet iu-  
 diciū pro leuioribus aut paruis detrimētis. Pro grauioribus vero subeu-  
 da tribunalia nō modo vti licitū permittit: verū quasi vt crimē euitetur ne-  
 cessarium esse scribit: causam inquit. Si graue fuerit, ad ecclesiam referat,  
 ne & damnū ad præsens, id est rei non paruę iacturam faciat, & offensionē,

Cap. xliii.

R

**S** hoc est peccatū, si negligeret incurrat. Hęc etiā testatur diu<sup>9</sup> Gregorius, di  
 Moralium cens: Qui minoris meriti sunt in ecclesia, & nullis magnorū donorū virtu  
 libro. xix. tibus pollent: ipsi de terrenis negociis iudicent. quatinus per quos magna  
 cap. lxxiiii. nequeunt: bona minora suppleantur. & paulopost. li (inquit Gregorius)  
 terrenas causas examinent, qui exteriorū rerum sapientiā perceperūt. Alibi  
 quōq; in eisdē Moralibus. Quidā (ait) seruata charitate prohibēdi sunt, nō  
 sola cura ne nostra subtrahant: sed ne rapientes non solū sua sed seipsos per  
 dant. Quod quidē vti iustissimū comprobatur Chrysostomus: dū ait. Qui cū  
 causatiuo non irascitur, peccat. Patientia enim irrationabilis vitia seminat,  
 negligentiam nutrit, & nō solum malos, sed etiā bonos inuitat ad malum.  
 Istitis autē ecclesię doctoribus ad cumulū accedat opus est Augustinus: quo  
 omni semota verborū ambiguitate constare possit omnibus, Iacobū Fabrū  
 Apostoli Pauli sensibus in presentī negotio prorsus aduersa & proinde pla  
 ne heretica tradidisse dogmata. Ille ergo doctorū aquila, libro de operib<sup>9</sup>  
 pte opū. v. monachorū ad sanctū Aureliū ecclesię Carthagenensis primatem, ociosos  
 quosdā monachos ad veritatis semitā reducere studens: & alios, item qui oc  
 cupationibus animę minus tribuebāt q̄ par esset, volentes nullos de clero  
 a manuali opere excusatos esse: sese in exemplar humiliter exhibet: & de re  
 quā agitamus vsque adeo apertis scribit eloquiis, vt nullus ea possit nisi fue  
 rit proteruus non admittere. Sunt autē libri illius cap. xxiiii. vbi & quę hic  
 torfit Apostoli verba Iacobus, ad claram & catholicā perducit sua explica  
 tione intelligētia. Sic itaq; ait Augustinus ad monachos ociosos: quos hac  
 in parte compellat. Non alligamus onera grauiā & vestrīs humeris impo  
 nimus: quę nos & digito attingere nolumus. Quęrite & cognoscite labo  
 res occupationū nostrarū, & in aliquibus nostrorū etiam corporū infirmita  
 tes, & ecclesiarū quibus seruiamus talem iam consuetudinē vt nos ad illa  
 opera, ad quę vos hortamur, vacare nō sinant. Quę enim dicere possumus.  
 i. Corin. ix. Quis militat suis stipendiis vnq;? Quis plantat vineam, & de fructu eius nō  
 edit? Quis pascit gregem: & de lacte gregis non percipit? Tamen dominū  
 Iesum, in cuius nomine securus hęc dico, testem inuoco super animam meā:  
 quoniā quātum attinet ad meū cōmodū, multo mallem per singulos dies  
 certis horis quātū in bene moderatis monasteriis constitutū est, aliquid ma  
 nibus operari, & cęteras horas habere ad legendū & orandum, aut aliquid  
 de diuinis literis agendū liberarē, q̄ tumultuosissimas perplexitates causa  
 rum alienarū pati, de negociis secularibus vel iudicando dirimēdis, vel in  
 ii. Cor. xiii. terueniendo precidendis. quibus nos molestiis idem affixit Apostolus: non  
 vtiq; suo, sed eius q̄ in eo loquebatur arbitrio. Quas tamē ipsūm perpeffum  
 fuisse non legimus: aliter enim se habebat apostolatus eius discursus. Nec  
 i. Corin. vi. dixit: Secularia igit iudicia si habueritis: ad nos deferre, aut nos cōstituere  
 ad iudicandū: sed eos qui contemptibiles sunt in ecclesia: hos (inquit) col  
 locate. ad reuerentiā vobis dico. Sic non est inter vos quisq; sapiens, qui pos  
 sit iter fratris suū iudicare: Sed frater cū fratre iudicio cōtēdit: & hoc ap̄ in  
 fideles? Sapientes ergo qui in locis consistebāt fideles & sanctos, non q̄ hac  
 atq; illac propter euangeliū discurrebant: talium negociorū examinatores.

esse voluit. Vnde nūq; de illo scriptū est q; aliquādo talibus vacauerit: a qui  
 bus nos excusare nō possumus, etiā si contēptibiles sumus. quia & hos col  
 locari voluit si sapientes defuissent, potius q̄ vt negocia Christianorum de  
 ferrentur in forū. quę tamē laborē nō sine consolatione do mini suscipimus  
 pro spe vitę æternę, vt fructū feramus cū tolerantia. Serui enim sumus eius  
 ecclesię, & maxime infirmioribus membris, quātalibet in eodē corpore mē  
 bra sumus. Hęc Augustinus: per quę luce clarius & aperitur error Iacobi  
 & funditus euellitur. Nobis insuper dicat oportet: licet ne hominū cuipiā  
 aliū quēlibet non diligere. quia hoc videtur pretendere dū ait. Fieri potest  
 vt eum qui scilicet me nolente nummos detinet meos: diligam. quasi diceret:  
 etiam fieri posset, vt licite non diligam. Si hoc velit totus cęcutit: tene  
 mur siquidē vniuersos & singulos homines etiam inimicos (quia indubie  
 proximi sunt) ad salutem amare: quia precepit dominus, dicens: Diliges  
 proximū tuū sicut teipsum. Quę autem subdit. & fieri etiam potest, vt ipse quoq;  
 qui scilicet iniuste nūmos meos retinet, me diligat: puerilis ignorantia est.  
 Qui enim fratri iniuriā irrogat aut damnificat: charitatē ledit fraternā. Per  
 Apostolū enim dñs dixit: Quia qui diligit proximū: legem impleuit. & rur  
 sum. Dilectio proximi malum nō operatur. Fratris igitur substantiā contra  
 Dei legem detinens: quomodo dici potest legem implere? quomodo in eo  
 qui proximo incommodando malum operatur: fratris esse potest dilectio?  
 Haudquaq; certe fieri potest. & profecto mirum q; tam incōsiderate etiam  
 in primoribus diuinę legis traditionibus sese ludat iste scriptor. Consimili  
 preterea iudicio inquit. Si vocādo in ius eum qui mea renuit mihi restituere,  
 damna illi procuro quę illam sequuntur pretorialem vocationē: quomo  
 do non facio iniuriā illi? quomodo dilectionis necessitudinem inter me &  
 fratrem non violo? quasi dicat: & illū iniuste grauo, & charitatis vinculum  
 contra dei mādātū dissoluo. quod (vti monstratū fuit) manifeste erroneum  
 est: quoniā & legi naturali & diuinę atq; humanę contrariū. In quarū lumi  
 ne legum est notū cuiuslibet sanę mentis, iniuste alienū retinētem gratis, cau  
 sam omnino esse damnorū si quę ob id sustinet, fraternāq; iam eum violasse  
 dilectionem: non autē illū, qui via iustitię iam sua repetit. Appendant pru  
 dentes, quodnā posset qui sic iudicauit & orbem docere voluit: salutare ali  
 cui ex idiotis aut aliis consiliū poscenti dare. q̄q; ob hoc rei Christianę per  
 niciofa sit istiusmodi doctrina: q̄ vt dubio procul lectoribus indigna est, ita  
 & vlticrib<sup>9</sup> dignissima fociis. Deniq; falsum & erroneum ex citatis per nos  
 etiā conuincitur: q; simpliciter & ex toto sit potius, iniuriā sustinere & re  
 rum priuationem perferre, q̄ sic fratrem in fratre iudiciarias lites agitare.  
 Quando autē potius nō est, & quādo est: nō potest vna pro quocūq; casu re  
 gula tradi. sed agendū appētis causarū circūstātiis, prout sapiēs dictabit.

## ¶ Propositio. XCVI.

In prolocutione capituli septimi, epist. primę ad Corinthios ita inter multa  
 scripsit Iacobus. Est mulier vt campus: vir vt agricola: proles vt ex semine  
 agricolę vber in campo fruct<sup>9</sup>. Sed sapiens agricola nō semper seminat se  
 men: neq; campus semper ad suscipiendum est aptus: ita neq; vir semper ab

Matt. xix.

Roma. xiii.

Z

Cap. vii.

vxore mutuā beneuolentiā exigere debet: nō enim semper est apta. & paulo post. Cū tēpus aptū est, & dispositus cāpus, & agricola cū annona præsens: ipse se men terrę in Dei benedictione committit.

¶ Confutatio.

A Ex his & aliis quę illic multa super hoc addit Iacobus, innuit, nō quę obscure, quę inter cōiuges nō est licitus matrimonialis actus nisi quādo vxor apta est ad cōcipiendū. quod pfecto & in fide erroneū est. quia nō est matrimonii sacramentū a deo institutū dūtaxat in officiū: quęadmodū seruata originali iustitia fuisset: verū & ad remediū. quę manifeste docet Apłs dicens. Propter fornicationē aut vnusquisq; suā vxorē habeat, & vnaquęq; suū virū habeat. Nō ait Paulus: Vir vxorē capiat vt inde possit suscipere prole: quia hoc ex primęua institutione cōiugii satis esse notū supposuit. Aliū autē vigilanter voluit exprimere finē, qui est euitatio fornicationis pro iis qui liberi sunt, & cōtinere, aut nō facile se posse arbitrātur, aut nolūt: sed eligunt magis per dei legē cōcessa frui potestate. Est pręterea istud ab Iacobo ptesum morib⁹ vehemēter dispēdiosum ac pernicioſa temeritate dictū. Quid enim istud nisi scupulorū syluā incautorū in coniugū cōsciētis generare potest? Adde & illud, nō pauca implicare quę & falsa & absurda nullus diffitebitur e prudētibus: vt verbī causa quę inter virū & fęminā quę suę ætatis quinquagesimū excesserit annū, legitimū nō poterit esse matrimoniu: quoniā eius ætatis mulier nō est aptus cāpus vnde valeat pro physicoꝝ & expertoꝝ sententia liberorū sperari fructus. & iure eodē nō poterit inter coniuges actus ille citra culpā esse quādo de alterius cōstitērit sterilitate: sed neq; ex quo fuerit quę vxor cōceperit cognitū. quinimmo quoniā nulli certū esse p naturā valet quā vxoris cāpus ad semen vñ cōcipiat suscipiendū aptus est, sine peccato nūq; poterūt cōiuges ad copulā mutuis vtī corporib⁹. Hęc & alia multa Iacobi sequūtur dogma: quę ab oibus merito p erroneis ac scandalosis sunt habēda. est igitur illud quale p̄diximus.

¶ Propositio. XCVII.

In sanctificatione mulieris fidelis sanctificatur vir infidelis, nō simpliciter, sed quo ad generationis actū: & in sanctificatione viri fidelis sanctificatur vxor infidelis, non simpliciter, sed quo ad generationis ex viro officium.

¶ Propositio. XCVIII.

Qui nascitur infans ex matre infideli, genitus a patre fideli, sanctus est: & qui nascitur infans ex matre fideli, genitus ex patre infideli, itē sanctus: qui autē ex vtroq; infideli, immūdus.

¶ Propositio. XCIX.

Esto quę ex altero tm̄ parēte fideli genitus infans, & ex infideli vtroq; alius p creatus sic decedant: circa hūc & circa illū est alia & alia secreta dei dispensatio: circa hūc quidē vt immūdū, circa illū vero vt mūdū & sanctū. Verum & illa immunditia & hęc sanctitas deriuatitia est: & hęc sanctitas quidem sanctitas inchoata non consummata.

¶ Propositio. C.

Deriuatitia sanctitas non sufficit aperire cælum: sed de talibus secūdū suū secretum disponet deus: vt & de hoc modo sanctis, neq; vltra, nobis de talibus cognoscere est concessum.

¶ Propositio. CI.

Sanctos esse infantes qui ex altero parentum fideli sunt geniti ex Paulo cognoscimus: siue in vtero mortui impossibilitatem ad vteriorē veniēdi sanctitatem excuset deus, siue ex negligētia nō veniētibus possibilitatē accuset.

¶ Confutatio.

Nouā hęc & prius inauditā Iacobus infert ecclesię auribus theologiā. nouā C vtiq; vtpote quā sub propria recens fabricat incude: Inauditā vero quia catholicorū doctorū nemo vnq; ita docuit. Quis em̄ fideliter imbutus sensit aliquādo feliciorē sortiri statū infantes mortuos ante perceptā baptisimi gratiā si ex vtroq; parente fideli aut altero sint progeniti, quę assequatur illi qui ex vtroq; infideli nati sunt: quęales quippe omnino & in bonis & in malis taliū animę credūtur. Semetipsum itaq; p̄ceptorē suū ipsius Faber statuens, pro spiritu erroris quo ducebatur Apostoli sacra abusus doctrina effudit, quę sunt hic annotata. Beatus ipse Paulus singulis de nouo ad Christi conuersis euangelicā legē p hominū volens cōditionibus salubriter deseruire, varie pro qualitatū varietate singulos instruit. Ad cōiuges ergo quorū alterū contigerat (altero in perfidia remanente) Christianismū amplecti, sic loquens ait. Si quis frater, id est qui accepto baptismatis lauacro ad nobis cōmunē Christi cōuersus legē, & per hoc frater noster effect⁹ est, vxorē habet infidelem, hoc est nondū huiusmodi nactā gratiā: & hęc cōsentit habitare cū illo non impediens scilicet eū quo minus secūdū assumptā viuere possit legem, quę illam nōdū parata sit ipsa sequi: nō dimittat illam, hoc est cohabitare tali vxori cū spe quę quemadmodū longo post tempore de sacratis simę virginis Cecilie, quę fidelis infidelem lucrificet Christo virum, & aliorum multorū cōnubio accidit, suis tum orationibus, tum monitis eā possit Christo temporis successu lucrifacere, & procurare vt qui ex tali connubio nascantur liberi matre non reclamante ad baptismi gratiā perducantur, & hac sanctificetur via. Hęc autem Apostoli traditio consiliū est: nam idcirco D p̄misit: Dico ego nō dominus, quod est: hoc consulo, Dominus enim non id fieri p̄cepit, sed vnus cuiusq; reliquit arbitrio. Et cōsimili omnino iure ac intelligentiā quę facilis est & vera beati apostoli mens pro cōuersa vxore statuens subdit. Et si qua mulier habet virū infidelem, & hic cōsentit habitare cū illa, nō dimittat virum. Sui autem consiliū causam reddēs Paulus addit: Sanctificatus est enim vir infidelis per mulierē fidelem, & sanctificata est mulier infidelis per virū fidelem. quibus verbis id vult quod dictum est, videlicet quę dū pars adhuc in infidelitate manens cōsentit habitare cum ea quę Christianitatē est professā, citra religionis assumptę contumeliam: probabile est, quę cū non indignē ferat, sed permittat libere nouū in compari cultus spiritualis ritum, paruo negotio ad veram deū cognoscendā viā perducī poterit: Et quoniā iam sepius id compertū esse poterat Apostolo, dicebat p̄pterea: Sanctificatus est em̄ vir infidelis per mulierē fidelem. & c. Per id autem quod secutus adiunxit dicens: Alioquin filii vestri immūdi essent, nūc autē sancti sunt: p̄tendit Apostolus, quia cū crebro iam expertum fuerat ex tolerantia eiusmodi, qua scilicet pars cōuersa ad Christi fidem nō re-

cedebat ab ea quæ in damnato manens ritu sustinebat coniugis viuēdi modum, genitas proles parente fideli procurante & non renitēte infideli beneficiū regenerationis percepisse, istud animarū saluti expediens fore, quod aperte verba eius sonant dicentis, Alioquin filii vestri immūdi essent, id est ab originalis noxæ macula seu labe non purificati: nūc autē quia per hanc cohabitandi fidelis cū infideli tolerantia baptizati fuere, sancti sunt, hoc est de irē filiis gratiæ facti sunt filii, & sanctorū adiuncti numero, ac vere per baptismi susceptionē (diaboli repulsa potestate) sanctificati. Quonia autē non poterat iusta subesse causa sperandi huiusmodi & coniugis & prolis futuram cōuersionem, quando pars infidelis saluti inuidens sui thori consortis, vbi ea non cōsentiebat sine creatoris contumelia demorari, sed potius diuortium cōminabatur ni vellet sanctā apostatando pars baptizata reuicere christianitatē: promptū eo casu dat ipse Apostolus consiliū subnectens. Si infidelis discedit, discedat. q. d. si salutaris assumptæ religionis odio thorum scindere statuat & abire: sine illum, neq; sequaris. Et quonia cōtingere facile poterat vt frater aliquis propter diuturnū cū vxore pertinaciter idolatriæ adherenti cōtuberniū durum iudicaret eā ob religionis nouiter inite ius relinquere, inde causam prætexens q; abeuntem odio Christi vxorem si intermissa professione sequeretur, fortassis tandē posset eam ad veritatis reducere tramitem: q; istud secūdū prudētię leges minus probabile videretur (nō enim de mandatorū agitū necessitate) Apostolus dei spiritu actus eiusmodi occurrit tentationi dicens: Vnde enim scis mulier si virū saluū facies: aut vnde scis vir si mulierem saluam facies: nisi vnicuiq; sicut diuisit dominus. tāq; diceret: Q; consului præter domini mandatū coniugii partē fidelem non relinquere infidelem, quæ Christi legem nō abhorret, quis nondum acceptet illam, iustum omnino propter iam expressas causas fuit: vbi vero voluntatis deprauatione infidelis sanā detestatur doctrinā: quia non subest vnde in ea fructus speretur vitæ, ac potius imminet alteri perditionis adherēdo periculum: non sequatur, ait Apostolus, discedētem pars quæ fidelis est.

F Cū itaq; literę apostolicæ vera, facilis & lucida sit hic explicata per nos intelligētia, quā & firmiter tenet ac sequitur cōmunis ecclesię & scholę theologorum consensus, nō attendens ad quasdā male solidas nōnullorū opiniones, quod nosse debuerat Iacobus: cur etiā hic reiectas maluit sequi phantasias, hæc vna fuit causa, q; regias dedignatur perpetuo vias pergere. Eo autem culpabiliorem se reddidit, q; paucis quæ illi aut sub ambiguo retulerūt, aut vt ab aliis recensuerunt dicta citra assertionem, Iacobus multa ceu dogmata asseueranter adiecit: cuiusmodi hoc in primis est q; coniugatorū pars infidelis per fidelem sanctificatur, non simpliciter, sed quo ad generationis actum. Esto siquidē infideli generandi actus laudabile opus iustitiæ possit esse, & proinde hoc nomine sanctum vocari: quādo tamē cōstat quia in infideli parte nihil purū esse potest, cū per Apostolum, Omne quod non est ex fide, peccatum est: quod pro diuī Augustini & theologorū sententiā sonat: opus quodcūq; hominis peccatū esse, quod per fidei regulā in omnium bonorū authorē deum nō refertur: Si quid sanctitatis ratione actus carna-

Rom. xliii.

lis copulę potuit excogitasse ac inuenisse Iacobus in infideli: proferat. Cum vero per nunc citatum Apostoli verbum: Omne quod non est ex fide, peccatum est: fide constet idolatræ opus quodlibet etiam si foris iustum putaretur peccatum esse: quanto magis quod est venereum, peccatum in infideli venit discernendum? Nihil autem esse sanctificatum aut sanctum dici potest: quod peccatum est. Videat itaq; Iacobus qua iustitiā infidelis debeat propter comparis fidem (cui omnibus dissentit votis) quo ad generationis actum sanctificatus dici. Istud profecto nunq; in Apostoli venit mentem: merum est Iacobi commentum, sanę doctrinę omnino aduersum. Dein quæ le est (quæro) dogma quo Iacobus ait: ex altero fideli parente genitum, in tantem sanctum esse: ex vtroq; vero immundum? Cum enim secundum veram scripturæ intelligentiam nullum profus inter baptizatas proles discrimen, quo ad animæ sanctitatem, valeat dari: erroneum plane est quod asserit: siquidem pari modis omnibus conditione singulæ censentur: Omnes enim ex æquo nascimur filii irę. Neq; quo ad infantis ab originalis culpæ macula purgationem, efficit quicq;: q; vel vterq; vel alter parens eius baptizatus est. quia aut hoc ex eo solum penderet q; regenerationis sacramentum suscepit parens: aut cum hoc illius requiretetur sanctitas. Q; primum nequaquā dici possit, inde constat q; vsu sæpius venit baptizatos parentes multis infidelibus sceleratiores esse aut immundiores. quomodo igitur ex eo q; adhuc in eis est baptismi character: prolis conceptæ anima quantalibet sanctitate donata erit? Coinquinatis (inquit Apostolus) & infidelibus nihil est mundum. Parentis autem sanctitas nequit aliud in eiusdem proprię prolis animam efficere, q; in alterius. consimili quidem pietate pro hac & illa dominū deprecari potest & postulare, vt huic & illi recens creatis animabus gratiam perueniendā ad regenerationis sacramentum conferre dignetur: Item vt illam & hanc, hoc est propriam & alienam prolem benedicat etiam adhuc in vtero manentem (quod crebro fieri per pios fideles non est ignotum) quos sanctos existimat homines rogare potest fidelis parens. quod si fiat, aliud non est nisi bona felicitatis alicuius illis imprecari. Et hanc sanctificandā viam hic nonnulli in Apostoli verbis posse accipi sunt arbitrati: aut q; illo modo infantes mundari a parentum pietate dicantur: quo vel sumendū in mensę principio cibi benedicuntur, vel alia pro ecclesię ritu pleraq; non citra religionem. Cæterum quid animæ infantis post impensas sexcentas huiusmodi aut benedictiones aut sanctificationes vel bonorum imprecationes piās accedit plus q; prius? nihil omnium, donec ad lauacri gratiam peruenerit, immūde, impure, & diaboli mæcipia sunt semper animę ac domus (vt sic dicamus) ante baptismū, quod euidēter ex ecclesię ritu constat quo dicitur, Recede diabole ab hac imagine dei increpatus ab eo, & da locum spiritui sancto, & rursus. Dirumpe omnes laqueos Sathanæ, quibus fuerat colligatus. si masculis. &c. Itemq;: Ergo maledictę diabole recognosce sententiā. &c. & recede ab hoc famulo dei. Hęc vtiq; tāq; verissima, catholica, ac certissima: omnis peritus Christianus tenere ac cōfiteri astringitur, quo fit vt superstitiosa & erronea sint, quæ

G

Ephes. iii.

Ad Tit.

H

I

hic effudit somnando Iacobus, qui vaticinando asserit aliam & aliam Dei dispositionem esse, sed secretam, circa decedentium paruulorum nodum baptizatorum animas, quorum alter parentum fuerit fidelis, & eorum qui neutrum fidelem habuerint. Erit igitur ratiocinatione pari & alia dei dispositio secreta circa animas infantum qui vtrunq; Christianum habuerint parentem. Figmenta sunt certe ista omnia. Aequalis enim (vt tenet omnium probatorum ordo doctorum cum ecclesia) noxa originalis in singulis est paruulis: neq; auxesim, neq; minutionem suscipiens. Indiuisibilis quippe est, aut simul ergo tota semper manet, aut ex integro abluitur. Omnium igitur eodem iure decedentium paruulorum ante baptismi susceptam gratiam omnino consimilis dei est dispositio. hoc est nulli melius est aut deterius, q̄ alteri. quod Augustinus libro secundo de baptismo paruulorum, de sanctitate qua est in catechumino, hac Apostoli tractando verba Sanctificatus est vir infidelis. &c. loquens, his tradit verbis. Non vnusmodi est sanctificatio. Nam & catechuminos secundum quendam modum suum per signum Christi & orationem manus impositionis puto sanctificari. & paulopost. Sanctificatio (inquit) catechumini si non fuerit baptizatus non ei valet ad intrandum regnum caelorum, aut ad peccatorum remissionem. Hac ille. Per qua si non studiose adiecisset Augustinus, aut ad remissionem peccatorum: Iacobus sibi fuisset visus cum eo loqui: vbi ait. Illa (quam scilicet deriuatiue speciei nobis effecit) sanctitas non sufficit aperire caelum. at cum idem omnibus modis sit caelum alicui aperiri, & dimitti illi peccata: nihil omnino sibi ex Augustino donare potest. Vnde & secutus idem Augustinus ad praecedentia subnectens: Ac per hoc (inquit) & illa sanctificatio cuiuscumq; modi fuerit, quam in filiis fidelium esse dicit Apostolus, ad istam de baptismo & de peccati origine vel remissione questionem omnino non pertinet. Quando igitur tres duntaxat animarum finales status fide futuros credimus, scilicet in gloria regnantium vnum, in gehenna detentarum alterum, & permultorum non baptizatorum tertium: quaerat Iacobus a quo scripturae loco aut sanctorum documento habuit tres etiam eiusmodi paruulorum futuros esse status, quos ecclesiae tradidit: Primum videlicet eorum qui vtroq; parentum fideles sunt procreati: alterum eorum qui infidelis vtroq; & medium eorum qui altero tantum. Respondet ille & dicit. Hoc secretum omnino est, non est nobis vltra cognoscere datum: Sic tamen esse oportere, ex Apostoli (ait) colligo litera: qui dixit: Alioquin filii vestri mundi essent: nunc autem sancti sunt. quasi loquatur Apostolus de nondum ortis foetibus, aut infantibus nondum baptizatis. quod plane falsum est. Sed modo quem praemisimus accipienda est Pauli contextus intelligentia. quod confirmans Augustinus. Iam enim (inquit) erant paruuli Christiiani, qui sine auctore vno ex parentibus, sine vtroq; consentiente sanctificati erant. quod non fieret, si vno credente dissociaretur coniugium, & non toleraretur infidelitas coniugis vsq; ad opportunitatem credendi. & praemisera dicens: Credo iam prouenerat vt nonnullae foeminae per viros fideles, & viri per vxores fideles in fidem venirent. Et quis non dicēs nomina:

Cap. xxvi.  
pre opū. vi.

Li. i. de ser.  
dñi in mō.  
pre opū. iiii

exemplis tamen exhortatus est ad confirmandum consilium suum. sic Augustinus. Quod autem insipienter & contra omnium catholicorum intentionem scripsit Iacobus: reuera infantes ex altero fidele parente genitos, sanctos esse: siue in vtero mortuis impossibilitatem ad vltiorem peruenientiam sanctitatem, excuset Deus: siue ex negligentia non venientibus possibilitatem accuset: plus satis ex Augustino praemisissis liquet verbis. Nugae sunt ergo istae Iacobi inuentiones curiosae, & patentes in fide errores, contra quos multa in superioribus producta fuere per nos: vbi de peccato originali & paruulorum causis differuimus.

¶ Propositio. CII.

Quod diu quis hominis est seruus, non potest esse plenus Christi seruus.

¶ Confutatio.

Hoc in fide erroneum esse, vnico potest conuincere verbo: quo ait Apostolus. Vnusquisq; in qua vocatione vocatus est: in ea permaneat. Seruus vocatus es, non sit tibi cura. Cum enim certa fide teneamus, quia vniciq; maxime curandum est, vt plenus Christi seruus esse possit: si hominis seu legalis seruitus, Christi seruituti non posset consentire: haudquaquam diceret Apostolus: Non sit tibi cura. neq; Onesimum Philemonis seruum (qui ad sese confugerat) remitteret Paulus cum precibus ad dominum. Abundantissime autem probat quod dicimus: & assertum Iacobi reprobat: beati episcopi Nolani ciuitatis Paulini factum. qui cum liber foret & sanctitatis gloria conspicuus: sese tamen, vt refert sanctus Gregorius, etiam idolatrae tyranno in seruum per mulierculam viduam vt vendicaretur procurauit & effecit. nota est historia. Absit autem, vt minus proinde plene Christi seruus sit factus. potius sane eiusmodi seruituti se subdens: ad heroice perfectionis ac sanctitatis culmen euectus est. Illud enim eius factum, quo sese de libero in temporariam redegit seruitutem: miris efferunt laudum praconis Augustinus & ipse Gregorius. De eo sane loquens Augustinus ait. Vnde Paulinus noster (eius enim discipulus fuerat: & idcirco suum dicit) Nolensis episcopus ex opulentissimo diuite voluntate pauperrimus & copiosissime sanctus. &c. Et certe haud absimile iudicat negocium beati Maurilii paucis annis ante Paulini tempora ecclesiae Andegauensis episcopi: qui norunt illud. abiit siquidem (vt illius ecclesiae veteres habent annales) antistes sanctus nactus occasione propter praematurum paruuli obitum, quem post septennium reuersus a mortuis suscitauit Renatum appellans illum: & semet in mancipium principi cuidam dedit. Disponente autem diuina prouidentia (ceu & de Paulino fieri voluit) suae fuit ecclesiae cum maximo gloriae faenore restitutus. & a mortuis reuocatum (quem vt dicimus Renatum ideo nominauit) literis & moribus excolendum praceptoribus piis tradidit: & tandem sibi in episcopali sede optimi patris & magistri fidelem & sanctum habuit filium aut discipulum successorem. Falsum igitur est quod scripsit Iacobus, nullum posse Christi plenum esse seruum, qui & hominis fuerit seruus.

¶ Propositio. CIII.



Qui temporibus apostolorum vocabantur ad Christum: pauperes erant & omnium rerum inopes. **¶ Confutatio.**

**M** Hoc Iacobi dictum & euangelio & apostolicis est literis contrarium. quod vel (vt paucis agam?) ex eo liquet quod mox de Philemone diuite citauimus. Non enim fuit vnquam de legis Christi necessitate aut congruitate: vt conuersi suas relinquerent facultates. Vnde neque hoc mandauit ipse Christus sequentibus se adhuc in terris agentem Magdalene, Marthe, Lazaro, Ioseph, & Nichodemo corporis eius sepultoribus, aliisque plurimis. Porro omnia de facto relinquere consilium Christi solum fuit, dicentis ad adolescentem, qui se omnia ad salutem necessaria seruasse testabatur, & ob hoc in via salutis (si verum dicebat) erat. Si vis perfectus esse: vade & vende omnia quae habes, & da pauperibus. Quod quidem consilium (fateor) omni sunt amplexati deuotione, sancti apostoli & discipuli Christi, ac fratrum magna apud Hierosolimam turba. Hinc & Petrus pro se & eiusdem voti consortibus: Ecce (inquit domino Christo) reliquimus omnia & secuti sumus te. quid ergo erit nobis? &c. Quod autem, vt dixi, istud necessitatis non foret, euidenter inde colligitur, quod ipse Paulus Timotheo scribens ait. Diuitibus huius seculi praecipue non sublimis sapere, neque sperare in incerto diuitiarum, sed in deo viuo. Diuites enim per hoc esse conuersos liquet nonnullos: quia non conuersis praecipienda potestatem non habebat Timotheus. Item si omnes per apostolos ad Christum adducti, pauperes ac omnium rerum inopes fuissent: vnde in Achaia, Macedonia, & Corintho pecuniarum collectas fecisset Apostolus: quibus ipsam sanctam in Iudaea paupertatem professis subueniretur? De quibus Romanis scribit inquiring: Nunc igitur proficiscor in Hierusalem, ministrare sanctis. Probauerunt enim Macedonia & Achaia collationem aliquam facere in pauperes sanctos, qui sunt in Hierusalem. Corinthiis vero: iam inquit de ministerio quod fit in sanctos, ex abundantia est mihi scribere vobis: Scio enim promptum animu vestru. &c. Aliis quoque locis non semel talia quaedam scribit Apostolus. Non erant ergo qui ad Christum temporibus Apostolorum vocabantur: rerum omnium inopes. quod hic praeter iudicium asserit Iacobus. Neque eum excusat quod secutus adiunxit dicens: Quod si bona habebant: infideles etiam cognito quod Christiani essent, diripiabant. Porro & primum assertiue & simpliciter contra scripturae auctoritatem positum est. & hoc secundum, absolute falsum. non enim pro quocumque tempore aut loco deus tyrannos permittit a diabolo prouocari, vt Christianorum bona furriperent: verum ubi & quando eius prouidentia ecclesiae suae conducibile iudicauit.

**¶ Propositio. CIII.**

Praeceptum erat Apostoli, vt connubii pars fidelis infidelem non relinqueret: si illi fidelis placeret thorus.

**¶ Confutatio.**

**N** Hoc Iacobi dogma recte profecto Pauli aduersatur intelligentiae. nempe data pro coniugibus, quando ambo fideles erant, in instructione: qua praescripsit dicens. Iis autem qui matrimonio iuncti sunt, praecipio: non ego,

sed dominus, uxorem a viro non discedere. aut si discesserit (supplendum fornicationis causa) manere innuptam: aut viro suo reconciliari. & vir uxorem non dimittat. Addidit Apostolus & dixit. Nam ceteris, scilicet coniugatis fidelibus qui thori consortes infideles adhuc habent: ego dico, hoc est consulo. & quod adiecit, non dominus (vt conuincit Augustinus) perinde est atque diceret. Dominus quod dicturus sum non praecipit: sed relinquit cuiusque arbitrio. Consulo ergo (ait Paulus) quod vere iudico salutis communi expedientius. quemadmodum & de virginitate paulo post dicit. De virginibus praecipuum domini non habeo: consilium autem do. & tandem subiungit dicens. Puto autem quia & dei spiritum, consulendo: scilicet, habeam. Dico itaque (ait Paulus) consulendo, quia dominus id non praecipit: si quis frater uxorem habet infidelem, & haec consentit habitare cum illo: non dimittat illam. &c. Fuit dubio procul istud Apostoli verbum, merum consilium. quod vel inde clare colligitur: quia ubi neutri parti liberum est alteram relinquere: his usus est verbis. Praecipio non ego sed dominus, uxorem a viro non discedere. Et quod nonnulli etiam veterum doctorum in horum Pauli explanatione verborum sudantes aliter atque aliter fuerint locuti: cum tamen fidelis post Augustinum ecclesiae sollicitudo omnes extricauerit praesentis loci nodos: Iacobum certe magis hoc accusat, quod per tritas & certas ad sanam Pauli assequendam intelligentiam, ambulare spreuit semitas: malens veteres sequi errores: quod quasi noua quaedam sic agens nostris ingerere videretur auribus.

Lii. de sermone dñi in monte. pre opū. iiii.

**¶ Propositio. CV.**

Duplex est notio: haec sensu quaesita humano: altera a deo. Prima humana: altera diuina. Illa carnalis, haec spiritualis. Illa inflat: haec humiliat. haec dilectioni dei coniuncta: illa minime. **Cap. viii.**

**¶ Propositio. CVI.**

Cognitio diuina, spiritualis, & data desuper est, cognoscere quod nihil est idolum.

**¶ Propositio. CVII.**

Non in omnibus est haec non humana, non carnalis, sed diuina, & vere spiritualis cognitio: quae vtinam mundum obtineret, aut aliquando mundum obtineat.

**¶ Confutatio.**

Ecce nouus est ecclesiae missus in Apostolum aut euangelistam Iacobus: O qui rerum diuinarum cognitionem seu scientiam vere spiritualem, non carnalem aut humanam, denunciet. Vtinam (ait) vere spiritualis cognitio mundum obtineret, aut obtineat aliquando. Ceca fuit ergo pro Iacobi voto hucusque ecclesia: spiritualem scripturarum ac diuinam non habens intelligentiam. Quid quaeso posset arrogantius exoptari? Iusta nimirum ac digna pro temeritate recipit homo iste qui (se & suis deceptis discipulis) putauit totum aberrare mundum: cum pro ignorantia tamen (cui non toleranda superbia semetipsum credidit posse consulere) sonia, nugas, figmenta, haereses, & blasphemias (vti cui libet quod haec legerit perito constabit) intulit orbi. tm abest: vt ignorat

tię veritatis luce succurrerit. Vocem nihilominus hanc preceptoris Iacobi & quę per illam inuuit, pari in Christi sponsam contumelia discipuli coplures pro ecclesiarum suggestibus populi rudis ceperant auribus ingerere, & magna instantia ingeminabant, dicentes. Euangelium fuit sopitum: sed nunc excitatum est. Vtinam (aiebant) ecclesia daret operam, ut veram scripturam assequi possent intelligentiam. & rursus. Scriptura sacra antea minus rite fuit, & tractata, & intellecta: At hoc tempore cepit purius differi, & vobis fidelius predicari, declararique sanius. Pergebant ita plebibus euangeliste recentis inclamare: quo ad qui poterant catholici zelo commoti fidei, ceperunt post longam patientiam obistere. & iam eiusmodi pseudoapostoli non modo silent, verum studiose perquisiti nullatenus valent comprehendere. **P** Miserrandum certe quia miserimum, homines istos eo fuisse perductos demeritę, ut sibi psuaderent quod ex quo diuinas ceperunt literas agitare Iacobus Faber, Desiderius Erasmus, & consimiles variis loquentes linguis: acciderint quę pretendunt. Quę vere autem id, quę humiliter ac pie modo (nisi stupidi fuerint) vtriusque presentire queunt. Verum ad rem nostram reuertentes ab Iacobo in primis poscimus: quanam cognitio est quę spiritualem appellat, diuinam, desuper a deo datam, & non partam humano sensu. nulla vtriusque omnino esse potest qualę describit, nisi quę miraculose deus spiritui creato ignota reuelando infundit, eodem nihil quo ad ipsam infusionem, coagente spiritu. talis duntaxat profecto a solo datur & producit deo: cuiusmodi fuisse creditur in prophetis, omnibusque sacrorum scriptoribus voluminum: de qua apostolorum vertex Petrus. Non (inquit) voluntate humana allata est aliquando prophetia: sed spiritu sancto inspirati, locuti sunt sancti dei homines. Fide itaque certum est quod hi omnes infusionem a deo diuinorum habuerunt cognitionem: & qui ut tales in scripturis designantur, quę literarum monumentis commiserint nihil. De nonnullis insuper id ipsum pie creditur, quos fideles tradunt historię, sanctorum peritiam assecutos fuisse eloquiorum: cum eorum insciti profus foret. Hi omnes vere diuinam ac spiritualem, & a deo desuper datam: non autem humano questitam studio scientiam habuerunt. Quę vero Iacobus huiusmodi a domino infusionem diuinorum habuerit scientiam: aut quis alius hoc æuo scribentium (quis ut credatur: id de se omnibus contendit modis Faber ipse) nemo si non velit falli credat: quo ad illud certis probauerit documentis. Omnis siquidem cognitio aut infusa est, aut studio vel usu parta aut acquisita. Neque existimandum, eandem scientiam dici non posse acquisitam humanitatis, & spiritualem aut diuinam. quę etenim de diuinis est: ab obiecto diuina vocatur, etiam si ea theologus abutatur. & ita de secularibus ut notum est censendum venit. A rebus quippe quarum sunt propria fortuantur nomina: quas qui habent, a deo habent. nemo tamen ob id quod Dei beneficio diuinarum aut secularium rerum scientiam acquisiuit: dici debet diuinitus edoctus. In quo mirum delusus est scribendo Iacobus, qui sese ratus est quę diuinitus fuisset assecutus vniuerso tradere mundo. ludico itaque illum plane seductum & innumeros suis seduxisse scriptis: meritoque in eum me moueri & agere. At nunquid ego iuste possum cogita-

ii. Petri. i.

Q

re, quod eiusdem errores vtriusque refellendo scripturis & rationibus, scientiam a deo infusionem fuerim consequutus? Absit a Christiano pectore Luciferiana hæc suggestio. omnis certe quam de diuinis habet Iacobus literis, aut ego: infusa minime dici debet, verum ex Dei gratia cum humano parta studio. Neque hoc de diuinorum notitia modo, sed & de quauis alia veritatis cognitione: sancto Iacobo apostolo dicente: Omne datum optimum & omne donum perfectum desursum est descendens a patre luminum. De quo quid est alibi dicitur: quia deus scientiarum dominus est. Quod autem dicit Iacobus: **R** Omnem cognitionem humano questitam sensu, hoc est studio: carnalem esse, ac habentem inflare, & dei dilectioni minime coniunctam: eam vero quam vocat diuinam: humiliare, & ipsi Dei dilectioni coniunctam esse: quo ad vtrumque in fide & moribus erroneum est. De priori constat. alioquin quid diu solas seculares (quas liberales vocamus) notiones habuit Iacobus: inflatus fuit. non enim dicere potest quod diuinæ sint, aut quod deus illas ei desuper infuderit: quas tantis cum ærumnis, vigiliis, ac instantiis comparauit. & vtinam pro eius gloria eas solum coluisset docendo. nulla certe profus rerum scientia suapte natura inflat: sed mentem exornat ac illustrat: & quod ait Apostolus presentis capite octauo: Scientia inflat, charitas vero ædificat: suam **i. Cor. viii.** secum fert intelligentiam: quam innumeris explicant sancti locis, sed vnicum cum pro amata breuitate fat erit hoc Augustini verbum. Sic dictum est inquit, Caro non prodest quicquam, quomodo dictum est Scientia inflat. Iam ergo debemus odiisse scientiam: absit. & quid est Scientia inflat? Sola sine charitate. Ideo adiunxit Paulus: Charitas vero ædificat. Adde ergo scientiæ charitatem: & utilis erit scientia non per se, sed per charitatem. & hoc est quod iam centies diximus cum Paulo. Si habuero omnem fidem, scientiam, sapientiam, & reliqua: charitatem autem non habeam: mihi non profunt illa, sed obsunt. Inflant enim, non ex se tamen, sed ex habentium culpa, qui talibus Dei abutuntur beneficiis. Et per ista clare etiam falsitas monstratur alterius asserti, quo tradit Iacobus spiritualem quam dicit scientiam humiliare, & esse coniunctam dilectioni Dei. Nulli siquidem competit virtuti se habentem propria motione humiliare: præterquam fortitudinis cardinalis supremæ illi speciei, quæ humilitas iuste nuncupatur, & cunctarum custos dicitur esse virtutum. Atqui scientia quęcumque siue infusa siue humano questita labore, habentem modo iam explicato inflat: quin & facilius contingere hoc potest propter infusionem quam acquisitam: si desit charitatis custos humilitas. Quod per fidem in Lucifero, & ei adhærentibus aliis peruersis angelis, certo cognoscimus contigisse: qui gratias a creatore Deo cum naturæ tum gratuito sibi collatas intuentes, suæ occasionem superperbiæ ac æternę perditionis inde acceperunt. Itidem & de pseudopphetis hoc notum est ac Apostolis, qui diuinas fortiti reuelationes (quæ veraciter scientiæ spirituales erant, non carnales, aut humano questite sensu) eis abusi non nisi superbiorum præmia reportauerunt. quod de Balaam **Num. xxi.** constat in Numerorum libro. & de illo sene in Bethel: qui etiam vero illi **iii. Re. xiii.** lusit prophetæ, quem Deus miserat ad Hieroboam sacrilegum Regem.

De qua quidē historia ita legitur. Cūq; sederent ad mensam, pseudo scilicet & verus propheta: factus est sermo domini ad malum prophetā qui reduxe rat verū: & exclamauit ad virum dei qui venerat de Iuda, dicens. hec dicit do minus. Quia non obcediens fuisti. &c. non inferetur cadauer tuū in sepulcrū patrum tuorū. En que idolatre viri isti Balaan, & is de Bethel super futuris

**T** prædixerūt: hoc non nisi domino illis reuelante actū est. Diuina fuit igitur & oīno spiritalis sciētia data de sursum: non parta sensu humano. nimirū  
**Num. xiiii.** Balaan haud effari istud de se potuit. Orietur stella ex Iacob, & consurget virga de Israel, & percutiet duces Moab. aliq; plurima que prænucliauit. & hic de Bethel viri Dei futuram minime prædicere potuit humano sensu mortem, & videre quæ post multa secula factururus erat rex sanctus Iosias in Bethel. Horū tamē & similiū spiritali & diuine cognitioni nequaquā iuncta erat humilitas aut dilectio dei. Soli etenim (vt dictū est) omnium dei gratia rum charitati aduersatur crimen: & forsan (si perfecta fuerit) humilitati. Vnde liquet q̄ insipienter de his censuerit Iacobus: & præsertim in eo quod adiecit, dicens: Cognitio diuina spiritalis & data desuper est: cognoscere q̄ nihil est idolum: id est q̄ nihil æstimari debet, q; nullius est diuinitatis & potestatis, & q̄ vnus solus est deus. Hec ille. Que quis nō potius rideat (cū ea veluti paradoxa scripsit) q̄ discutiat? Agedum fidei cōssimū & omnium primū principiū est, credere quia deus est: Apostolo Hebræis dicente: Cre dere enim oportet accedentem ad deū: quia est. Hoc autē primo per fidem cognito principio, & vocis huius, Deus, significantie accepta ratione: euidēti cōnexionē colligit quisquis est iudicio prudētie potitus, quia vnica est dei ras seu diuinitas. Vnde rursum omnib; patet vel idiotis, quia idolum deus non est, quin & naturali subest omnino experiētie, scire, Idolum lignū esse aut lapidem. & pro magno Iacobus nos docens: Cognitio (inquit) diuina spiritalis & data desuper, est cognoscere, q̄ idolum nullius est diuinitatis aut potestatis. Fateor quia id ipsum credere, diuina seu fidei notitia est desup data & spiritalis, nō infusa tamen, sed acquisita. At cū ea nullus careat de monū vel damnatorum: cōmunis siquidem illis omnibus nobiscū est, quia credunt dæmones (ait Iacobus, sanctus dei Apostolus) & contremiscunt: appendat Faber, q̄ infideliter hoc in loco scripserit.

¶ Propositio. CVIII.

Dicimus apud Paulum qui gratie dei tribuit omnia, ferme profanum esse loqui de merito operum, maxime erga deum. nam proprie meritum nō gra tiam querere videtur: sed debitum.

¶ Propositio. CIX.

Meritum tribuere operibus: propemodū cum eis est sentire, qui credūt nos ex operibus iustificari posse. De quo errore damnantur Iudæi plurimum.

¶ Propositio. CX.

Qui meritum defendit: hominē respicit. qui gratiam: respicit deum.

¶ Propositio. CXI.

De gratia more Pauli disputare: theologicum est. De merito autem operū humanum est, & secundum beatum Augustinum superbum.

¶ Propositio. CXII.

Non moueat nos, q̄ aliqui sanctorum meriti nomē vsurpant. Id persepe im proprie faciūt. Etsi enim hominum erga homines meritum proprie dici pos test: non sic erga Deum.

¶ Confutatio.

Cum id quod in propositionibus istis quinq; potissimū præ tenditur: scilicet **V** hominis operibus quilibet sanctis aut iustis minime deberi a Deo præmiū, q; nulla sunt erga Deū proprie merita: in superioribus crebro per diuina eloquia, per sanctorū assertiones & rationes nō inualidas, falsum & hæreticū cum esse perspicue monstratū est: facta iam opus nō est iterū facere. Sat erit igitur carptim nōnulla impresentiarū attingere: non ita prius ad verbū ex pressa. Primo cū Iacobo tota confitemur deuotione, Apollolum Paulum o mnia bona & laudabilia cuiuscunq; creaturæ opera, sanctæ Dei gratiæ tri buere. nec solum hoc docuit beatus Paulus: verum & omnis hoc proclamat scriptura, ac agnoscit pia quæq; mēs: quia Christo credit: qui dixit: Sine me nihil potestis facere. Et humiliter confitetur, quia nō sumus sufficientes co gitare aliquid a nobis, quasi a nobis: sed sufficientia nostra ex Deo est. Cui in omnium persona fidelium Esaias propheta dixit: Omnia opera nostra opera tus es in nobis. cui & cōsonat Apostoli ad Philippenses verbū, quo ait. Deus est enim qui operatur in vobis & velle & perficere, pro bona voluntate sua: Salus enim iustorum a domino. Nō igitur offendit Iacobus dicens Aposto lum omnia Dei gratiæ tribuere. Si tamē sanctus Christi Ap'ls solā dei gra tiam bonorū operum prædixisset causam esse, & nequaquā hominē per liberū voluntatis arbitrium (vnde ratio surgit meriti) neutiq; profecto Corinthiis (ipsa Dei cōmendata gratia, his verbis. Gratia Dei sum id quod sum.) dixisset. & gratia eius in me vacua nō fuit: sed abundantius illis omnibus labora ui. non ego autē, sed gratia Dei mecū. Quid sit quæso appendas: gratia eius in me vacua nō fuit: nisi, omnino esse potuit inanis, & nullius quo ad me fru ctus: si ea recte vti (quod liberū erat,) nollē: Quod proditori Iudæ cæterisq; vniuersis Dei gratiæ ingratias obuenit. subiungens autē. sed abundantius illis omnibus, id est Apl'is singulis laboraui. manifeste docet, quia non Dei gratiæ tantum iustitiæ ascribit opera: sed & operati homini. Neq; igitur ab homine absq; Dei gratia, fiūt sancta opera: neq; ab ipsa gratia citra hominē, quod ipse monstrauit Ap'ls dum adiecit: Nō autem ego, id est quasi a me si ne Deo, sed gratia dei mecū. In hoc enim minimo literis, sed eruditione ma ximo Pauli verbo: sed gratia Dei mecū: vna cum eo quod præmiserat: plus omnibus laboraui: nō ego, sed gratia Dei mecū: luce meridiana luculentius decernit, q̄ etsi omnia hominis bona opera, Dei sint attribūda gratiæ: nō ta men soli, verum & homini operanti sunt vtiq; omnia ascribēda. Porro & to ta illa per hominē operatur Deus, & tota nihilomin; per Dei gratiam ad iutus operatur homo. In quo plane Iacobus falsus Lutherum quoq; fefellit: cuius errorum vnus iste est. Frustra garrunt sophiste, actū bonum esse totū a Deo: sed nō totaliter. De quo quidem theologorū Parisiensium cœtus iudi cium ferēs dixit ita. Hæc propositio sanctis doctorib; (qui scilicet de bono

Ioan. xv.  
2. Corin. iiii.

Esai. xxvi.  
Cap. ii.

Psal. xxxvi.  
X

1. Corin. xv.

Hebr. xi.

Iaco. ii.

actu ita sūt locuti) iniuria est: Ambrosio potissimū, Augustino & Bernardō, quos hīc sophistas appellat. Ambrosius enī in libro de vocatione gētū ita vult, & Augusti. in libris de libero arbitrio, Bernardus vero in eiusdē tituli libro. Sequitur in theologorū cēsura. & q̄tum ad id qđ prætendit, actū bonum esse totaliter a deo, & nullo modo a libero arbitrio: est hæretica. Et hoc quidē iustissime dictū est, q̄ palam sententiæ Ap̄li quam proxime citauimus aduersatur, & aliis innumeris scripturę locis in superioribus sapius productis. Et quod deinceps asserit Iacobus, prophanū apud Paulū esse, loqui de merito operum, maxime erga Deum: q̄ hoc non theologicum est, sed humanū: etiam per antedicta omnino dānatū relinquitur quoad rem. At mirum certe de Iacobo. Quid enim est meritū (nomine ad bonū & malum extenso): nisi rationalis creaturę operatio, cui vel ex cōuentione, promissione, aut alias per iustitię leges, præmiū, merces, aut retributio debetur: hæc sane meritū notio est. Quomodo igitur de eo secundū hanc intētionem erga deū loqui: prophanū erit nō sanctū, humanū non diuinū: omnium dubio procul electorū, pro diuersitate meritorum seu bonorū operum, ac differentiis, per scripturas sanctas voluit Deus diuinos eiusmodi ac spirituales reuelari cōtractus p̄missionū, cōuentionū, & quasi pactiorū, quos primo per parabolā tradidit dicēs (Matthęo referēte): Simile est regnū cęlorū homini patrifamilias: qui exiit primo mane cōducere operarios in vineā suam. conuentione autē facta cū operariis ex denario diurno: misit eos in vineā suam dicēs. **I**te in vineā meam, & quod iustū fuerit dabo vobis. En aperte sonāt verba hæc quę diximus. **Q**z itaq; exiit paterfamilias, q̄ vocauit & promisit operari volentibus, id est mereri, præmiū: gratiæ fuit & liberalissimę dei bonitatis. **Q**z verbō dicē facta cōuentione fuisse, & q̄ vni pro quorundā multitudine obiectum est. nōne ex denario cōuenisti mecū: volūtatis liberā designat obedientiā, & oblatę pro impēso labore acceptationē mercedis. In eo deniq; & quod iustū fuerit, dabo vobis. & Voca operarios, & redde illis mercedem. meritū seu operibus propriis, mittētis intētionē fideliter & cum alacritate præstitis, deberi propositā mercedē: præmiūq; nō dari gratis, sed ex ea iustitia quę cōsurgit a pactiorum seu conuentionū, aut non incautarum promissionum natura, oriturq; , reddi vt debitum ei qui gratis oblatā libere subiuit conditionem, manifeste datur intelligi. Quæ autē hoc in loco sub parabola significauit: domin⁹ alibi quoq; , nec id quidem semel, propria tradidit locutione: dū verbī causa consentanee ad id quod in veteri lege scriptū est: **E**rit merces operibus vestris. dixit: Si quis mihi ministrauerit: honorificabit eum pater meus, qui in cælis est. Et pro iis qui non inuisibiliū & futurorū promissionibus præmiorū alliciuntur vt iustitiæ faciunt opera, p̄cōnarū cōminatione agens: Si quis (ait) in me nō manserit, faciēdo per obedientiam quę mādō mittetur foras sicut palmas, & arefcet: & colligent eū, & in ignē mittent: & ardet. Per Beatū autem Iacobū in epistola canonica palā nunciari fecit, quia beatus est qui suffert tentationē: quoniā cum probatus fuerit, accipiet coronam vitę, quam repromisit Deus diligentibus se. Ecce Christi Apostolus Iacobus, deum operatibus præmiū seu coronā æternę vitę pro-

Matth. xx.

**Z**

1. Paral. xv

Ioan. xii.

Ioan. xv.

Iac. primo.

**A**

mississe testatur. Omnibus ergo modis illam debet eis, qui ad eiusdē promit Hebræ. ix. tētis mētē fuerint operati. Hinc & Ap̄ls Paulus: Repromissionē inquit, accipient qui vocati sunt æternę hæreditatis. **Q**z vero æterna ipsa hæreditas, seu operantiū merces: quę Deus est (quęadmodum patriarchę Abrahamę de Gen. xv. clarauit dicens: Ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis) hominis debeatur meritis, per iam expressos paulo ante titulos: omni semota ambiguitate beatus significat Paulus Hebræis dicens: Beneficētię & cōmuni Hebrę. xiii. Sapien. v. onis nolite obliuisci: talibus enim hostiis promeretur deus. Vnde & per Sapientem dei spiritus dixit: Iusti autē in perpetuū uiuent: & apud dominū est merces eorū. Per aliū item vt omnium vice ab ipso domino peteretur: id effectus spiritus his verbis: Da mercedē sustinentibus te, vt prophetę tui fideles Eccl. xxxvi. inueniantur. Mystica fateor hæc postrema sunt: quia a domino fieri poscitur votum: quasi ad preces, & seruorū suorum instantias facturū esset nō nihil de nouo, quod ante porrectā supplicationis precē futurum nō præuidisset. **Q**đ nequaquā ita sapuit aliquādo quispiā fidelis, pie recognoscēs quia quęadmodum fines statuit Deus, qui præteriri nō poterunt: ita & media quib⁹ ad eos sit perueniendū prouidit. Cæterū spiritus sanctus per hominem postulari verbis istis faciens: da mercedem &c. vt prophetę tui fideles inueniantur: qđ aliud indicare putari potest homini, nisi vt certissime teneat, quia quod pacificens ex bonitate sua offerēdo illi & promittēdo, facta conuentione quā per sanctos describi voluit prophetas cōclust: indubie futurū est: De merit⁹ ergo hominū, & a dño pro eis exoblatis promissis, & acceptatis per operarios præmiis loqui: pium, theologū, iustum, & sanctū est. Oppositū igitur quod asseruit Iacob⁹ Faber, ceu aduersum scripturis, & hanc ob rem hæreticū cum omnino reiiciendū est. Neq; sicut delirans putat, de merito, instar Iudeorum illorū, qui iustitiam Dei ignorātes, & suam quærentes statuere, iustitię Dei non erant subiecti (quod & quidē non immerito, superbum Augustinus cēsuit) loquūtur catholici: cū quibus sentimus & nos. Verū de meritorum iuribus differunt pro scripturarū pietate, quas scribi per sanctos Iudæos, Moysen, Samuelem, Psalmographum Dauid, Salomonē, aliosq; prophetas Deus voluit & effecit: qui & Dei gratiā in oibus necessariā cognouerunt, humiliter gratias pro illa semper agentes, p̄udēter nihilosecius dei ipsius promissiones, conuocationes, cum præscriptis pactiorū modis intelligentes: arbitrii libertatē (a quo per gratiam adiuto: meritū vis & ratio deriuatur) secundū leges Dei sapienter perpenderunt. a quibus per humanę salutis inimici fallacias, mētis oculos auertēs seduct⁹ Faber, alios (cei innumerales) perniciosissime decepit. Et quo fixi⁹ sese & alios in errorum profundo retineret, neq; cuiq; contradicēti (si forsā opponeretur: sacros aliter de meritū scripsisse doctores ecclesię) fidē adhiberet: nos inquit nihil mouere debet, q̄ aliqui sanctorū meritū nomē vsurpāt: q̄ id persepe improprie faciunt &c. Rectā paulo ante meritū rationē descripsimus. cui opinor haud poterit. quis quēlibet scriptorū etiam grāmatorum dissentientē producere: cum etiam peritissimorū in literaria arte vnus (quę certe cum ita meritū definitū, nondū legeram, aut aliorū quęmpiam de recenti) denotionē is est.

Gen. xv.

Hebrę. xiii. Sapien. v.

Eccl. xxxvi.

Iob. xiiii.

**B**

**C** Ambrosius Bergomas

Parre ope.  
viii. cap. vi.

2. Tim. iiii.

meriti tradidit: dicens nobiscum meritum, & in bono dici, opusq; esse laudabile, & in malo, & est culpa inquit. Quod ut cōprobet post seculariū citata verba scriptorū, etiā authoritatē profert Augustini: & ita ad verbū loquitur. Vnde & Augusti. libro de gratia & libero arbitrio, bonū meritū & malum meritū appellat. Ista utiq; inquit, iam merita sua bona cōmemorat: ut post pauca merita consequatur coronā, qui post mala merita consecutus est gratiam. Loquitur autē illic Augustin⁹ de B. Paulo: de quo etiā ad rē prēmiserat. Redeamus ad Aplm Paulum: quē certe inuenimus sine vllis meritis bonis, immo cū multis meritis malis, dei gratiā consecutus: reddentis bona pro malis. videamus quid dicat sua iam propinquāte passione, scribēs ad Timotheū. Ego enim iam immolor inquit, & tēpus meę resolutionis instat. **D** Bonum certamē certauī, cursum cōsummaui, fidē seruauī. Propter hęc autē Apostoli verba scribit Augustin⁹, quod prēmīsum est. Ista utiq; &c. Vellē nobis modo diceret Iacobus, cuius magisterio didicit, quia etsi hominū erga homines meritū pprie dici potest: nō sic erga deū. hoc minime apud philosophos cōperit: nō apud theologos. Cū hæreticis igitur ipsū nō sapuisse profecto, sed desipuisse cōcludendum. Quod vel exemplo perfacili accipito. Pone artifices duos æque peritos: sed alterū tamen ita peruersē Christianum: ut operas omnes suas sinistris & criminosis cōficiat intētionibus: alterum vero, qui omnia in deum quē pie colit (ut debet) referat, in sudore vultus sui pane cū iustitiā vescēs. Vterq; autē cōuentione cum viro diuīte quopiam facta, artis suę opus cōsimilis omnino secundū eam bonitatis, educāt ambo: quia eundē sibi artis finem pręstītuūt & exhibēt, artificialem scilicet pro cōuentionis inīte circūstantiis, secundum artis eiusdem traditiones. pro merito exterius producti operis prēmīū omnino cōsimile & rationis eiusdem, iustitię regulis promerētur. Ceterū quia hunc & illum creator dominus obligauit, ut quęcunq; agerēt, in omnīū artium & bonorū datoris Dei gloriam referrent: Quod nō ab arte pendet mechanica, sed voluntatis arbitrio: proposita iussis obtēperātibus pro obediētia, mercede perpetua: inobediētibus vero nunq̄ finibili miseriarū pœna: Quis ambigat proprie & rationis eiusdem prēmīū voluntatis intētionī vtriusq; deberi: huic scilicet qui Deo imperātī obsecutus est, pro bona voluntate promissam glorię coronam: Illi vero iussis diuinis superbe resistenti: idēdem pręuaricatoribus multam propositam. Nulla sane potest meritorū diuersitas in his quo ad rationē comperiri, quin ita proprie qui opus quod iubet deus, etiā eo quo iubet modo facit, promissum mereatur prēmīū: quęadmodum pœnā meretur cōminatam, qui vel omittit quod iussum est, aut contra prohibitū committit. Quoniā autē Iacobus suo arbitrio scribit sanctos meriti nomine improprie uti: pro rei huius conclusionē nobis posco dicat, qua significationis ratione accipit quod in sacratissimo nobis posco dicat, qua significationis ratię genitricis Dei & dñi nostri Iesu christi. Sed & Beatorū Ap̄torū, ac martyrorū. Et enumeratis duodecim Ap̄lis primo, ac deinceps martyribus similiter duodecim, dicitur in genere: Et omnium sanctorum tuorū, quorū

meritis precibusq; cōcedas ut in omnibus protectionis tuę muniamur auxilio. Et rursus, quod in omnīū die sanctorū, calendis Nouēbris, pro supplicatione solemnī deo dicit: Omnipotēs æterne deus, qui nos omnīū sanctorū tuorū merita sub vna tribuisti celebritate venerari: quęsumus ut desideratā tuę propitiationis abundantiā, multiplicatis intercessoribus largiaris. Hęc siquidem duę orandi dominū formę (ut eius generis alia omittam q̄ plurima) vniuersalis ecclesię non modo vsu, sed & decretis firmissimis sunt cōprobate: ab omnibus etiā sanctis doctoribus, fidelibusq; vniuersis, omni veneratione, & receptę, & cōmendatę. Quid ergo Iacobus ad eas diciturus est? **F** omni fiducia, Christi sponsa ecclesiā per eas merita sanctorū deo proponit: eorum intuitu petit suas exaudiri preces. Num adhuc in singularitate persistans, & toti⁹ ecclesię ritui dissentiens, respōdebit etiā in ipsis supplicandī publicis formis ecclesiām meritū nomine improprie uti? Ipse vero propriam ac singularē terminū secutus rationē: nullum erga Deū inuenire potest meritum. Videat quęso & modos excogitet, quibus apud Deum rectū iudicē, absq; meritis sperare possit coronā glorię, qui tā crebro per scriptores suos quasi pręconis voce proclamari fecit: quia vnicuiq; (sicut Ap̄s expressit) **2. Corin. v.** redderet prout gessisset in corpore, siue bonū, siue malū. Pręsumit omnino ille falso scripturarū (quę finxit) delusus sensu: si coronam cuiq; putat deberi, aut dādam, pręterq; ei qui legitime certauerit: si æternę vitę prēmīū existimat pręterq; meritis reddi. Sese pfecto respiciūt (quod se inuenisse Iacobus opinetur) quodā naturali consequio meritum & prēmīū, & hoc quidē congruentissime. Neq; hoc Dei pręiudicat gratię: ut iam decies monstratum est. Illam nāq; humiliter attendens ecclesiā, in alia eiusdē sacri canonis supplicatorię prece collatori eius Deo dicit. Nobis quoq; peccatoribus famulis tuis &c. & expressis sanctorū & sanctarū multis nominibus: generaliterq; adiecto, & omnib⁹ sanctis tuis: secuta rogat dicens. Intra quorū nos consortiū nō æstimator meritū, sed veniē quęsumus largitor admittite. Existi- **G** mo autem ecclesiā ita voluisse loqui: partim quia licet fidelīū nemo coronā glorię sperare debeat sese habiturū nisi per merita & dei gratiā: vnusquisq; tamen vere humilis, minime deo loquēs propria simpliciter merita proponit, in eis per se fidēs: sed misericordiam incessanter implorat. Neq; putādū est ipsam ecclesiām dicēdo, nō æstimator meritū, propria locutione uti: hoc est qd credat Deū felicitatē (quam ipsa petit) conferēdo, merita haud quā aspiceret: cum in fide quidē notissimū sit, ipsum verū iudicē dñm pro meritorū diuersitate vnicuiq; quod iustū est retribuere. Porro euidenter clamat sp̄ritus sanctus per Sapientē dicens: Misericordia faciet vnicuiq; locum secundum meritū operum suorū. & per Aplm (ut visum est superius) Vnusquisq; propriā mercedē accipiet secundum suū laborē. Non enim omnibus redditur æqualiter: quia nō æqualiter valent omnes: sed pro iustitię distributione rationibus, cū omnib⁹ & singulis deus iustus iudex agit. quod pręclare Paulus edocuit, dicēs Corinthiis: Alia quidē corporū cœlestium gloria, alia autē terrestriū: alia claritas solis, alia claritas lunę, & alia stellarum. Stella enim a stella differt in claritate: sic & resurrectio mortuorum,

Ecc̄l. xvi.  
1. Corin. iiii.

1. Corin. xv.



hæc Apostolus: cui alia cōsentiunt in scripturis nō pauca. Eiusmodi autem præmiorū secundū differētiās meritorum vnicuiq; collatio fieri nequit: nisi perpenſis exactissime operū seu laborū valoribus. Dicēs igitur ecclesia hac in parte Deo, non æstimator meriti, aut aliud quod idem sonare videatur: quale illud est. Placare dñe quæsumus humilitatis nostræ precibus & hostiis, & ubi nulla suppetunt suffragia meritorū, tuis nobis succurre p̄diis: gratiam eius cōmendat: tanq̄ ei diceret. Nō ita merita nostra clemētissime domine æstimas & pōderas: vt dūtaxat nobis quatenus a nostro voluntatis illa prodeunt arbitrio mercedē rependas: nimirū hoc intuitu, nō sunt condīgnæ passiōes hui⁹ temporis ad futuram gloriā quæ reuelabitur in nobis: verum quoq; vt a tua mouente, adiuuante, & cooperante fiunt gratia: tua in nobis dona coronās etiam vltra cōdignū mercedē reponis: quia mēsurā bonā das, & cōfertā, & coagitatā, & supereffluentē. Sic itaq; nō æstimat deus merita: quoniā supra eorū valores ex eius immensa largitate pro ipsīs retribuit. Simpliciter tamē qui omnia facit in numero pondere & mēsurā, iustis sine æstimat singula omnium hominū & angelorum opera, & illis secundū iustitię decreta corrēspōdet: quia misericordia & veritas in omnibus operibus eius inseparabiliter obuiāt sibi: & iustitia & iudiciū correctio sedis eius sunt. Hoc est: in singulorū particulari, & vniuersorū cōmuni iudicio (quā de signatur per sedē) nihil cōtra iustitię leges fieri potest. Ad hūc autē scopū sunt cū sc̄tōr, tū scripturæ plurima testimonia: q̄ p̄ cōſita breuitate p̄tereo.

¶ Propositio. CXIII.

Ca. xii. Dona spiritus sancti solū ab iis possunt haberi, qui in dñm nostrū credunt.

¶ Confutatio.

I Assertum istud in superioribus iam frequēter contrariū esse scripturis monstratū est, & quidē clarissime. pro speciali tamē hic per Iacobum dicti confutatione pauca præstat vt addamus. Donū certe prophetię spirit⁹ sancti per legē populo suo (ministro Moyse) a dño datam, certū tenemus hominibus idolatris fuisse datū: sicuti de Balaam cōstat, & de falso ex Bethel propheta: item de Pharaone, cui futurorū vbertatis & sterilitatis annorū signa reuelauit deus: itē & de superbo Caldeorū rege Nabugodonosor, cui diuinę dispositionis reuelatio facta est super regnorū terræ quorundā finibus & statu: vt & Balthasar etiā pessimo de aliis quibusdā. Porro q̄ deus peruersis & nequā viris ipsum spūs sancti prophetię donū cōmunicauerit: inde manifestū redditur, q̄ hoc de reprobo rege Saule, eiusq; pueris ministris, in regū primo legitur libro. ita enim illic habem⁹. Misit ergo Saul lictores vt raperent Dauid. q̄ cū vidissent cuneū prophetarū vaticinantiū, & Samuelē stātem super eos: factus est etiā spiritus domini in illis, & prophetare cœperunt etiā ipsi. Quod cum nunciatū esset Sauli, misit & alios nuncios. prophetauerūt autē & illi. Et rursum misit Saul tertios nuncios: qui & ipsi prophetauerunt. Et iratus iracundia Saul abiit etiā ipse in Naioth in Ramatha: & factus est est etiā super eum spiritus domini. & post pauca, expoliāuit etiā ipse se vestimentis suis, & prophetauit cū cæteris coram Samuele, & cecinit nudus tota die illa & nocte. Vnde & exiuit proverbium. Num & Saul inter pro-

phetas? hæc ibi. Vnde plane constat, quia sub legis veteris tempore spiritus sancti prophetiæ donum, etsi nō simpliciter singulis, vt cunq; tamen reuelauit Dei spiritus, aut futura, aut certissima futurorum signa, etiā Dei hostibus nequissimis. Fide autē cōstat, quia spiritus ipse sanctus, citra certissimas agere nihil potest rationes. Et non solum idolatris, atq; sceleratissimis donū huiusmodi collocatū est viris: verū etiā ipsi pro viribus ne hoc in eis fieret resistentibus. quod de Saule cōstat. Modo cōsimili sub euangelica lege istud factum esse nō est dubiū. referentib⁹ enim Beatis euāgelistis, Marco & Luca, sanctus Ap̄s Ioānes dño dixit. Præceptor vidimus quendā in nomine tuo eiicere demonia, & prohibuimus eū: quia nō sequitur nobiscum. & ait ad illos Iesus: Nolite prohibere. De Caypha insuper Ioannes, Prophetas prædixit, vt in Matthæo legitur. Multi dicent mihi in illa die: Domine dñe, nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiicimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? & tunc cōfitebor illis, quia nunq̄ noui vos. hoc est. quia infideles fuistis, in virtutib⁹ quas p̄ vos feci aut fieri permisi, non gloriā meam sed vestram & tēporalia lucra quærētes: vestras omnino intentiones reprobauī. recepistis autē mercedē vestram, quoniam que bona erant, peruersis votis egistis. Iccirco nunq̄ noui vos, dignos scilicet gloria: quæ fideliter credētib⁹ & pie agētib⁹ debetur. Falsum igitur omnino est & scripturis aduersum, dicere: spiritus sancti dona haberi nō posse, nisi ab iis qui in dominū nostrum credunt. Nam teste Ambrosio, omne verū a quocunq; dicatur, a spiritu sancto est. Proinde vt Christus suos doceret discipulos q̄ plurima spiritus sancti dona, tam fidelibus q̄ infidelib⁹, & nequam hominibus dantur (gaudebāt enim q̄ dæmonia eis subiicerētur): dixit. Veruntamē in hoc nolite gaudere q̄ spiritus vobis subiiciūtur: gaudete autem quia nomina vestra scripta sunt in cœlis. vbi venerabilis Beda: Spiritus inquit eiicere sicut & virtutes alias facere: interdum nō est eius meriti qui operatur: sed inuocatio nominis Christi hoc agit ad condēnationē eorū qui inuocant, vel ad vtilitatem eorū qui vident & audiūt. Hæc autē productius q̄ exordiens p̄ponere p̄secutus sum: q̄ scribēdo visus est iste Iacobi error illum cōplecti, quo post Origenē multi delirātes putauerūt in sacerdotē aut episcopo non esse ecclesiasticas potestates, ordinis scilicet & iurisdictionis (quæ verē dona spiritus sancti sunt) nisi sit de numero electorū, & dum est in gratia seu charitate, quæ est (vt prius diximus) donū vnicui in quo simpliciter dicitur homini dari spiritus sanctus. quod velut hæreticum contra VVitelsum in sacro Constantiensī concilio iudicatum extitit.

¶ Propositio. CXIII.

Corpus Christi, id est assumpta humanitas, cælum implet & terram. est enim vbi cunq; verbum Dei est: quia verbum caro factum est. quare verbum nusq̄ est sine carne.

¶ Confutatio.

Quoniam nonnullis pro huius assertionis explicatione per Iacobū designatis, ipse ait: Verū alias (si Deus aspirauerit) de hac materia amplius: Cui

Marci. ix.

Luce. ix.

Ioan. xi.

Matth. vii.

L

Luce. x.

Homil. i. su

per Matth.

Cap. xii.

M

quidē sponſioni utiq; nō defuit: conſultum exiſtimaui huc vocare, quæ poſt annos circiter decem præſtando quā dederat fidem ſuper Ioannis capi. xiiii. ſcripſit. Illic quidē ipſo doctore ita legimus. Cum filius ſit in patre, & in omnibus ſanctis qui ſunt in cælo & in terra: an etiā corporaliter ſit: quidniſi ſed abſq; modo. niſi dicas diuino & incōprehenſibili modo: qui nō tam modus q̄ nō modus dici debet. Et mirū ſi id fides nō diceret: cum videat ſimul in Iudæa, Africa, & Europa, locis innumeris filiū Dei in corpore ſacramēta liter eſſe. Q̄ autē dicitur ſacramētaliter: modus eſt. quomodo ergo ſi ſubſtrahat modū, nō videat vbiq; filiū dei corporaliter, ſed ſine modo ac ſupra omnem modū eſſe: Vbiq; ſane Chriſtus eſt: Chriſtus incarnat⁹ eſt. Incarnatus autē ſine corpore non eſt. Et magna eſt fides, cognoscere Chriſtū corporaliter eſſe vbi ſacramētaliter eſt. ſed maior eſt, cognoscere eum absolute vbiq; corporaliter eſſe. Nam hoc eſt ſine modo cognoscere: illud cū modo.

**N** fides autē quæ eſt abſq; modo, maior eſt q̄ que modū habet. Sic aut verbum Iacobus. Ecce quid per duo annorū luſtra Iacobus ſuper Chriſti corporis eſſendi modo ſecū adinuenit: nouū oīno ſane dogma. nō em̄ illū ſanctus aliq; doctorū iſtud docuit, ſed erroris ſpiritus: vt q̄ nullus vnq; ver⁹ ſapuit theologus, dānabili ſingularitate agitatus mūdo afferret. q̄ plane & hæreticū eſt & blaſphemū: quodq; ridet & expuunt, vel theologica ſcholæ tyrūculi. Nimirū non ſine myſterio permiſiſſe videtur dñs: vt Iacobus modum hunc per non modū explicaret. Porro citra omnē modum, contra omnīu fidelium, & præſertim theologorū, cōmunē fidē hæc ſomniauit, & orbī præſumpſit offerre, puerili ſophiſmate luſus, quo ſic argumētatur. Vbiq; Chriſtus eſt (Hoc fide purā cōfitemur.) Chriſt⁹ incarnatus eſt: (& hoc certa tenemus fide). At quod inde colligit: vbiq; ergo Chriſtus eſt, ibi incarnatus eſt: hoc vt blaſphemū reuicimus. Repueraſcat Iacobus, & logicos (quos tandū inſtruxit) vel ſenex audiat. Hī quidē a præceptoribus theologica nō omnino expertibus imbuti, admiſſo (q̄ fidei eſt) eundē hominē in diuerſis diſtātibus poſſe eſſe locis: ſi inferas: Ergo ſi (verbī cauſa) ſedet aut dormit, vel nudus omnino eſt qui Pariſiis videtur, aut certo indumētorū genere veſtitus cōſpicitur: ille qui idē numero ſupponitur in Iudæa eſſe & Hibernia vel aliis quātumlibet diſtātibus locis, vbiq; fuerit ſedebit ſicut Pariſiis, aut dormiet, vel nudus omnino erit, aut eodē omnino genere veſtium indutus: hoc plane inſiciabuntur, & merito quidē: nepe corpus hominis nulla ſequuntur neceſſitate, quæ extrinſeca ſunt. Inualida eſt igitur omnino hæc Iacobī cōnexio: Vbiq; Chriſtus eſt, & alicubi immo & innumeris locis humana (vt ſic loquamur) carne veſtitus, hoc eſt incarnatus: vbiq; ergo eſt, in carnatum repoſuit) adoleſcētēs exhibitant dialectici, & quidē iure optimo. Si em̄ hīſtoriis fidei nonniſi adhibendū eſt, Beat⁹ Ambroſius ſimul tēpore viſus eſt apud Turonos in ſancti Martini adeſſe exequiis, & quaſi in actū cōtēplationis: & veluti dormiēs a ſtare videbat⁹ altari in Mediolanēſi eccleſia. Nō itaq; vno in loco eadē ſe habebat corporis diſpoſitione, qua in alio. Mediolanī ſiquidē vt ſopitus cernebatur: in Galliis vero ſollicite q̄ funeris poſce-

bat neceſſitas & impigre exercēs. Et ſiue iſtud recipiatur (q̄ tamē nullam prorsus claudit impoſſibilitatē) ſiue nō: firmū tamen ſtat quod dictū eſt: nō oportere videlicet poſito per miraculū (quē admodū in locis innumeris ſacramētaliter eſt ſanctū Chriſti corpus) hominē in pluribus locis: vt ſi ei Pariſiis loquor ſedēti certa hora, eadē etiā illum ſedentē apud Sidonē vel Tyrum cōpellem. In quo abſurdiſſime Iacobus (qui hortatur vt omnes hoc in negotio ab illuſione ſibi caueant) diluſus eſt. Q̄ manifeſte docet diuinarū perſpicaciſſimus rerū cenſor Auguſti. libro de præſentia dei ad Dardanum. Monſtrat nāq; illic, q̄ nullus cogitari poteſt locus vbi nō ſit Deus, per ſcripturas: quales ſunt. Cælum & terrā ego impleo. & in Sapientiæ: Spiritus domini repleuit orbē terrarum. Item & quod deo Dauid dicit. Quo ibo a ſpiritu tuo, & quo a facie tua fugiā: ſi aſcendero in cælū, tu illic es: & ſi deſcēdero in infernū, ades &c. & alia plurimæ ſunt ad hoc. At de Chriſto ſecūdam carnē prius eloquēs, ſic ait. Nō eſt putandus Chriſtus ſecūdū q̄ homo eſt, vbiq; diſſuſus. Cauedū eſt enim ne ita diuinitatē aſtruamus hoīs, vt veritatē corporis auferamus. Nō eſt autē conſequēs, vt q̄ in Deo eſt, ita ſit vbiq; vt de⁹. Nā & de nobis veraciſſima ſcriptura dicit, q̄ in illo viuim⁹, mouemur & ſum⁹. Nec tamē ſicut ille vbiq; ſumus: ſed aliter homo, id eſt humanitas, in deo: quoniā & aliter deus in hominē, pprio quodā & ſingulari modo. En apertiſſime q̄ præmiſim⁹ tradit aquila doctor⁹. Cui ſi nondū cædit (quod tamen neceſſariū fuerit: aut cū pertinaciter hæreticis æternū perire) Iacob⁹: audiat q̄ abſurda, q̄ blaſphema, q̄q; religioni Chriſtiane inopinabilia ſequitur quod aſſeruit: ſcilicet q̄ ex quo incarnatus eſt dei filius, quia vbiq; eſt, & nunq; ab eo ſeparatur aſſumpta ſemel humanitas: vbiq; ille eſt, neceſſario & ipſa eſt hominis (quā ſibi vniuit) natura. Ad hoc dubio procul cōſequēs eſt, vt Gabrieli parānympho cum primū aſſenſit virgo ſancta, dicens: Ecce ancilla domini: fiat mihi ſecūdū verbum tuū. Corpusculū illud (quod pro ſententia doctorū, omnīū qui in matrū vteris vnq; fuerunt: infantium; vt ſic loquar, minimum fuit) repēte erat extra vterū: neq; ſolum in manibus matris, ſed & in ſummis cælorū, in mediis, in inſimis: neq; ibi modo, verū & in inferno, in profundo maris, in ore Herodis, aliisq; q̄libet vilibus locis ſingulis orbis. Cur hæc, ſi dicat mihi Iacob⁹, meū dicis cōſequi dogma: q̄ nequaquā audire ſuſtinēt aures pię. ei reſpōdemus: qm̄ hæc omnia & ſimilia ſine numero ſultiſſime tua cōfeſſus es aſſertione. Mox em̄ cū dixerat ſacrata virgo: fiat mihi ſecūdū verbū tuū: dei fili⁹ fuit incarnatus. Qui cū ſit in cūctis per nos hic iā expreſſis locis, & aliis oibus poſſibilibus: neq; per te vſq; peracta incarnatione eſſe verbū poteſt, vbi nō ſit caro eius: paruul⁹ ergo ſectus ille ſtatim cōcept⁹, vbiq; fuit. Dicat itē Iacob⁹: in pfundo inferni exiſtēs tūc infantul⁹, rogos ne inextinguibiles ſetiebat⁹: in mediis pelagi vndis, quomodo non cōtinuo fuit obrutus? Qui iā adultus: ſecūdū hoīem dico) ſiti propter itineris ægebat⁹ laborē, petēs a muliere Samaritana potū: q̄ & quātū ad flagella & ſpinas & clauos, cęteraq; oia q̄ mortali corpori leſionē inſeuit: ſtra-

**Q**  
Parte opea  
rū. vi. ca. v.  
Hier. xliii  
Sapient. i.  
Pf. cxxxviii

Cap. iiii.

Actū. xvii

**R**

Luca pmo.

**S**

Ioan. iiii.

Natalis Beda In Iacobi Fabri Commentariis

eius alimentū habet substantia: extra illū, hoc est in cælo, in inferno, in mari, & vbiq; vnde fouebatur: Audiatur Iacobus. Nusq; fuit (hoc illi astruo) assumpta humanitas, priusq; ex vtero nasceret: nisi in vtero. neq; dici debet assertiue in plurib; simul vnq; fuisse locis, secluso sacramēto, nisi hoc certis doceatur testimoniis: qđ non puto futurū. Alioquin natus Christ; & per beatam pānis inuolutus eius genitricē (Iacobus dicat) nunqđ in cælorū altissimis, aut infernorū infimis receptaculis existēs filiū paruulus, infantilia omnia illa quæ nobiscū subire dignatus est tolerabat? Non esset utiq; finis absurdam blasphemiarū, quæ Iacobi stultissimā sequuntur assertionē: si quis per singula sequi vellet eius incrementa vitæ mortalī, quā in hoc gessit mūdo, adolescēdo, prædicādo, patiēdo. cum etiā ad hoc sua teneretur positio Faber: in cælo, in inferno, & vbiq; cōfiteri Christū in cruce pēdentem fuisse, & alia innumera quæ in nullius vnq; fidelis venerūt mentē. Sed neq; in solo se pulchro per triduū erat corpus mortuū: sed vbiq; & sic ab illo nunq; potuit anima separari. Itē nec potuit Christus ad infernū descendere, nec ascendere in cælū, quæ ei solū cōpetebant ratione carnīs assumptæ. qui enim vbiq; est localiter, minime potest moueri. Deniq; si verū Iacob; somniāuit: quomodo per consecrationis verba nouiter incipit sub panis & vini speciebus Christi corp; esse qđ nusq; deest: Sacramentaliter (inq; Iacobus) esse ipsum corpus alicubi: modus est. vbiq; vero si modū substrahat (fides scilicet) simpliciter absq; modo est. Hęc certe Iacobi noua phātasia, sacramēti prorsus tollit vim & dignitatē. nihil enim de nouo incipit præsentialiter esse: vbi nunq; defuit. Hoc tamē Iacobi dogma apud loca vbi longā traxit morā nonnulli etiam idiotarū (vt audio) perniciosissime sequētes, eo peruenerūt demētē, vt dicerent. Ex quo (vt docet præceptor Faber) ita Christ; secundū corpus in digito meo est, sicut sub ea panis p̄tula quā sacramentū dicunt sacerdotes: nulla amplior debetur tali reuerētia sacramento, q̄ cuiuslibet alteri creature. Quæ pulchra igitur sit theologia Fabri & scholæ eius, inde liquet neq; id obscure. Illorū & nostri sua pietate dominus misereatur: regnūq; hoc Christianissimum clemēter respiciat: excitetq; eos quibus incūbit vt aduersus tam horrenda hæresum monstra ita domini bella gerāt: vt illis penit; oppressis fidei puritas libere sola vigeat. Amen.

Propositio. CXV.

Cap. xv. In Adam bifariam mori contingit. Vno modo tanq; obnoxios & debitores mortis. quo modo Christi iustitia non iustificati, in Adam moriuntur. Alio modo non vt debitores, sed vt imitatores iusti, scilicet Christi.

Propositio. CXVI.

Nos si iusti sumus: in Adam morimur, quia dissolutio ex Adā est: & in Christo morimur, quia Christi mortem imitamur. hoc enim est in Christo mori.

Confutatio.

X In cōmentariis capitū quinti, epistolæ ad Roma. istud eiusdē cap. Sicut per vnū hominē peccatū in hunc mundū intrauit, & per peccatū mors: & ita in omnes homines mors pertrāsit: in quo & omnes peccauerūt. cōtrouertēs Iacobus cū aliis q̄ ad eam rē ibi scripsit Ap̄s, omnia illa effudit errorū propo-

sita, quæ illic in p̄positionibus quinq; collegim;: quarū prima in toto ordī ne vicissimū quintū habet locū. In quibus ad verbū fere habētur quæ & hic annotamus. Illa autē vt repeteret, etiā ap̄lica literæ sese putauit Iacob; ratione seu exigētia cōpelli: qua dicitur: Christ; resurrexit a mortuis, primitiue dormientiū. quoniā quidē per hominē mors, & per hominē resurrectio mortuorū: & sicut in Adā omnes moriūtur, ita & in Christo omnes viuificabuntur. Quando itaq; quod Romanis dixit Paulus: Sicut per vnū hominē peccatum in hunc mundū &c. & quod hic loquitur Corinthiis: Quoniā quidem per hominē mors &c. eandē pene sententiā continent: nulli mirū videri debet qđ illic dictis cōsimilia hic refert Iacobus dogmata. Quæ quoniā ibidem (quantum valuimus) erronea illa mōstrare simus enixi: nequaquā in eorum repetitione nobis est laborandū, qđ illic facile videri possunt. Appēdamus ergo tantū quod hic adiecit Faber: scilicet qđ in Christo mori, est Christi mortē imitari. Et quīs istud, de nomine quæstio videri possit, variūq; excogitari possint modi quib; Christianus capitis sui Christi mortē queat imitari: quoniā tamen neq; Christi vicarius Petrus, neq; eius frater Andreas, qui in cruce (sicut eorū magister & dominus) fortiter agentes mortē gustauerunt: in omnibus mortis circūstantiis Christū ipsum imitati sunt, sed in plurimis vt notū est differētē: & hoc potissimū suo dicēdi modo Iacobus prætereundū videtur, qđ Christi mortem imitari est nō ex obligatione qualibet, hoc est neq; ex primi hominis peccati debito, neq; ex p̄sonali: cū omnia quæ ad culpā remissa supponantur peccata in iis qui nō vt mortis debitores, sed prout cogitauit Faber, Christi imitatores moriuntur: perspicuū euadit, quia (vt est in prænotatis deductū locis) nullus hac explicandī ratione Christi mortem imitatur. Ille siquidē omnium solus mortem nō debuit: reliquī omnes, etiā eius sancta mater, moriēdo naturæ persoluerunt debitū: nō illi supererogādo addiderūt. Quod pro cōstanti vniuersalis sanctæ dei tenet ecclesia, voluisse Ap̄m his verbis: Per vnū hominē peccatū in hunc mundum intrauit, & per peccatū mors: & ita in omnes hoīes mors pertrāsit. Et istud meridiana luce clarius esse videbis: si cōsideres nullo admisso in deū peccato per hominē, reimanuisse immortalē: ipso autē perpetrato, inēuitabili necessitate quoad omnes & singulas proles secundū cōmunem naturæ legem genitas sequeretur mors. Porro vt hominī primo nō pro se solo, iustitiæ originālis beneficio ingenti deus cōtulerat donū: sed & (si iubenti vt par erat in omnibus seipsum præberet obsequentē) pro tota sua posteritate. Itidem neq; pro eo tantū, illi dictū est: Ex omni ligno paradisi comede: de ligno autem sciētiæ boni & mali ne comedas. In quacūq; enim die comederis ex eo, morte morieris. Mera sunt igitur deliramenta sanę diuinorū eloquiorū intelligentiæ: dissona, quæ suam prodens temeritatem mundo tradidit Iacobus. Quodā loco Ap̄s ipse Timotheū cōpellans: Fidelis inquit sermo. nam si cōmortuū sum; (Christo scilicet) & cōiuuemus. & Romanis dicit: Cōsepulti sum; cū illo (scilicet Christo) p̄ baptismū in mortē. In Apoca. autē Ioā. ait: Beati mortui qui in dño moriuntur. Idē sane est in Christo mori: quod & in dño. Hoc autē quid aliud dici potest: nisi cū vera Christi fide (quæ per dile-

i. Corin. xv.

Roma. v.

Y

Z  
Roma. v.

Gen. ii.

A

i. Timō. ii.  
Cap. vi.  
Apoc. xiiii.

ctione, vel in ipsa operatur vita defungi: id est in Christo moriuntur omnes, qui in morte sunt a peccatorum culpis omnibus per Christi merita, & opera iustitiae mundati. Omnium certe qui sic obeunt, mors preciosa est: sicut dicit in psalmo Dauid. Preciosa in conspectu domini mors sanctorum eius. Non est igitur in Apostoli verbis scrutandum aliud quod ipse praetendit, quod est. Qui Christo commortui fuerint: hoc est, ut ille, cum pietate, patientia, charitate, & operibus bonis: conuiuēt: hoc est, gloria tadem resurrectionis una cum eo, & ut illius uiuentia membra, donabuntur. Quod alibi ita expressit idem Apostolus, dicens. Si commortui sumus, & conuiuemus: si sustinebimus, & coregnabimus. Nullus autem aliquando Christi mortem potuit secundum Iacobi traditionem imitari, quia nullus qualibet praepolens uirtute a mortis sicut Christus debito fuit solutus. In quo plane caecum timentem se nobis Iacobus obtulit.

Propositio. CXVII.

Non omnes dormiemus: omnes autem immutabimur. quoniam qui uiui: rapiuntur, non morientur.

Propositio. CXVIII.

Tuba primo electorum resurrectionem clanget: & deinde reproborum.

Propositio. CXIX.

Nobis credendum propositum non est, quod omnes moriemur.

Confutatio.

**C** De statu resurrectionis futurae Corinthios instruens Apostolus inter omnia sic ait. Ecce mysterium uobis dico: Omnes quidem resurgemus: sed non omnes immutabimur. In momento, in ictu oculi, in nouissima tuba (canet enim tuba): & mortui resurgent incorrupti: & nos immutabimur. Quorum quidem uerborum, uniuersalis seu catholicae ecclesiae usu & consensu comprobatorum: facili & pia est intelligentia. Porro erectis seu excitatis ad audiendum Corinthiorum mentibus, per id quod praemisit, Ecce mysterium uobis dico: hoc est, iubente deo quae uos latent super ueturo omnium iudicio praedico uobis: arcanum recludens dicit Apostolus. Omnes (scilicet tam electi quam reprobi) resurgemus. Verbum hoc literis est breue: non tamen sensu. Omnium enim resurrectio, omnium itidem temporalem praesupponit mortem. Et ne existimaret quis ipsam resurrectionem fieri non posse, nisi diuturno temporis tractu: subiungit Paulus: Resurgemus quidem in momento, in ictu oculi. quasi diceret: celeriter, & breuissimo quidem tempore: & hoc tubae ministerio. Et ne rursus eandem cum iustis praesumerent iniqui felicitatis sortem se consecuturos: Non omnes (inquit Apostolus) immutabimur: scilicet de miseriae statu in gloriosum, de labore ad requiem transeuntes. Verum qui ex omnibus nobis Deo ingrati, eiusque mandatis contumaciter fuerint inobedientes: de temporaria & utcumque tolerabili, ad aeternam transibunt, & ob id horrendam miseriam. Mortui (inquit Paulus) omnes resurgent incorrupti. hoc est: nulla poenarum inflictione reprobis ita corrumpti dabitur, ut esse definant: sed in perpetuis durabunt suppliciis, neque in aeternum miseriae statum effugere poterunt. Sed nos (inquit Ap[osto]l[us]) immutabimur. **E** Vbi uigilanter attendendum, quod de omnibus in genere loquens dicens: Omnes quidem

resurgemus: sed non omnes immutabimur. non adiecit primae personae pronomen nos. segregans autem oues ab haedis suo loquendi tenore: dicto, Mortui (omnes scilicet) resurgent incorrupti: solis uolens de electis loqui dicit: Et nos immutabimur. quia ut expressit dicit: Seminatur in corruptione (hoc est dum hic iustitiae seminamus opera, temporali omnino corruptioni subiacet corpus hoc, animae instrumentum): surget in incorruptione. Seminatur in ignobilitate: surget in gloria. Seminatur in infirmitate: surget in uirtute. Seminatur corpus animale: surget corpus spirituale. Ecce quod praetendit Apostolus dicens: Et nos (scilicet electi) immutabimur. Omnes quidem (uult ipse) moriuntur, omnes resurgent: & mortui resurgent omnes incorrupti, id est incorruptibiles, seu inconsumptibiles: sed nos (inquit) soli qui Deo in fine paruimus, de miseriae ad gloriae statum immutabimur. Quis autem praemisit uerborum Ap[osto]l[ici] explicatio clara sit & catholica: quis ita ut ecclesiae praesentem legant textum Athanasius, Ambrosius, & Hieronymus (postremorum namque duorum haec sunt uerba. Omnes homines resurgent: sed soli qui regnaturi sunt in gloria mutabuntur): quia tamen Athanasius ipse & Hieronymus exposita litera qua tenent cum ecclesia, adiecerunt dicentes: In quibusdam graecis codicibus aliter legitur, atque in aliis aliter: Iacobus ne cum ecclesia quidem (qui eius perpetuus mos est) loqui, aut cum praefatis sanctis & graece doctissimis dignatus est. maluit autem (quia id ad singularitatem pertinere uidebat) quosdam sequi graecos codices. Quae pie autem quae recte in hoc sapuerit: appendendum. Duo hic praecipue per eum asseruntur. Vnum est, quod non omnes homines sunt morituri: & quod hoc credere non est opus. dicit enim quod non omnes dormiemus, & quod qui uiui rapiuntur, non sunt morituri. Alterum est, quod non simul omnes mortui resurgent. Quod primo dicit: iam in praecedentibus confutatum est per scripturas & rationes. quibus hic (quoniam res deposcit) non nihil adiciendum. In primis tractas illud Iob: Sic homo cum dormierit non resurget: B. Gregorius, ita inquit. Quomodo dictum sit non resurget: cum scriptum sit: Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur. & rursus: Si in hac uita tantum in Christo sperantes sumus: miserabiliores sumus omnibus hominibus. & per se metipsam Veritas dicit: Omnes qui in monumentis sunt, audient uocem filii Dei: & procedet qui bona fecerunt in resurrectione uitae, qui uero mala egerunt in resurrectionem iudicii. Haec Gregorius. Per Apostoli Ioannis autem citata uerba, si illa fideliter accipias, reprobata uides duo Fabri asserta. Dicit enim Christus: Omnes qui in monumentis sunt: omnium uoluit intelligi corpora, tam praeterita quam futura: neque enim non resurgent, qui aut fuerint aut quis extincti, aut qui appesi in furcis perierunt, caeterique quorum sepulta nullo fuerint corpora. Verum quia ut plurimum quomodocumque mortuorum corpora sepeliuntur: omnes & singulos uoluit dominus intelligi, per eos qui sepultura non caruerunt. Omnes itaque per Christi uerbum sunt morituri. Quod etiam praetendit manifeste subiungens: Et procedet qui bona fecerunt, in resurrectione uitae: qui uero mala egerunt, in resurrectionem iudicii. Per id autem quod dicit, uenit hora, non horae: & audiet uocem: non uoces: euidenter docet Christus omnes simul eodem temporis momento, eodemque & unico tubae

**I** clangore ad iudiciū euocādos. de quo loquentē Augustinū audiam⁹. Quæ  
 Lib. de Ci. ri (inquit) solet, propter Apli verba, quibus ait: Nos qui viuim⁹, qui residui  
 ui. ca. xx. sumus in aduentu dñi. &c. vtrum illi quos hic viuētes inuenturus est Chri  
 i. Thef. iiii. stus, quorum personā in se atq; illis qui tunc secum viuēbāt transfigurabat  
 Apostolus, nunq̄ omnino morituri sint: an ipso tēporis pūcto, quo cū resur  
 gentibus rapiētur in nubibus obuiā Christo in aera, ad immortalitatē per  
 mortē mira celeritate transibunt. neq; enim dicendū est fieri nō posse, vt dū  
 i. Thef. iiii. per aera in sublimē portātur: in illo spatio & moriātur & reuiuiscāt. Quod  
 enim ait: Et ita semper cū domino erimus: non sic accipiendum est, tanq̄ in  
 aere nos dixerit semper cū domino esse mansuros. quia nec ipse vtiq; ibi ma  
 nebit: quia veniens trāsiturus est: venientī quippe ibitur obuiam, nō manen  
 ti. sed ita cum domino erimus, id est sic erim⁹ semper habētes corpora sem  
 K piterna, vbicunq; cum illo fuerimus. Ad hūc autē sensum, quo existimamus  
 etiā illos quos hic viuos inuēturus est dominus, in ipso paruo spatio & pas  
 i. Corin. xv. suros mortē & accepturos immortalitatē: ipse Apostolus nos videtur virge  
 re vbi dicit: In Christo omnes viuificabūtur. Cum eodē loco de ipsa loquēs  
 resurrectione corporū dicat: Tu quod seminas nō viuificatur, nisi prius mo  
 riatur. Aut si nō recte dicimus seminari, nisi ea corpora hominū, q̄ moriēdo  
 quoquo modo cōuertuntur in terram: sicut sese habet etiā illa in transgres  
 Gen. ii. sorem patrē generis humani, diuinitus prolata sentētia: Terra es: & in ter  
 ram ibis: Fatendū est istos, quos nondū de corporibus egressos cum veniet  
 Christus inueniet: & istis verbis Apostoli, & illis de Genesi nō teneri. quo  
 niam sursum in nubibus rapti nō vtiq; seminātur: quia nec eunt in terram,  
 nec redeunt: siue nullam profus experiātur mortem, siue paululum in aere  
 L moriantur. Sed aliud rursus occurrit, quod idē dicit Apostolus, cum de re  
 i. Corin. xv. surrectione corporū ad Corinthios loqueretur: Omnes resurgemus: vel si  
 cut alii codices habent: Omnes dormiemus. Cū ergo nec surrectio fieri possit,  
 nisi mors præcesserit, nec dormitiōē possumus illo loco intelligere nisi  
 si mortem: quo modo omnes vel dormiēt vel resurgēt, si tam multi quos in  
 corpore inuenturus est Christus: nec dormiēt, nec resurgent? Si ergo san  
 ctos qui reperiētur Christo veniente viuētes, eiq; obuiam rapiētur, credi  
 derimus in eodē raptu de mortalibus corporibus exituros, & ad eadē mox  
 i. Corin. xv. immortalia redituros: nullas in verbis Apostoli patiētur angustias: siue  
 ibidem vbi dicit: Tu q̄ seminas non viuificatur, nisi prius moriatur. siue vbi dicit.  
 Omnes resurgemus, aut omnes dormiemus. quia nec illi per immortalita  
 tem viuificabūtur, nisi q̄libet paululum tamē ante moriantur. ac per hoc a  
 resurrectione non erunt alieni: quam dormitiō præcedet, quīs breuissima,  
 Cap. iii. pte non tamen nulla. Item in libro de fide ad Petrum. Erit (inquit) etiam in  
 operum. x. quorū resurrectio, sed sine immutatione, quam solis fidelibus, & ex fide iur  
 i. Corin. xv. ste viuētib⁹ daturus est. Hoc est enim qd̄ ait Apostolus Paulus: Omnes  
 quidem resurgemus: sed nō omnes immutabimur. Ostendēs autē iustos di  
 uino munere cōmutandos, ait: & nos immutabimur. Habebūt ergo iniqui  
 cum iustis resurrectionē carnis cōmunem: immutationis tamen gratiā non  
 habebunt, quæ dabitur iustis: quoniā a corporibus impiorum nō auferetur

& ignobilitas & infirmitas, in quibus seminatur. En suis hic Augustin⁹ de  
 cretis, vbi agit de credēdis, quia de fide ad Petru: eorū multa firmat q̄ præ  
 scripsimus. Cæterū & q̄ pro nobis aduersus Iacobi renouatas (quæ fuerant  
 olim reiecte) opīniones, cōstāter & legitime dimicet alibi idē inuictus fidei  
 defensor Augustinus: accipe. libro siqdē de ecclesiasticis dogmatib⁹, alias de  
 regulis orthodoxæ fidei: ita ille scribit. Erit resurrectio omnium hominū: sed  
 vna & insimul & semel: nō prima iustorū, & secūda peccatorū, vt fabula est  
 somniatorū: sed vna omnium. Hæc intueatur Iacobus, qui dixit. Tuba primo  
 electorū resurrectionē clānet, deinde reproborū. & Augustino iudice (qui  
 non creditur p̄sertim in senectute a piis fidelibus, de re qualibet temere sen  
 tentiam tulisse) fabulosum sese similiter recognoscat: & (qd̄ crebro nō in  
 iuria imponim⁹ illi) somniatorem. Addit præterea in libro eodē pro nobis  
 decertans Augustinus, & dicit. Omnium hominū erit resurrectio. si omnium  
 erit: ergo omnes moriūtur. vt mors ab Adā ducta, omnibus filiis eius domi  
 netur: & maneat illud priuilegiū in dño, qd̄ de eo specialiter dicitur: Non  
 dabis sanctum tuū videre corruptionē. eius enim caro non vidit corruptio  
 nem. hæc Augustin⁹. Quæ profecto maximū videntur pōdus habere: cū per  
 ea retractet si super his iunior secus aliquādo sapuerat. Si autē Iacobi asser  
 tio reciperetur, qua tradit, in sæculi fine quos veniēs ad iudiciū viuētes in  
 ueniet Christus, sine morte ad gloriā (si pie vixerint) immutandos: nō tan  
 tum illo gauderēt priuilegio, de quo loquitur Augusti. pro Christo zelās,  
 de quo patri æterno per sanctū Dauid spiritus sanct⁹ enunciari fecit, dicēs:  
 Nec dabis sanctū tuum videre corruptionē. Quod quidē de Christi corpo  
 re esse proprie dictū: nullus inficiari valet: quādo illud spiritu sancto reple  
 tus apostolorū vertex Petrus definiuit: vt est in actibus ap̄torum. Nō modo  
 inquam hoc donati essent priuilegio, quos veniens vt iudex Christus viuos  
 adhuc cōperiet, si temporalem nō gustent mortē: sed & multo excellentio  
 ri q̄ quo donatus fuerit ipse, aut eius sancta mater, vel aliorū præcedentium  
 quib⁹ sanctorum: hoc est nō experiri mortem. Neq; Iacobū potest iustifica  
 P re, quod Augustinus ab hæresi quosdā, qui (vt inquit) aliter sentiebāt, pro  
 sua clemētia excusare videtur. quod apparebit clarius: vbi super hoc nego  
 cio differentem audierimus Hieronymum. Is etenim pulsatus aliquando a  
 Mīnerio & Alexādro monachis, quos percharos habebat, vt illis qui pro  
 pter Apostoli verba de resurrectione futura, ac iudiciū modo, ortas questio  
 nes inter semetipsos multas videbāt, quas dissoluere nequibant, vt eiusmodi  
 aperiret & resolueret difficultates: post aliquātam dilationē per episto  
 lam satisfaciens, tādē ad omnia respondit. de qua quidem nōnulla huc ci  
 tabimus ex plurimis: q̄ sat esse illa existimamus. Ait ergo Hieronymus in  
 præfata epistola, quæ incipit. In ipso iam profectiois articulo sancti fratris  
 &c. ad ipsos monachos. Queritis quo sensu dictum sit, & quomodo in pri  
 ma ad Corinthios epistola Pauli Apostoli sit legēdum: Omnes quidē dor  
 miemus: nō autē omnes immutabimur. an iuxta quædā exemplaria: Non om  
 nes dormiemus: omnes autē immutabimur. Ecce verbū quod modo eccle  
 siæ Iacobus retulit: At vnde illud habuerit, & q̄ iuste pro rato idipsum rea  
 m iiii.

Ca. vi. para  
te opr. x.

N

Cap. vii.

Psal. xv.  
Actuum. ii.

O

Cap. ii.

P

Parte epist.  
ii. epi. xxvi.  
& tomo. iiii  
mihi fol.  
lxxxv.



Q uod cupiens nobis tradiderit: nos Hieronymus doceat. Vtrūq; (inquit) in græcis codicibus inuenitur. Super quo Theodorus Heracleotes, quæ vrbs q̄olim Perinthus vocabatur, in cōmentariolis Apostoli sic locutus est. Omnes quidem non dormiēmus: omnes autē immutabimur. Enoch enim & Helias mortis necessitate superata, vt erant in corporibus, de terrena cōuersatione ad cœlestia regna trāslati sunt. En de Enoch & Helia trāslatione, Theodori q̄ rectū sit iudiciū videas. Addit tamen dicens. Vnde & sancti, qui die cōsummationis atq; iudiciū in corporibus reperiēdi sunt, cum aliis sanctis qui ex mortuis resurrecturi sunt rapiētur in nubibus obuiā Christo in aera, & non gustabūt mortē: eruntq; semper cū dño, grauissima mortis necessitate calcata. vnde ait Ap̄ls: Omnes quidē non dormiēmus: omnes autē immutabimur. Hæc & plura multo ex Heracleote Theodoro Beat⁹ refert Hieronym⁹. quæ propterea dimitto, q̄ per ista satis cōstat ad Iacobi Fabri manus vsq; Theodori græcū peruenisse codicē. quo offenso, quæcunq; prius cum ecclesia catholica sapuerāt, illi prorsus visa sunt insulsa, aut quasi fatua. Athanasium, Ambrosiū, Hieronymū, Augustinum, & Gregoriū, cum tota doctorum multitudine veluti inspidos expuit: vni Heracleotæ adherere deligens: q̄ ille vt ferus singularis per nō tritas incedebat vias. Qualis ille tamen fuerit, nō præsumo diffinire: qui aliud de eo certū non habeo, præter id quod in libro de viris illustribus, literis idē mandauit Hieronymus, ita in quuens. Theodorus Heracleæ Thraciarū episcopus, elegantis apertiq; sermonis, & magis historicæ intelligentiæ: edidit sub Constantino (vt putatur) secūdo principe, cōmentarios in Mattheū, & in Ioannē, & in Psalteriū, & in Ap̄lm. Hæc Hieronymus. per quæ magis illū historicæ scientiæ q̄ theologiæ satis inuuit. Vnū eum puto illorū, quos (quia in ea quā agitamus Pauli sententia errabāt) pro sua benignitate excusat Augustin⁹. Sed ad Hieronymi redeamus epistolā. post verba siquidē Theodori, quorū citauimus partē, aliorū etiam super ipso Ap̄li verbo sententias affert, & primo Diodori, dicens. Diodorus Tharsensis ep̄s præterito hoc capitulo, in cōsequentib⁹ breuiter annotauit in eo qđ scriptū est: & mortui resurgēt incorrupti: & nos immutabimur. Si inq̄ incorrupti resurgēt mortui: haud dubiū quin & ipsi ad meliora mutati. Q̄ necesse fuit dicere, & nos immutabimur: an in hoc voluit intelligi: q̄ incorruptio cōmunis sit omnium, immutatio autē proprie iustorū: dum nō solum incorruptionē & immortalitatē, sed & gloriā consequūtur: hæc e Diodoro sunt relata. Dein paucis Apollinaris (quē puto Laodicensem hæresiarchā fuisse: contra quē scripsit Ambrosius) sententiā, qua etiam de Enoch & Helia, cum Theodoro sapuisse tradit Hieronymus, recitata: scribit Dydimū Origenē secutū, ita de Apostoli quo ad resurrectionē verbo censuisse. Si nō indigeret resurrectio interprete, nec obscuritatē haberet in sensibus: nunq̄ Paulus post multa quæ de resurrectione locutus est, intulisset: Ecce mysteriū vobis dico. Omnes quidē dormiēmus, id est moriemur: non omnes autē, sed soli sancti immutabuntur. Scio q̄ in nonnullis codicibus scriptū sit. Nō quidem omnes dormiēmus: omnes autē immutabimur. Ecce Theodori & Apollinaris, quā est secutus Faber, traditio. Sequitur cōtra eā

ex Dydimō post Origenem, Hieronymo referente. Sed considerandū, an ei quod præmissum est, Omnes immutabimur, possit cōuenire quod sequitur: Mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur. Si enim omnes immutabuntur, & hoc cōmune cum ceteris est: superfluū fuit dicere, & nos immutabimur. Q̄ obrem ita legendū est. Omnes quidē dormiēmus: non autē oēs immutabimur. Si enī in Adam oēs moriuntur, & in morte dormitio est: oēs ergo dormiēmus siue moriemur. Dormit autē iuxta idioma scripturarum, qui mortuus est spe resurrectionis futurę. Cūq; omnes ita dormierint lege nature: soli sancti in corpore & anima in melius mutabuntur: ita vt incorruptio omnium resurgentiū sit: gloria autē atq; mutatio, proprie sanctorū. His per Hieronymū positis & probatis, per quæ plane Iacobi & Theodori atq; Apollinaris damnata conspicitur opinatio: procedens ad alterū, scilicet ad articulum tēporis quo futura est resurrectio celebranda, palam Iacobi cōgitationi aduersans, & quod ex Augustino præmissimus corroborans, Hieronymus ait. Quādo dicit dominus per Apostolum: scilicet in puncto tempo ris & in motu oculi, atq; momento futurā omnium resurrectionem: cunctam primę & secūde resurrectionis fabulam excludit: vt alii primū, alii nouissimū resurrecturi esse credantur. Ecce qđ Fabro (quonia fabulosos & somniorum authores imitatus sit dicens, Tubę sono primo resurrectionē electorū celebrandā: reprobatorum postmodum) ex Augustino obiecimur: plus satis per beatū Hieronymū firmatū est. Item & ex Achatii Cæsareę in Palestina episcopi sententiā, subnectit etiā Hieronymus. Achatius (inquens) collectorum quęstionū libro hanc sibi proponēs quęstionē latius disputauit sic locutus. Dicamus primū de eo quod magis in plurimis codicibus inuenit. Ecce mysteriū dico vobis. Omnes quidem dormiēmus: non omnes autē immutabimur. Mysteriū dixit, vt attentiores faceret auditores, de resurrectione plenius disserturus. Dormitio autē mortem istā quę cōmunis est omnium significat. Vnde rectissime posuit, q̄ omnes dormiēmus, id est moriemur: sicut suprat dixit: Quomodo in Adam omnes moriūtur: sic & in Christo oēs viuificabuntur. Cum ergo omnes morituri sunt: audite sacramēta quæ dico. Omnes quidē dormiēmus: sed non omnes immutabimur. Canet enim tuba (haud dubiū quin angelus septimus): & mortui resurgent incorrupti. Si autē incorrupti erunt mortui: quomodo non immutabuntur: cū incorruptio ipsa mutatio sit? Sed hæc cōmutatio, qua Paulus mutandus & sancti sunt: glorificatio intelligitur. Incorruptio autē idcirco cōmunis est omnium, quia in eo miserabiles erunt peccatores, vt ad tormenta perpetui sint, & non mortali & corruptibili corpore dissoluātur. Legimus in eadē epistola Apollinolo differente secretam diuersitatē resurrectionis, non in natura corporū, sed in varietate glorię: dum alii resurgunt ad pœnas perpetuas: alii vero ad gloriā sempiternā. Alia enim caro volatiliū, alia pisciū, alia iumentorū: & corpora cœlestia, & corpora terrena: Sic (inquit) erit & resurrectio mortuorum. Cui sententiæ magis acquiescit ecclesia: vt omnes communi morte moriamur, & nō omnes mutemur in gloriā: iuxta illud qđ Daniel scribit. Multi dormientes in terræ pūlere resurgēt: alii in gloriā æternam: Daniel. xii.

alii in confusionem & opprobrium sempiternū. Qui enim resurgent in opprobrium & confusionem sempiternā: non resurgent in aternā gloriā: in quā Paulus & q̄ cū eo sunt, mutabūtur. Quę cū ita se habeant, sic intellecta sunt a nobis, vt dicam⁹ eos tm̄ cōmutationē suscipere q̄ resurgēt in gloriā: peccatorū autē & qui mortuū infidelīū appellantur, & resurgēt incorrupti, nequaq̄ cōmutationē, sed p̄nas perpetuas esse dicēdas. Existimo autē Achatū dixisse istud. s. haud dubiū quin angelus septimus: quoniā ita in Apocal. lypsi legimus. Tempus non erit amplius: sed in diebus vocis septimi angeli cum cōperit tuba canere, cōsummabitur mysterium dei. &c. Post longam deniq; super alterius literę intelligentiā disputationē, in qua tamen q̄ non corporaliter moriantur nequaq̄ admittitur (quod est p̄sentis nostri scopus laboris) ita suū claudens sermonem: Hoc autē (inquit) sciendū, q̄ magis conueniat veritati, ita legere. Omnes quidē dormiemus: non omnes autem immutabimur. maxime quia sequitur: Mortuū resurgent incorrupti, & nos immutabimur. Si enim omnes sunt immutandi iuxta alterā lectionem: quo modo postea dicitur, quasi p̄cipuum atq; priuatum & proprie apostolorū, & nos immutabimur? Quando dicit nos: sanctos quosq; significat. Sic ex Achatio Hieronymus. Ex omnibus autem quę huc comportauimus, lector res ferant iudiciū, recte ne an erronee ac schismaticę & impie, in tribus illis quę annotauimus assertis, sapuerit Iacobus.

¶ Finis annotationum in commentarios Iacobi Fabri, super primā ad Corinthios beati Pauli Epistolam.

## ANNOTATIONES IN COMMENTARIOS IACOBI FABRI SVPER SECVNDAM BEATI PAVLI AD CORINTHI C̄SPISTOLAM.

¶ Propositio. CXX.

Cap. v. Qui ante regenerationem secundum virtutes viueret, & vitia omnia declinaret: nonne secundum spiritum viueret? nequaq̄.

¶ Propositio. CXXI.

Nulli potest spiritus dei donari ante regenerationem: id est baptismum.

¶ Propositio. CXXII.

Virtutes in homine ante regenerationem, id est baptismi susceptionem, spirituales non sunt: sed morales, sed humane, & quales philosophi p̄dicāt, non quas sancti theologo celebrāt. Sequitur. Theologos appello Petrum, Paulum, Ioānem, reliquos apostolos: insignes eorum discipulos Dionysiu, Hierotheum, & similes.

¶ Confutatio.

A **Q**VÆ in his non sana complexus est Iacobus sunt paucis resellēda, q̄ in superioribus satis mōstrasse nos putamus, quę nam vere dici queant virtutes, & quę secus se habent. In primis euidentem inuoluit pugnantiā, quempiā secūdū virtutes viuere, omniaq; declinare peccata: & non esse deo gratum ac

vnitum per fidem, spem, & charitatem. quas quidē sanctas & ad salutē vere necessarias virtutes, & insusē alię (vti non citra pietatem multi doctorum tradunt) comitantur semper. Tritum est enim Augustini documentū, & ab omnibus idcirco receptū, q̄ in fidei lumine sit notū: quia nullum est dabile medium inter filios regni & perditionis. quod est dicere: secūdū legem quā deus homini dedit, hęc firma connexio est. Homo iste (quolibet mōstrato, siue iusto, siue alio) omnia vitia seu peccata (vitia etenim nomen & habit⁹ criminosos signat & actus) declinauit. non peccauit igitur: aut si de p̄senti maui⁹: omnia iam declinat vitia: ergo nūc nullum vitium habet seu peccatum, quod imputari ei possit. Qui autē in nullo est criminali peccato: necessario theologas habet virtutes. neq; patitur istud consequiū instantiam. Qui autē fidem, spem, & charitatē habet: certissimū est eum secūdū spiritū viuere: Cum aliud non est secūdū spiritū viuere, q̄ dei mandata seruādo nullum admittere vitium. Sese igitur hęc duo Iacobi dogmata perimūt: secūdū B virtutes viuere sic vt omnia declinentur vitia: & nequaq̄ secūdū spiritum viuere. posteo enim altero: alterū nō remanere necessarium omnino est. Quod vno quidem verbo docet beatus Petrus dicens. Vt peccatis mortuū, iustitię i. Petri. ii. viuamus. mori enim peccato: est omne declinare peccatū. Qui ergo vitio caret: iustitię viuūt, secūdū spiritum nō secūdū carnem viuūt. Et hoc aperte ipse tradit Paulus Romanis scribens. Debitores (inquit) sumus, non carni vt Roma. viii. secūdū carnem viuamus. Si enim secūdū carnem vixeritis: moriemini. si autē spiritu facta carnis mortificaueritis: viuetis. His clare cōstat, quia q̄ omnia carnis vitia declinat: singula eius facta mortificat. qui vero ei⁹modi est: secūdū spiritū viuūt. Per virtutū siquidem moralīū actus (dirigēte eos fide vera) omnibus reddit homo debita. Nō enim iustus est simpliciter: qui aut deo, aut proximo, vel sibi quod debet nō p̄stat. Qui vero id non facit: oia nō declinat vitia. Qui autē omnibus quod debet reponit: fini propter quem Christi gratia nobis monstrata est, sese coaptat: secūdum spiritum viuens: Apostolo dicente Tito charissimo filio: Apparuit gratia dei saluatoris nos Ad Titum stri omnibus hominibus, erudiens nos, vt abnegātes impietatē & secularia ca. ii. desideria, sobrie (quo ad nos) & iuste (quo ad proximos) & pie (quo ad deum) viuamus in hoc seculo. Quando itaq; docet Iacobus (licet erronee: C vti mox aperiemus) nulli spiritū sanctū posse dari, pri⁹q̄ realiter baptismo fluminis (id est per aque infusionē cū ecclesię a Christo data forma) sit regeneratus: qua admittit consideratione, quempiā ante huiusmodi baptismi perceptionē secūdū virtutes ita posse viuere, vt omnia declinet vitia: quod est (vt monstraui⁹) nullum habere capitale peccatū. Qui autem nullo detinetur crimine: amicus est dei. Porro peccata dūtaxat nos dei inimicos cōstituūt: scriptura fere per omnes hoc clamante paginas. vnde Apostolus. Liberati (inquit) a peccato, serui autē facti deo: habetis fructū vestrum in Rom. vi. sanctificatione. &c. Et dominus. Qui facit peccatum: seruus est peccati. Per Ioan. viii. Esaiam autē verbo generali dixit spiritus dei. Iniquitates vestre diuiserunt Cap. lix. inter vos & deum vestri: & peccata vestra abscederūt faciem eius a vobis. Hinc & in prima canonica Ioannes. Filioli mei hęc scribo vobis, vt nō pec Cap. ii.

Cap. iiii.

**D** cetis. & rursum. Omnis qui in deo manet, non peccat. & omnis qui peccat, ex diabolo est. Iam omnino scripturis & rationi contrarium esse quod dixit Iacobus, spiritum dei non posse cuique dari ante baptismi per aquam susceptionem: paucis est aperiendum. Principio inficiari nullus nisi infidelis potest, quod in theologiae schola pro constanti receptum est, scilicet clementissimum dominum minime hominem ad id quod ei pro hac mortalitatis via impossibile est, obligare. quin & cuilibet agenti quod ex acceptis aut naturae aut gratiae beneficiis valet (quatumlibet illis fuerit prius peccado abusus) diuinam nunquam deesse misericordiam. Pone ergo quemlibet infidelium aut Iudeorum vel Saracenorum, aut ab ecclesia alia quauis diuifum secta: qui ex dei sibi data gratia cognoscere incipiat demonis quibus detinetur fallacias: quod innumeris datum est. & illas exosus, toto corde, anima tota, omnique virtute conuertatur ad unum & verum deum, omnem detestans nequitiam, dansequer operam ut Christianos qui eum instruant in Christi legis rudimentis, illique misericorditer impendant, quicquid noue (quam tantopere cupit) religioni opus esse dictauerint. Quibus non inuentis, & in tali persistens feruore animi, si obeat: num illi peccatorum quod conceperat odium, desiderium insuper efficax in omnibus obtinere peradi Christi legibus vniuersis, nihil illi proderunt: Absit ita ut sapiat quicquam. Alioquin duo illa in homine tali concurrerent impias, scilicet quod ad impossibile sibi sub peccati noui teneretur poena: quod non omni facienti quod in se est, daret deus suam gratiam. quae refugit & execratur quisquis recte sapit in fide. Non certe poterit suis adinuentionibus nouis Iacobus abolere fluminis baptismum: quem pie scripturis credentes (prout debent) omnes astruunt & tuentur theologi. Quia tamen illis non assentitur Faber: per historias ab ecclesia, omni semota dubietate receptas, id comprobandum est. Per eas certe fuisse homines constat, quibus tantam dominus contulit fidei, spei, & dilectionis sui feruorem ante baptismum fluminis (de quo loquitur Iacobus) ut tormentorum genus omne mallent, mortemque corporalem perferre: quam talium gratiarum donatore deum negare aut offendere. Putas secundum spiritum qui tales fuerunt non viuere? Nonne spiritu dei id genus homines pleni erant: quis ambigat? Hoc sane omnino & tenendum & credendum est: cum etiam hoc creditur de occisis in fidei odium, praeter eorum voluntate: ut (verbi causa) de Innocentibus Herodis crudelitate interemptis. quos & consimiles, pro sanctis colit ecclesia martyribus. Tales autem innumeri extiterunt: Quemadmodum fideles tradunt historiae de ducentis illis militibus cum duce suo Porphyrio in passione diuae Catherine virginis ad Christi fidem conuersis: & de illis quinquaginta rhetoribus & grammaticis, qui ad verba sanctae virginis tanto fuerunt fidei lumine illustrati, & dei accensi dilectione: ut tyranno Maxentio dicerent. Aliquid in Christi (de quo haec sacra loquitur puella) iniuriam dicere: aut penitus nescimus, aut omnino formidamus. unde constanter fatemur, quia nisi probabilior sententia de diis quos usque nunc colimus ostenderis: ecce omnes conuertimur ad Christum. Quae tyrannus audiens accenso igne copioso, iussit omnes poenalibus incendiis cruciari. quod repetere factum extitit: & ita de infidelitate ac idolatria, breui per flammam momento,

ad gloriam transferunt. De sancta Emerentiana consimili modo legitur, quod dum adhuc catechumina, fide tamen christianissima erat: & stans orando apud beatam Agnetis (cui collactanea fuerat) sepulcrum: quod infideles super eorum impietatibus forti animo redarguit: constanter maluit pro Christo (cuius nondum exterius baptismi perceperat lauactum) honestam subire mortem, quam admittere unde illum offenderet. Non est praeterea ignotum, a Christo de sacerdotum gemma dictum Martino fuisse. Martinus adhuc catechuminus hac me veste contextit. quod ex quo iam sanctis plenus esset operibus, & diuinis virtutibus: triennio tamen suscipere distulit baptismale sacramentum, quod per beati Hilarii Pictauiensis episcopi manu consequi desiderabat. Refert profecto sunt paginae talibus narrationibus: per quas omnino refellitur Iacobi assertio. Si tamen huius generis non cedit probationibus: audiat quid de Gentilibus duobus viris, actibus bellicis mancipatis, nondum Christianis exteriori professione, quae in baptismo celebratur: scriptum legimus. De altero quippe (quia domino ad illius domum properanti, dixit: Domine non sum dignus ut intres sub tectum meum: sed tamen dic verbo, & sanabitur puer meus. Nam ego homo sum sub potestate constitutus, habes sub me milites. Et dico huic, vade: & vadit. & alio, veni: & venit. & seruo meo, fac hoc: & facit.) Christus ipse sententiam tulit, qua eum virum magnis virtutum donis plenum indicauit. Eandem enim retulit sanctus Euangelista Mattheus sententiam his verbis. Audiens autem haec Iesus, miratus est: & sequentibus se dixit. Amen dico vobis: non inueni tantam fidem in Israel. Et paulo post sequitur. Et dixit Iesus Centurioni. Vade: & sicut credidisti, fiat tibi. & sanatus est puer ex illa hora. Maior sane fides quam Christus praedicans inuenit vel in Andrea, Petro, Ioanne, aut alio quolibet: in hoc Gentili viro sola esse nequiuit. Sperauit utique in deo, dilexit illum, & coluit: religionem quam non tenebat, toto venerabatur affectu. Nam & de illo (beato Luca referente) Christo dixerunt Iudei. Dignus est ut hoc illi praestes: id est eius puerum incolumitati restituas. Diligit enim gentem nostram: & synagagam ipse aedificauit nobis. De altero eiusdem conditionis viro, hoc est Centurione Cornelio Gentili, nondum baptizato: in actibus apostolicis ita idem sanctus Lucas scribit. Vir autem quidam erat in Caesarea nomine Cornelius, Centurio cohortis quae dicitur Italica: religiosus, & timens deum cum omni domo sua, faciens eleemosynas multas plebi, & deprecans deum semper. Is vidit in visu manifeste quasi hora diei nona, angelum dei introeuntem ad se & dicentem sibi. Orationes tuae & eleemosynae tuae ascenderunt in memoriam in conspectu dei. Et rursum. Cornelius Centurio vir iustus & timens deum, & testimonium habens ab vniuersa gente Iudeorum: responsum accepit ab angelo sancto. Age per haec testimonia, aliaque non pauca per scripturas sparsa, quae nullatenus declinare Iacobus potest: euidenter damnatur quae hic asseruit: scilicet neminem secundum spiritum viuere posse ante sacramenti baptismatis perceptum: neque spiritum sanctum nisi sic regenerato dari: & denique quod virtutes spirituales, id est quas sancti theologi celebrant, itidem esse nequeunt nisi in baptizato. Si profecto verum dixit Faber: falsas pro veris deus acceptauit in Cornelio virtutes: quin & pro iustis & meritoriis operibus peccata repu-

H

Matt. viii.

Cap. vii.

I

Actu. x.

K

tauit: quod plane blasphemiam redolet. Nempe Iacobus scripsit, non baptizato spiritum sanctum dari non posse: in non baptizato veras virtutes (quas scilicet sancti theologi celebrant) nunquam inueniri. & ecce (iudice Christo) in Centurione (qui urbi Capharnaum præerat) maior erat fides, quam in aliquo de populo Israel inuenisset, aliis comitata virtutibus. Cornelii vero orationes & eleemosynæ ascenderunt (inquit angelus) in memoriam in conspectu dei, totaque illius iustitia. quod est: Deo placuerunt, & præmio

L eiusmodi digna decernit. Verbo igitur Christi omnino aduersum est quod Iacobus docuit: & proinde hereticum. Quantum autem hallucinetur, existimans in theologorum recentium schola de virtutibus moralibus aliter differi, quam sancti theologi Petrus, Paulus, Ioannes, reliqui apostoli, eorum insignes discipuli, &c. docuerint: vel mediocriter eruditus inde fit conspicuus, quod doctores sancti Thomas, Bonauentura, ceterique præbati id genus magistri, quæcumque resoluunt, secundum scripturæ sacræ decreta pro viribus metiri student, respicientes & damnantes omnia, quæ illi dissona peruidere possunt. Si autem putat Iacobus (ceu ex eius videtur pretendere sermonibus) de moralibus virtutibus locutos non fuisse sanctos apostolos, aut potius dei spiritum per eos & prophetas: cæcus plane est & omnino a veritate alienus: cum eorum scripturæ passim efferant prudentiam, fortitudinem, temperantiam, & iustitiam, eorumque in particulari species. Et quoniam non est numerus locorum ubi de his agitur: sat fuerit vnicum audire, in quo de singulis pene apostolorum Princeps locutus

ii. Petri. i.

est dicens. Vos autem curam omnem subinertes, ministrare in fide vestra virtute, in virtute autem scientiam: in scientia autem abstinentiam, in abstinentia autem patientiam: in patientia autem pietatem, in pietate autem amore fraternitatis: in amore autem fraternitatis charitatem. hæc Petrus. Quæ si pro catholicorum doctorum explanationibus perpédere velit: facile cognoscet quod hucusque seipsum ignorasse prodit. Antea autem cum sanctis, vel melius post sanctos doctores diximus, actus moralium virtutum si in deum per fidem (vbi debet) referatur: etiam per eum qui alioquin in peccato est, dei dona esse, & veras esse virtutes. Si vero finem in alium respiciat operans: siue quia deorum pluralitati vt idolatra seruit: quæadmodum egit philosophorum turba: siue quia fidei veræ dono abutens, aut ad gloriam vt hipocrite respicit, aut reliquarum a liqua sinisterarum habet intentionum: non virtutes congregat qui ita operatur, sed ad sui iacturam addit grauioribus peccatis etiam minora aut æqualia. Sed de his in præcedentibus satis dictum.

M

¶ Finis annotationum super Epist. II. ad Corinthios.  
 ¶ In commentarios super epistol. ad Galathas nihil est annotatum: quænam admodum nec in nonnullos aliarum sequentium.

## ANNOTATIONES IN COMMENTARIOS IACOBI FABRI SUPER EPISTOLAM ADEPHESIOS.

¶ Propositio. CXXIII.

Cap. i.

Adoptamur a deo in filios: non quia fecerimus aliquid dignum vt filio dei inserti adoptaremur in filios: verum potius omnia indigna fecimus ne insereremur & adoptaremur.

¶ Confutatio.



N Epistolæ ad Ephesios exordio gratias Deo agens Apostolus dicit. Benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi &c. & paulopost sequitur. Qui prædestinavit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum. cuius occasione verbi, quæ hic annotamus Iacobus scripsit. Si autem eum roges quando

hominem Deus in filium adoptat: quid sit responsurus, non satis ex eius conuicere possum sermonibus. Ceterum ad prædestinationem si ille prospiciat, volens dicere: In filios adoptamur, id est prædestinamur: recte ait nos non adoptari, quia dignum aliquid fecerimus. At quod adiungit, quod nos potius omnia indigna fecimus ne adoptaremur: plane debet in fide erroneum censerī propter id quod de Geneleos & Malachie libris scribens Romanis, citauit Apulus, dum ait: Cum enim nodum nati essent, aut aliquid boni aut mali egissent, vt secundum electionem præpositum dei maneret: non ex operibus, sed ex vocante dictum est ei: quia maior seruit minori. sicut scriptum est: Iacob dilexi: Esau autem odio habui. Per hæc siquidem (ceu in superioribus non semel est monstratum) liquido constat prædestinationem ex sola dei gratia pendere, & nequaquam hominis respicere opera. Quæ tamen verbo adoptari, aut hoc inde tracto nomine adoptatio, neque hoc loco dicens Apostolus, Qui prædestinavit nos in adoptionem filiorum: adoptionem posuit pro prædestinatione: constat. neque vbi Romanis dixit. Accepistis spiritum adoptionis filiorum. neque Galathis dicens, Vt adoptionem filiorum reciperemus. neque alibi in ea notione positum inuenitur. Sed adoptio in scripturis sacris, consentanee ad iurium humanorum loquendi modum, dicitur gratuita ab æterno patre non naturalium filiorum, sed alienorum, vt cum vnigenito naturali æternam participent & percipiant hereditatem dispositio & admissio: ante quam quidem admissionem, nullum in ipsa hereditate omnino ius habebant. Et hæc certe adoptio celebratur cum quilibet de ire filiorum turba, in filiorum dei transit consortium. & hoc est quodcumque per fidei, spei, & charitatis infusionem ab originali, vel solo, vt paruuli, vel ab eo vna cum adiectis actualibus, purificatur persona. Tunc enim & filius dei efficitur homo: & heres cœlestis possessionis. Porro virtutes illæ tres diuinæ, sunt vnicus sufficientissimus, sed & necessarius iuris in ipsum dei regnum titulus. quæ quicumque moriens habuerit (certissima hoc fide credimus) æternæ felicitatis possidebit gaudia. Quando igitur qui baptizantur paruuli, vnum duntaxat curandum habent morbum, labem videlicet naturæ, id est peccatum originale: neque opera quæcumque bona egerunt aut mala: vbi comperit Iacobus quod nos omnia indigna fecimus ne insereremur & adoptaremur? cum certum sit Christianorum liberos in primis infantie diebus per baptismi lauacrum regenerari: & eo medio Christi corpori adduntur, hoc est Christo inseruntur, & adoptantur in filios ad regnum æternæ hereditatis plenum ius habentes: quam quidem si illius titulum seruet in finem, indubie possidebunt. Quæ nihilominus felicitis mercedis adeptio & possessio, non indignis certe correspondet operibus: sed (vt sæpius est in superioribus deductum) iustis omnino & dignis. In paruulis etenim, solis Christi meritis redditur: ipsis autem mere gratis do-

Rom. ix.

Gene. xxv. Mala. i.

Roma. viii. cap. iiii.

Ad Eph. ii.

natur. In adultis vero: & propriis & Christi rependitur. Falso igitur omnino & difformiter ad scripturas dictum est, omnia indigna fecisse nos, ne infereremur & adoptaremur,

¶ Propositio. CXXIII.

Quid laudabimus? nūquid nos aut opera nostra, aut maiorum nostrorum, qui ab exordio mundi fuerunt? nequaquam.

¶ Confutatio.

¶ En usque adeo p laudabili & glorioso domino deo zelatur Iacobus Faber: vt qualibet creaturam laudare illicitū profus decernat. hoc nimirū illius vult dicendi forma qua ait: Nequaquam laudabimus nos aut opera etiā maiora omnium qui fuerunt. quasi dicat, peccamus si hoc facimus, At istud Iacobi aliter, erroneum plane esse, inde constat euidenter q̄ per scripturas Deus precipit, vt omnes laudibus efferamus iustos & eorū iustitiam. & nō solum fidelibus vt hoc agant iubet deus: verū & infidelibus, vt Hebreros vnū colētes deum laudarent, mandauit. In Deuteronomio enim per Moysen dicitur: Laudate gentes populum eius. In Esaia vero, diuine legis preuaricatores decernuntur, qui aut criminantur que sunt digna laude, aut laudant que sunt merito criminanda. Vñ (inquit Esaia) qui dicitis malum bonū, & bonū malum: ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras: ponentes amarum in dulce, & dulce in amarū. Preterea queratur ab Iacobo (qui dubio procul aliter hoc in negotio scribit, & tam actiue q̄ passiuē aliter sese habet, quia & quos vult homines laudat: & non laudat quoscūq; nosse potest eius scripta non laudare, sed vehemēter illis indignatur) queratur ab eo in quā, iuste ne

Deu. xxxii

Esa. v.

Psal. xxxiii

Psal. lxii.

Psal. lxxii.

R

Prou. xxiii

Prou. xxvii

Ecclesi. xliiii.

Ecclesi. xlv.

Ecclesi. xxxvii.

Hiere. xlix.

ac vere scripserit Dauid dicens: In dño laudabitur anima mea. Audient mē sueti & letentur. Item. Laudabuntur omnes qui iurant in eo (scilicet deo) quia obstructū est os loquentiū iniqua. & rursum. Laudabuntur omnes recti corde. Si vere creature laudandę sunt, si iuste: non modo laudantes nō peccant: sed & laudem per iustitię legem merentur. Vnde & per Salomonem dominus, consone ad id quod per Esaia dixerat. Qui (inquit) dicunt impio iustus es: maledicent eis populi, & detestabuntur eos tribus. qui arguunt eū: laudabuntur. & alio in loco. Laudet te alienus & non os tuū: extraneus & non labia tua, & iterū. Vir fidelis multū laudabitur. Si autē per hęc se nō dum fateatur aberrasse Iacobus, docēs peccatū esse laudare etiā patres qui ab exordio mudi fuerunt: cedat necesse est deo, qui per alii sapientē voluit dici. Laudemus viros gloriosos & parētes nostros. & hūc exhortationis modum, vt scilicet nostri laudentur maiores, secutus libri eiusdē author: ex ordine patres sanctos qui ab initio mundi fuerunt laudat. Ad Moysen autem perueniens ita de eo scribit. Dilectus deo & hominibus Moyses, cuius memoria in benedictione est. similem eū fecit in gloria sanctorū. & paulo post. Glorificauit eum in conspectu regum. &c. Et alibi. Vir sapiens implebitur benedictionibus: & videntes illū laudabunt. Ex his manifestū euadit scripturis esse contrariū quod Iacobus scripsit: scilicet nullā creaturā laudabilem esse. & præsertim cū per Hieremiā dñs de quibusdā dicat. Quomodo dereliquerunt ciuitatē laudabilē, urbem letitię: Cū itaq; ciuitas de qua loquitur

deus, laudabilis (eo censore) foret, certū est quia iuste laudabatur. Per Sapientē vero: Est (inquit) sapiēs, animę suę sapiens: & fructus sensus illius laudabilis. In ecclesię quoq; persona idē spiritus sanctus ait. Beatus diues q̄ inuētus est sine macula, & qui post aurū nō abiit: nec sperauit in pecunia & thesauris. sequitur. Quis est hic? & laudabimus eū. His autē scripturę testimoniis cōgruēs Augustin? Quędā (inquit) sunt in homine laudabilia: in deo autē esse nō possunt: sicut pudor. &c. En in homine non modo virtutes earūq; actus, laudabiles censet Augustinus: sed & passionem pudoris. Alibi quoq; (ceu in p̄scriptis docuimus) definit dicens: Recte viuere & nolle laudari: quid est aliud q̄ inimicū esse rebus humanis? & rursum. Si te recte viuētē inter quos viuīs nō laudauerint illi: illi in errore sunt. hęc Augustinus. vnde plane colligitur qđ in expressum est: teneri. s. nos laudare qđ Deus in suis pbat creaturis. Nō est igitur hoc (sicut scripsit Iacobus) illicitū: alioquin ecclesia sancta & catholica in erroꝝ tenebris cecutiret: que cū alacritate sanctā dei matrē laudās ei dicit: Felix nāq; es sacra virgo maria & omni laude dignissima. At hoc sentire, q. s. hoc dicens ecclesia delinquat: impiū est & blasphemū. Vt em̄ phibet deus ne qđ vituperio est, dignū laudibus pferamur, dicens: Non laudes virū in specie sua. Et rursum. Qui derelinquit legē: laudant impiū. in Psalmo autē. Laudatur (inquit Dauid) peccator in desiderii animę suę: & iniqus benedicitur. Ita & qđ laude dignū est, vt cōmendetur: omni lege, naturali, diuina, & humana iubemur.

Ecclesi. 38.  
Ecclesi. xxxi.

S  
Libr. ii. ad  
Simpli. qst.  
ii. pre opū.  
iii.  
Lib. ii. de  
ser. dñi in  
mōre. pre  
operū. iii.

Ecclesi. xi.  
Ibidem. ca.  
xxviii.  
Psal. ix.

¶ Propositio. CXXV.

Quid diu aliqui delictis & peccatis viuūt: caput eorū nō cōstituitur Christus.

¶ Confutatio.

Assertio hęc etsi colorē videretur quibusdā prætere veritatis: veritati tñ aduersa est. Porro Christus ipse militantis ecclesię caput est: Ap̄lo Ephesius dicēte: Christus caput est ecclesię. & Colossensibus. Ipse est caput corporis ecclesię, q̄ est principiū, primogenitus ex mortuis. corpus autē ecclesię nō solum iustos, hoc est q̄ actu p̄ charitatis donū omni crimine vacāt, in mēbris habet: sed & iniustos & q̄ in peccatis misere iacēt. qđ manifeste Christus ipse caput ecclesię docuit, Beato Mattheo referēte, vbi legit. Simile est regnū cœlorū sagenę missę in mare, & ex omni genere pisciū cōgregati. quā cū impleta esset, educētes, & secus littus sedētes, elegerūt bonos in vasa sua: malos autē foras miserūt. Quod quidē verbum pro sacrorū doctorum sentētia ita debet accipi, q̄ in presenti vita ecclesia cū bonis & malos colligit. boni enim soli nusq; sunt nisi in cœlo: mali autem nusq; sunt nisi in inferno. Hęc autem ecclesia quę in medio consistit, vtriusq; patrię ciues recipit: sicut per Psalmistam dicitur. Annūciaui & locutus sum, multiplicati sunt super numerum. Hinc scimus (ipso narrante Mattheo) quia ecclesię caput Christus filius hominis, mittet angelos suos: & colligent de regno eius (Ecce militantem ecclesiam) omnia scandala & eos qui faciunt iniquitatem. & mittet eos in caminum ignis: ibi erit fletus & stridor dentium. Non enim (vt ait Gregorius) in illo regno beatitudinis, in quo pax summa est, inueniri scandala poterūt que colligatur. Itidē qđ loquimur p̄ aliā liqdo exp̄ssit

Cap. ii.

T

Cap. v.

Cap. i.

Matth. xiiii

Psal. xxxix.

Matt. xiiii.

Hom. xii.



Mat. xlii. dominus parabolam: ubi de bono semine & supseminatis zizaniis agit. Seruus enim patrifamilias dicentibus: Domine nonne bonum semen seminasti in agro tuo, id est anima aut ecclesia. unde ergo habet zizania? Ait dominus. Inimicus homo hoc fecit. & cum ex iustitiae zelo fideles serui quererent a domino, dicentes. Visimus & colligimus ea (indigne quippe ferebant in ecclesia tanta pullulare vitia, scelera, flagitia) respondit illis. Nonne forte colligentes zizania, eradicetis simul & triticum. finite utraque crescere usque ad messem: & in tempore messis dicam mesoribus, id est angelis meae iustitiae executoribus: Colligite primum zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburendum. triticum autem congregate in horreum meum. Ecce id quod de sagina dixerat. Elegerunt bonos in vasa sua: malos autem foras miserunt. His autem eruditus Christi verbis Augustinus, in libro de fide ad Petrum: Firmissime (inquit) tene & nullatenus dubites, aream dei esse ecclesiam catholicam: & intra eam usque ad finem seculi mixtas frumeto paleas contineri, id est bonos & malos. Cum igitur haec & consimilia quae in scripturis multa sunt, de finali iudicio accipienda secundum ecclesiae catholicae sensum veniant: Iudicium vero eos proprie concernit quod fideles extiterint: quia (ut inquit dominus) qui non credit, iam iudicatus est: In fide per citata relinquitur certum: quia non tantum caput est Christus eorum qui in ecclesia sua militante per charitatem viva sunt membra: verum quoque & eorum qui prius viva extiterunt, quibus sint per admixta crimina mortificata.

X Et istud quod de rationi omnino congruit. Nepe non eo ipso quod fidelis baptizatus, qui, verbi causa, tempore non breui deo (cuius vna profectus est religionem) pie famulatus est: per fragilitatem, passionem, aut alias facinus quodpiam admittit: Christianum perdit nomen. Si itaque (licet ipso crimine perpetrato) adhuc est Christianus, malus tamen manifestum est quia adhuc in ecclesiae corpore manet, fide inquam & spe, ac baptismali caractere. Caput ergo illius etiam esse Christum, confiteri necesse est. Erroneum proinde censendum, quod Iacobus scripsit: Christum caput non esse quorumlibet qui in delictis sunt aut peccatis: & vicinum articulo quarto in sancto Constantiensis concilio contra Ioannem Hus damnato: quo dicebat. Praesentia non sunt partes ecclesiae. Quin & istud Iacobi verbum multo magis insanum videri posset: cum sine differentia etiam de praedestinatiis quae sunt actu in peccatis, tradit, quia non sunt de ecclesia. Porro nullus qui non est ecclesiae membrum: est de ecclesia. Quicumque autem ecclesiae membrum est, quis mortificatum: caput habet Christum. alioquin non diceretur Christianus. Debuerat ergo Iacobus cum theologis loqui. Reuera enim illi de huiusmodi materia loquentes, & habentes ad caput respectum: pro scripturarum concordia & sancto rorum doctorum, dupliciter prouiderunt esse ponendam necessario loquendi formam. quae dixerunt & quidem rectissime, finaliter reprobum, qui tamen nunc (ut sic dicam) fidem, spem, & charitatem habet: Christi vere membrum esse, & ad caelestis ius habere hereditatem, sed hoc tantum secundum praesentem iustitiam. quoniam ex suppositio ne, quae habet ad illam possidendam hereditatem, sua quidem culpa titulum perdet. qui vero ex electis ad vitam, sunt peccatorum funibus obligati: ius ad illud habent secundum aeternam praedestinationem. quod est, illud per dei gratiam indubie acquireret, & tandem obtinebunt. Omnium autem (ut praemissum est) Christianorum, siue iustorum, siue iniustorum, Christus actu caput est.

Capi. xliii. pro opus. x.

Ioan. iiii.

Propositio. CXXXVI.

In carnalibus omnibus mori peccato natura prius est: quam viuificari spiritui, quam iustitiae viuere. secus autem de iis, quos tamen carne circumdatos, spirituales tamen deus oriri voluit: nam iustitiae luce perfusi, nullas unquam iniustitiae sensere tenebras. Ideo viuificati semper fuerunt: neque nox diem praecessit.

Confutatio.

In his Iacobi sermonibus id duntaxat displicet, quod asserit quosdam sic ortos spirituales: ut nunquam prius carnales extiterint. Illi (inquit) quos spirituales deus oriri voluit: iustitiae luce perfusi, nullas unquam iniustitiae sensere tenebras: neque in eis nox diem praecessit. Hoc inquam displicet, quod manifeste haereticum est, & Pelagii haereticarum capitalium vniuersi errorum. quod in superioribus quia plene monstratum est: non est hic ulterius imorandum. Porro communi fidei traditione pro constanti tenemus, quia neque Abraham, neque Baptista Ioannes, aut aliorum quicumque sanctorum ab originali macula immunis fuerit. Omnes itaque & singuli: prius carnales procul dubio extiterunt: Apolo Corinthiis dicente. Non prius quod spirituale est: sed quod animale, deinde quod spirituale. & alibi. Omnes peccauerunt: & egent gloria dei. In cuius testimonium licet ipse Baptista in utero ab ipsa peccati originali labe per fidei, spei, charitatis, & aliorum spiritus sancti charismatum infusionem purgatus credatur, octavo tamen a natiuitate ex utero die conuenerunt vicini & cognati: ut circumcideret eum. & idem est de Hieremia propheta censendum. Verissimum utique est quod toties in scriptis agitauimus. Sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors: & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccauerunt. Haeresis igitur Pelagiana est dicere: alios a Christo & eius sancta pariete originali culpa scedatos non fuisse: quod est nullas sensisse iniustitiae tenebras, aut noctem in eis non praecessisse diem. quod per innumera diuinorum eloquiorum testimonia contra Pelagianos agentes firmauerunt sancti ecclesiae doctores Ambrosius, Hieronymus, & Augustinus. Is etenim, scilicet Augustinus (ut prius visum est) non modo scripturas in aduersarios intorsit, verum & tam Graecorum quam Latinorum doctorum auctoritates citauit: in quibus etiam praefatos Ambrosium & Hieronymum non omisit commemorare.

Propositio. CXXXVII.

Non putemus si adhuc in carne viuimus, sed non secundum carnem, si adhuc contra mundum, carnem, & aereos spiritus militamus: nos non esse cum angelis & sanctis omnibus in eodem corpore, & spiritu sancto viuere: & iam in dextra patris patri praesentatos ac praesentes. proculdubio sumus. Neque credas duas esse ecclesias: eorum qui sunt in caelis, & in terra: non sunt duae, sed una.

Confutatio.

Quod proterue & odiosa singularitate vbicumque potest agat Faber: hic non obsecrare monstratur. tum primo quia scribit nos solum in hoc mundo contra carnem mundum & daemonia militamus: esse cum angelis & sanctis omnibus. quod quidem dictum nulla potest iusta ratione fulciri: non enim hoc, de loco veritatem habet. Siquidem quos simpliciter vocamus sanctos: in summis caelorum sunt. & quicumque apud nos modis miris versentur administratorum spiritus angelici: ita quoque nos assidue circumstant & obseruant maligni. non magis igitur possunt

mus dici esse cū sanctis angelis, si localem attēdas presentiam, q̄ cū reprobis. Si vero mentis conceptionē & effectū cordis seu volūtatis per tropū respiciās: sicut dñs dixit. Vbi enim est thesaurus tuus: ibi & cor tuū erit. & Augustini autoritas ait, quia magis est anima vbi amat, q̄ vbi habitat. quēadmodum visus est Apostolus loqui dicens. Nostra autē cōuersatio in cœlis est. hac (fateor) ratione iusti vtrūq; cum sanctis omnibus esse dici possent. At cū ex loquendi modo nō hoc videatur pretēdere Iacobus, & nulli sunt quātūvis boni, qui in omnibus cū sanctoꝝ consentiant votis: alioquin in nullo peccaret: arbitrariū profus & a forma docendi sanctorū & theologorum alienū est asserere, certātes in hac mūdi militiā aduersus humanę salutis hostes iam esse cū sanctis & angelis. & presertim cū certū fide teneamus de reprobis: innumeros aliquādo eiusmodi certamen fideliter fortiterq; gessisse. testes huius extiterūt Saul & Salomon reges: item Iudas Scarioth, & Nicolaus Aduena vnus ex septē primis ecclesię diaconibus, aliq; his similes.

**B** Dicat igitur Iacobus: generis huius homines, hoc est reprobi: dū pie & iuste in seculo viuebāt: erāt ne cū angelis ac sanctis omnibus? si hoc admittit, non magnopere obūsto, quia de nomine q̄ritur. non tamē hoc (opinor) Iacobus respiciebat scribens. Quid ergo? puto quidē quia nec ipse satis quid diceret perpēdebat. vt plurimū eī suas promit citra omnē rationē cōceptiones. q̄d vel maxime potest cōfici ex eo quod adiecit: oēs scilicet qui in hoc mūdo iuste viuūt, iam in dextra patris, eiq; presentatos & presentes esse. Ecce inauditā prius theologiā, & quę propterea theologię simpliciter nomē absit vt mereatur. Porro Christo dño vnice adheferāt apostoli ex quo eos delegerat: ad illius vsq; passionis terminū cōtra carnē, mūdū, & aereos spiritū egregie dimicantes. Ita vt & ipsi subderētur dæmones, omniāq; reliquissent, id est vxores, patres, matres, & alia quęlibet seculi bona. Illi tñ q̄ nodū in dextra patris, eiq; p̄sentes forēt, cognoscētes: dño per sanctū Thomā dicebāt. Dñe nescimus quo vadis, & quomodo possumus viā scire. Per Philippum vero: Dñe (aiebāt) ostende nobis patrē, & sufficit nobis. Hęc perpēde. sancti apostoli deuictis, mūdo, carne, & diabolo patrē æternū sibi absentē testātur: hoc est diuinitatē. & vt illis p̄sens fiat. s. per euidentē notitiā: postulant. Ostēde (inquit Philippus) nobis patrē: & sufficit nobis. neq; ergo illis p̄sens erat pater pro suo voto, neq; in eius erāt dextra. & Iacobus Faber dicit se & quos sibi putat similes, deo iā p̄sentes esse. Peritoꝝ ambigit nemo fidelū iustos oēs deo p̄sentes esse: at nō presentiores (vt ita loquar) iniustis.

**C** In ipso eī tā electi q̄ p̄sciti viuimus mouemur & sumus. presentissime si quidē deo adest omnis creatura, etiā spiritus damnati, qui in baratri p̄fundō alligati detinētur. quia deo dicit Dauid. Quo ibo a spiritu tuo: & quo a facie tua fugiā? Si ascēdero in cœlū, tu illic es: si descēdero in infernū, ades. Quā igit in fide notissimū sit, nullū posse locū esse vbi non sit deus: vt in superioribus dictū est: Quid velit Iacobus videat cū ait, iustos mortales esse in dextra patris, patri p̄sentatos & p̄sentes. Nepe quocūq; patri dici possunt p̄tati iusti: ita & iniusti. ii vt dignas factis recipiāt penas: illi suā coronā iustitię. At nō multū a vero abhorret: si electi ad dextrā p̄tinere dicātur, &

Matth. vi.

Ad Phil. iiii

Luc. x.

Matth. xix.

Ioan. xiii.

Actu. xvii.

Ps. cxxxviii

ad sinistram reprobi. nemo tamen scit vtrū amore an odio, finali scilicet, dignus sit: sed omnia in futurum seruantur incerta. Propterea positio illa, in dextram vel sinistram, magis ad finale pertinet iudiciū: vbi omnia nuda & manifesta erunt. & sicut ait Bernardus, Cunctaq; cunctoꝝ cunctis archana patebūt. Verū licet omnes, vt dixi, deo p̄sentes sint, & eque iniusti vt iusti: non sic tamen dicendum q̄ mortalibus sit p̄sens deus. quia scilicet quātūlibet iusti sint homines, nōdum tamen cognoscūt vt sunt cogniti: in quo quod dem presentię ratio consistit. quod Apostolus euidentē docuit inquires. Scietes quoniā dū sumus in hoc corpore: peregrinamur a domino. Per fidem em̄ ambulamus: & nō per speciem. Audemus autē & bonā voluntatē habemus magis peregrinari a corpore: & p̄sentes esse ad dominū. Agedū Apostolus sibi & sui similibus sanctis Deum absentē esse plane testificatur. & p̄sens vt fiat: se fatetur percupiscere. secutus Dauid, qui dixerat. Sitiuit anima mea ad deum fontē viuū: quando veniā & apparebo ante faciē dñi. Spiritū sancto igitur (q̄ in Apostolo est locutus) oportet Iacobū Fabrū cedere, & humiliter confiteri quia dū sumus in hoc corpore, peregrinamur a domino. & quod toto scripsit orbi reuocare, scilicet q̄ in deī patris sunt dextra, eiq; presentati & p̄sentes, quicūq; contra carnem, mūdū, & dæmonē militant. Retrahet p̄terea (si ante deū misericordiā cōsequi desiderat) necessariū omnino est: quod adiecit dicens. Neq; credas duas esse ecclesias eorū q̄ sunt in cœlis & in terra. non sunt duę, sed vna. Quis, obsecro, impune assertionē hanc possit acceptare: cum pro omniū sanctorū ecclesię doctoꝝ communiq; theologorum traditione & loquendi, modo vna sit ecclesia militans, & vna triūphans, in plurimis & legibus & politia differētes. Hęc nimirū quiescit gaudet, triumphat, secuta est: omniū abundantia bonorum satiata. Illa vero laborat in operibus, pro delictis assidue luget: in continuis militat inimicorum insultibus, ne hostibus succumbat veretur, esurit iustitiā, anhelat suspirans ad ipsam triumphatē. Non igitur quę in castris adhuc certat, illa est ecclesia quę in cœlesti triumphat regno. Quę si ex vtraq; vna tota dici debeat aut possit: non multū vellem super hoc cōtendere, quia pie & nō citra probabilitatē hoc reor posse sustineri, quīs forsā rarę sint in scripturis sententię, quę hoc velint. At q̄ duę nō sint, asserere: & schismaticū pronūcio & in fide plane erroneum. quod paucis aperio. In primis certū est, schisma palā (quod in se est) facere: quicūquis quod vniuersalis docet, tenet, & firmissime tuetur ecclesia, non admittit, sed reicit ac reprobatur. Catholica autē ecclesia per spiritū sanctū directa & instructa, sese vnam ecclesiam & quidē militantem credit, p̄dicat, & defendit vsq; ad mortem: quæ non est illa triumphantis. Duę sunt igitur ecclesię. Quod vero in huius rationis p̄ secunda subsumptum est assertionē, videlicet q̄ vniuersalis in terris peregrinans ecclesia seipsam vnam & militantem firmiter teneat: hinc euidenter colligitur, q̄ in sacrosancto missæ canone incessanter domino deprecans dicit. Te igitur clementissime pater per Iesum Christum filium tuum dominū nostrum supplices rogam⁹ ac petim⁹: vt accepta habeas & benedicas hęc dona, hęc munera, hęc sancta sacrificia illibata. in primis quę tibi offerim⁹ p̄ ecclesiam

Ecc. ix.

Lib. meditacionum.

D i. Cor. xiii.

ii. Corin. v.

Psal. xli.

E

F

tua sancta catholica: quam pacificare, custodire, adiuuare, & regere digneris toto orbe terrarum. Hęc ibi. En non opus est pro horum elucidatione verborum sermones protrahere: aperta enim sunt. Porro sacerdos quicumque vniuersalis ecclesie militantis minister, & ad deum internuncius ac orator: offert illius tria verba. Manifestum enim est quia duntaxat pro militante postulat: quando quidem petit ut deus eam pacificare, custodire, adiuuare, & regere dignetur toto orbe terrarum. Non ergo agit de cœlestibus sed de terrenis. Idem non est publicanum numerus collectarum, quibus hoc ipsum eadem postulat ecclesia. cuiusmodi sunt: Ecclesie tue quesumus domine preces placatus admittite: ut destructis aduersitatibus & erroribus vniuersis, ecclesia tua securam tibi seruiat libertate. In alia item, cuius author fuisse dicitur Innocentius tertius, ecclesie Romanę pontifex: confirmabile omnino legimus. A cunctis nos quesumus domine mentis & corporis defende periculis. &c. Sequitur in fine. ut destructis aduersitatibus & erroribus vniuersis: ecclesia tua securam tibi seruiat libertate. De beato autem Euangelista Ioanne agens ipsa ecclesia domino dicit. Ecclesiam tuam domine benignus illustra: ut beati Ioannis apostoli tui & euangeliste illuminata doctrinis ad dona perueniat sempiterna. In die vero sanctę Epiphanię dicimus. Ecclesie tue quesumus domine dona propitius intuere. &c. Item prima quadragesimę dominica. Deus qui ecclesiam tuam annua quadragesimali obseruatione purificas. &c. Atqui non est, ut dixi, numerus in sacris libris eiusmodi publicarum supplicationum: quibus vnica que adhuc in tabernaculis Iacob residet designatur ecclesia. que sese catholicam pronunciat, quemadmodum in sacre Nicenę synodi concinimus symbolo: Credo vnā sanctā catholicam & apostolicā ecclesiam. non certe de triumphante loquitur: sed de militante in terris. Recte igitur decreuimus schismaticum omnino esse assertum Iacobi: quo scribere presumpsit duas non esse ecclesias: per hoc nolens confiteri quod fidelium in terris adhuc agentium cœtus concilium aut concio (hoc enim ecclesie nomen sonat) vna sit ecclesia sancta & catholica. Quod vero id ipsum censeretur debere erroneum in fide, non est difficile monstrare, nempe quod sit vnica in hoc seculo, eaque sancta & catholica militans ecclesia, sacrarum manifeste docent literarum eloquia: non vno loco, sed quod plurimis. e quibus sat fuerit illa depromere: per que firmum quod dicimus apparere possit piorum quicumque fidelium. non enim singulas nominis huius, ecclesie, notiones (que etiam ex scripturis possent deprehendi) statuimus hic persequi: quod in doctorum scriptis studiosus quisque eas in promptu habere potest. Scopus igitur noster implentiarum iste est: ostendere videlicet sanctis contrarium esse scripturis, dicere quod non sit in terris vna sancta & catholica ecclesia que militans iuste dicitur: modis omnibus a triumphante distans. Hoc autem cumulate fecerimus: si monstratum fuerit in ipsis de ecclesia dicta esse scripturis, que nequaquam triumphanti, aut ei quam asserit Faber ex utraque resultare, competere possunt: sed solummodo militanti hoc in mundi magno mari. Dicat itaque Iacobus nobis primo: quod in Numerorum libro murmurantes nonnulli Moyse & Aaron dixerunt: scilicet, Cur eduxistis ecclesiam domini in solitudine: ut nos & nostra iumenta moriamur? nunquid de illa vna quam Iacobus dicit ecclesia.

accipi potest: In cœlis tunc soli erant angeli cum deo. Pars igitur ecclesie in cœlis non erat & in terris pars: sed tota in mundo & in limbo patrum, id est Abrahę sinu: quod illic sanctę omnes anime eorum qui ab Abel iusto ad usque tempus illud decesserant seruarietur. cœtum tamen Iudeorum qui adhuc vivebant, ecclesiam vocant: inquietes. Cur ecclesiam domini eduxistis. &c. De eadem quoque militante ecclesia, que tunc duntaxat in populo Iudeorum erat (exceptis forsitan paucis qui inter Gentiles vni soli deo pie seruebant: quod de sancto Iob negari non potest) loquebatur Dauid dicens: Nouerit vniuersa ecclesia hec: si Reg. xvij. quia non in gladio nec in hasta saluat dominus. de qua certe dicebat Apostolus. i. Cor. xv. Persecutus sum ecclesiam dei. & in Actibus apostolorum dicitur. Ecclesia Actu. x. quidem per totam Iudęam & Galileam & Samariam habebat pacem. Alibi quoque de ipsa militante in eodem Actuum scribitur libro: Misit Herodes rex Cap. xii. manus ut affligeret quosdam de ecclesia. & rursus. Petrus seruabatur in carcere: oratio autem fiebat sine intermissione ab ecclesia ad deum pro eo. & iterum. Mittens Paulus a Mileto Ephesum vocauit maiores natu ecclesie. Actu. xx. qui cum venissent ad eum & simul essent: dixit eis inter multa. Attēdite vobis & vniuerso gregi in quo vos spiritus sanctus posuit episcopos regere ecclesiam dei, quam acquisiuit sanguine suo. Beatus etiam Iacobus. i. Infirmatur Iacob. v. (ait) quis in vobis: inducat presbyteros ecclesie. & Apostolorum vertex i. Petri. v. Petrus. Salutem (inquit) vos ecclesia que est in Babylone. Alia his similia prætereo quod plurima: que in scripturis de ecclesia dicuntur, que soli conueniunt militanti. Erroneum ergo in fide esse constat quod asseruit Iacobus, dicens. Neque credas duas esse ecclesias eorum qui sunt in cœlis & in terra. non sunt due, sed vna. Porro si due non forent sed vnica: non dixisset Ephesius Apostolus. Cap. i. Omnia subiecit, scilicet deus pater, sub pedibus eius, scilicet filii: & ipsum dedit caput supra omnem ecclesiam: hoc est militantem, tam secundum se totam quam eius quicumque particularē personam: & triumphantem. caput etenim illius est: sicut Colossensibus scribit Paulus dicens. Ipse est caput omnis principatus & potestatis. Si quis autem velit instatius Iacobum premere, qui hoc in nomine ecclesia, nullam vult rationum pluralitatem differentium admittere, sed vti ferus singulariter incedens audacter ait, Non sunt due ecclesie: ita colligens eum sequatur: vnica ego ecclesia est, neque potest nomen ipsum ecclesia de pluribus dici: ceu nomen istud sol vnico planetę conuenit, & nequaquam pluribus. Quo per eum consentaneę ad proprias assertiones recepto: constringendus est ut dicat, vtrum nomen ipsum ecclesia vnica illam quam ponit designet in his sacrarum eloquiorum locis: an plures & differentes, seu omnino diuersas. Odiui ecclesiam malignantium. Si eos non audierit, dic ecclesie. Paulus vocatus Apostolus Iesu Christi per voluntatem Dei, & Sosthenes frater, ecclesie Dei que est Corinthi. Aut ecclesiam Dei contemnitis: quando in fine dei cognitione, certum sit: in citato Psalmistę verbo, ecclesie nomine, reprobatorum turbam aut collectionem significari: per verbum autem Christi in Matthę euangelio, collectos ecclesie prelatos aut eorum concilia: & in primo Apostoli dicto, particularē vnā scilicet Corinthiorum exprimi ecclesiam. In secundo vero, materialem solam. Quid ad hec responsurus est Iacobus, & ad K.

i. Cor. xiiii. eiusdē Apostoli verba, quibus plures fuisse ecclesias suis diebus docet: Corinthiis dicens. Non est dissensionis deus sed pacis: sicut & in omnibus ecclesiis doceo. & eisdē in secūda epistola scribēs ait. Quoniā gratis euangelium dei euangelizauī vobis: alias ecclesias expoliauī accipiens stipendia ad ministeriū vestrum. & modo simili Galathis. Deinde (inquit) veni in partes Syrię & Ciciļię: erā autē ignotus facie ecclesiis Iudęę quę erāt in Christo. Ecce nō vnica in vniuersum esse ecclesiā, sed varias & cōplures sentit & tradit Apostolus. Cōfundatur proinde ad salutē & erubescat Iacobus: qui simpliciter docuit, dicens. Non credas duas esse ecclesias: non sunt duę, sed vna.

## ¶ Propositio. CXXVIII.

Cap. v. Iustificatio impij quę repente fit a lumine Christi, non ab operibus: lumen est quo nos deus cognoscit. quo non orto deo sumus ignoti. Quid enim magis potest esse ignotū, quid magis immanifestū, q̄ quod deo (quē nihil latet neq; latere potest) ignotum & immanifestum est.

## ¶ Confutatio.

**L** Quod prima huius assertionis particula dicitur, iustificationem scilicet ab operibus nō fieri: in superioribus reiectū est. quod vero secūdo additur loco videlicet lumen per quod nos iustificamur esse quo nos deus cognoscit: etiā satis putabā reuulsum, si non adderet Iacobus, dicens. Quo non orto: deo sumus ignoti. Duo siquidē verbū hoc cōplectitur: alterum, q̄ peccatores deo sunt ignoti: & istud excussum est prius. Alterū vero, q̄ eiusmodi orto lumine nos deus cognoscit. Quoniā autē ortū in tēpore quodlibet lumen, creatura dei est: omnino loqui Iacobus videtur de infusa per quā re ipsa iustificatur homo gratia. quod euidenter inde apparet, quia ait, Iustificationē impij fieri a lumine Christi, nō ab operibus: q̄q; repete fit. Lumen igitur Christi, quo iustificatur impius: est fidei, spei, & charitatis, aliorūq; spiritaliū donorū animę facta collatio. & hoc vnū nō reuicit theologorū schola. Verū blasphemū plane est & erroneū, dicere, Deū nos per lumen illud cognoscere. p̄ suā enim essentiā aut diuinitatē omnia cognoscit: & nō per alia quęuis. Omnium siquidem possibilium notitia ipsi est simplicissima & infallibilis. per nihil igitur aliud a se rem aliquā cognoscit. Neq; in his refugiu habere potest Faber: q̄ (vt superius visum est) in scriptura dñs dicit sese reprobos nescire peccatores. tum quia illa dñi verba non sunt secūdū propriā locutionē accipienda: sicut monitratū antea extitit. tum q̄ catholicā ipsorū intelligentiā, qua dicitur verbū nescire pro eo quod est nō approbare, positū esse, non admittit Iacobi contextus. Ait enim. Quid magis potest esse ignotū: quid magis immanifestū. &c. Ceterū istud, q̄ scilicet deo sit quidpiā ignotū & immanifestū: si coherere queat cū eo quod (& recte quidē) subiungit, deū scilicet nihil latere posse: perpende. obuiāt hęc sibi penitus: & manifestas ingerunt ecclesię errorū tenebras. Hęc autē assertio admitti iuste posset: charitas est quo deus hominem cognoscit, id est probat. sed quia hoc non respicit Iacobus: nihil inde valet excusari.

Finis Annotationū in Commentarios Iacobi Fabri  
super Epistolam Pauli ad Ephesios.

# ANNOTATIONES IN

Commentarios Iacobi Fabri super Epistolam ad Philippenses.

## ¶ Propositio. CXXIX.

Cum aliquid boni volumus, maxime quod diuinū & spirituale est, & operamur voluntatē illam executioni demādantes: Deus est qui voluntatē illam & actum effectūq; pro beneplacito suo in nobis operatur. Nos autē dei instrumentū sumus. neq; enim oculus cęlestia videt: nisi cęlū in eo operetur. Quis oculus ad cęlū vt animatus: & cęlum vt inanimatū. At mens nostra ad deum vt inanimata: deus autem vt animatus & superanimatus.

## ¶ Propositio. CXXX.

Deus vt actus est, mens vt materia. Cui igitur motionē & motionis actionē tribuemus? Et humanę & diuinę philosophię est ignarus: qui nō actui, sed potentię tribuit operari.

## ¶ Confutatio.

**H**ęc omnia vtcunq; in superioribus sunt saltē in genere confutata. quocirca per paucis nos inde liberabimus, dūtaxat signando quę toxicū melle oblitū habent: & non fuerunt per nos particulatim agitata. In primis cū per scripturas iam sepius sit monitratū post B. Augustinum, nullū nos posse bonum agere siue fuerit magnū, siue exiguum: cuius nō sit Deus author. Tum vt omnium visibiliū & inuisibiliū factor, sicut in Niceno habetur symbolo: quod ei secundū primę, & citra quā ceterę nihil valēt, rationē cōpetit causę. tum q̄ in his quę ad æternā spectāt felicitatē (quia ea nequit ex naturalibus homo penetrare) diuinū & speciale requiritur auxiliū. In eo palam errare se prodit Faber dicens. Cū aliquid boni volumus maxime quod diuinū & c. deus est, qui voluntatē illam actūq; & effectum operatur. Si enim ipsum roges vt sese explicet, quia ait maxime quā diuinum & spirituale est. &c. quod erat necessariū cōmentatori: hic silebit. Facilius sane capies vt plurimū nudatā Ap̄li literam: q̄ Iacobi cōmentarios. Fatendū est autē vt diximus, Deū in nobis operari velle & p̄ficere: & in paruis, & in medijs, vt in maximis bonis. Quod vero Iacobus pratēdere videtur: scilicet q̄ in eiusmodi spiritalibus & diuinis actionibus mēs humana sit Dei vt inanimatū instrumentum, hoc est mota nō mouens causa: q̄q; veluti materia prima, mere passiuę sese in optimis habeat: plane hęceticū superius esse monitratū est, & repetere piget. Hoc tamē hic plane Iacobus asseuerat insaniendo, dicens humanę & diuinę philosophię ignarum esse: qui operari potētia tribuit. In quo vtriusq; nesciū manifeste p̄dit semetipsum philosophię. Si em̄ hominis anima quoad rationis & voluntatis operationes proprias, potētia pure est & nō actus, hoc est agens liberū: omnis philosophiā moralis interit. quę hominē vt ardua virtutū agat opera hortatur. si audit: laudat, cōmendabilem decernit. si negligit: vitio ascribit & puniendū proclamat. & itidem de diuina philosophiā. Quid enim aliud (ceu in prioribus est satis expressum) sacrę clamant literę & hominū inculcant auribus: q̄ vt diuina agant, vt operetur cibū qui

Philip. ii.

N

non perit, id est spiritualia. Totus ergo in his erroneus est Faber, & omnium hostis politicarum, quae recte & heroice agendis praemia decernunt, sicuti & divina lex. Si autem in operibus quae divina aut heroica sunt hominis ratio & voluntas mere passivae sese habeat, mota scilicet & non agens: ubi homini laus: unde praemium illi? Indigna sunt haec profecto, quae iam refellantur vel auctoritatibus, vel rationibus. Nam aduersus ea est agendum. Quis enim contra divina & humanae philosophiae (ut sua reddantur Iacobo verba) impudenter negantem principia disceptare, duceret dignum? nemo sane liberaliter eruditus. Quid autem posset dici euidentius aduersus philosophicum illud principium, homo suorum actuum dominus est: qui asserere, hominis mentem causam non esse agentem optimarum quae in ea fiunt operationum? cecutit omnino Faber in meridiei luce: contra scripturas decertans nedum philosophiam.

¶ Finis Annotationum in commentarios Iacobi Fabri super Epistolam Pauli ad Collossenses.

## ANNOTATIONES IN

Commentarios Iacobi Fabri super Epistolam ad Collossenses.

¶ Propositio. CXXXI.

Cap. ii. Sunt quaedam quae sunt secundum praecipua & doctrinas hominum superstitio nem habentia: quae nihilominus videntur habere sermonem sapientiae, in male afficiendo corpore. Qualia forte nunc in nonnullis locis sunt conuenticula: ubi nudatis humeris, aut pro maiori parte corpore, se mutuo cedunt non incruente, quae sunt secundum doctrinas hominum & praecipua.

¶ Propositio. CXXXII.

Nulla poena aut corporis maceratio quam perferamus potest pro peccatis nostris satisfacere. Alioquin quid oportuit Christum mori: sed ipse Christus dominus satisfecit pro peccatis nostris.

¶ Propositio. CXXXIII.

Cum satisfactionis Christi sumus participes: dimissa sunt nobis peccata nostra. Non quod satisfecerimus aut satisfacere potuerimus: sed ipse satisfecit.

¶ Propositio. CXXXIII.

Cap. iii. Ut equus ob verbera calcarium non pascitur, ita neque ob verbera praemia senties: sed ex gratia Christi: cui per conformitatem infereris.

¶ Confutatio.

**Q**UAE replicat Iacobus in ea qua hic loco. cxxxi. designamus propositione, ridens capitulares claustrorum disciplinas, ac reprobans quantum potest carnis mortificationem per poenitentiae fortia opera: hominis aperte mentem depromunt. Impiissime enim dant corporalia claustrorum exercitia, quasi stulta sint hominum instituta. unde incautos misere sefellit, qui non prudentius attenderunt ad B. Pauli verbum quo ait: Ego castigo corpus meum, & in seruitutem redigo: ne forte cum aliis praedicauerim, ipse reprobus efficiar. & ad omnium sanctorum confessorum historias: quas scripsere sancti Hieronymus in vitis patrum, Gregorius

in dialogorum libris, Gregorius item Turonensis, libris de vitis patrum, & de gloria confessorum. Item Augusti. libro sermonum ad fratres in heremo. Ex illis liquidem certissime constat, beatissimos poenitentes quo suo capiti Christo compaterentur, & pro suo modulo rependeret quod pro nobis flagellari, cedi, spinis coronari, & post ardua poenitentiae per omnem eius vitam facta opera, in cruce demum crudelissima & ignominiosissima tortura occidi voluit: corpora sua modis omnibus attriuisse & mortificasse, & male illa (ut Iacobi vtmur verbo) affectis: quo spiritus optime affectos possent habere. Neque est illa heroica vitae austeritas, in cibo, in vestitu, in stratu, aliisque poenitentium disciplinis, secundum hominum instituta, sicut ignorantia impudenter scribit Faber. Lex etenim divina ita consulit agendum. Quid quaeso volebat Christus (ut in prioribus dictum est) Beati Ioannis Baptistae laudas summa poenitentiae opera, in victu, vestitu, & omni corporis cultu: & decernens quia inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista, & quod non esset mollibus vestitus, quia qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt: qui quod perfectionem amplecti cupientibus haec maxime denunciare conduceret: quod alibi manifeste praedicauit dicens. Qui non accipit crucem suam & sequitur me, non est me dignus. Qui inuenit animam suam: perdet eam. & qui perdidit animam suam, id est vitam animalem, aut illi scilicet vim sponte facies (Quia regnum caelorum vim patitur, & violenti rapiunt illud) aut tyrannorum persecutoribus fortiter pro fide eam exponens: inueniet eam. & alibi. Qui non baiulat crucem suam & venit post me: non potest meus esse discipulus. & rursum: Omnis ex vobis qui non renunciauerit omnibus quae possidet: non potest meus esse discipulus. Quid ad haec praedicturus est Faber: num quod Ioannes Baptista ab ineunte etate in desertis erat, usque in diem ostensionis suae ad Israel: cui ob id stratum esse non poterat aliud quam quod sibi & feris commune foret, neque cibus: hoc ex humana fuit institutio ne? Absit. deus enim illi ut eiusmodi vitae deligeret genus inspirauit: in quo maiores suos est imitatus, de quibus per apostolum spiritus sanctus locutus est dicens: Alii sanctorum circueverunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustissimi, afflicti, quibus dignus non erat mundus: In solitudinibus errantes, in montibus & speluncis, & in cavernis terrae: omnes testimonio Dei probati. Apostolus autem ipse exhortans & stimulans ad huiusmodi durorum & difficultium corporalis mortificationis operum amplexum: in consequentibus ait. Recogitate eum, scilicet Christum, qui talem sustinuit a peccatoribus aduersum semetipsum contradictionem: ut non fatigemini animis vestris deficientes. & citato Salomonis verbo: Quae enim diligit dominus castigat: flagellat autem omnem filium quem recipit: adiungit Paulus inquit. In disciplina perseverate. tanquam filius vobis offert se deus. Quis enim filius: quae non corripit pater? quod si extra disciplinam estis, cuius participes facti sunt: omnes ergo adulescenti & non filii estis. haec apostolus. Per quae satis comprobatum esse reor, corporis macerationes per ieiunia ceteraque omnes claustrorum tam quae virgis quam alias exercentur disciplinas laudabiles, humanas non esse traditiones (utpote quas omnino refugit corrupta hominis natura) sed spirituales, & propter statutum finem diuinas. Neque Iacobum excusare valet quod addit: nunc forte conuenticula

Matth. xi.

Matth. x.  
Matth. xi.

Luc. xiiii.

Luc. primo.

Hebra. xi.

Hebra. xii.

Prouer. iii.



la esse, ubi nudatis humeris, aut pro maiori parte corpore, se mutuo cædunt non incruente. quia eorum inexpertus omnino temere loquitur: sibi dubia pro certis orbi scribens. Tum quia dånare per suum loquedi modum videtur: si quispiam pro ratione peccatorum ad effusionem usque cruoris cædatur. quod in omni politia error iudicari debet non tolerandus. Neque hoc eius assertum ad superstitionem fratricellorum sese flagellantium sectam potest referri. tum quia olim illa extincta est: & Iacobus dicit, qualia forte nunc sunt concueticula & ceterum quod addit eiusmodi fieri secundum doctrinas hominum & præcepta. In quo clare satis innuit, quia de sacris patrum Basilii, Augustini, Benedicti, Francisci, & similibus (si quæ sunt aliæ probatæ) viuendi loquitur normis. In quo seipsum impium plane prodit & blasphemum in spiritu sancto. qui ut heroicas poenitentis vitæ austeritates & vix præsertim imperfectis credibiles, amplexarentur Ioannes Baptista post Heliam prophetam, Paulus primus heremita, Antonius, Hylario, Macharius, Martinus, Hieronymus, Benedictus, & ceteri miles innumeris suggestit, & ad explendum perseverandique, donum dedit fortitudinis. Debuit itaque Iacobus quas volebat aut non valebat sequi gratias, in sanctis laudare & admirari. sic enim suas illas effecisset: & eis derogando non sese hæresiarche Louiniani (quæ tam potenter libris contra illius errores editis Hieronymus expugnat) exhibuisset discipulum. In his vero quæ secutus adiecit sic dicens: Nulla poena, aut corporis maceratio quam perferamus, potest pro peccatis nostris satisfacere. alioquin quid oportuit Christum mori? sed ipse satisfecit pro peccatis nostris. Dimissa quoque sunt nobis peccata nostrarum cum satisfactionis Christi participes sumus. non quod satisfecerimus aut satisfacere potuerimus: Sed Christus ipse satisfecit. perniciosissimum sese doctorem huius sæculi amatorum præstitit. Quis præcor existimasset ita sentire Fabrum: en plane tertiam poenitentiam partem (quam omnium schola theologorum satisfactionem appellat) reuocet, purgatorium omnino tollit, & seipsum demonis tartareum constituit organum: quo non reformidat euomere, quia per nulla sua opera quantum libet egregia & pro laudabili difficultate ardua, potest homo pro peccatis Deo satisfacere: sed solus Christus pro illis satisfecit. Si verum est istud Fabri dogma: nulla est, ut dixi, hominis pro delictis satisfactio, nullum vere post vitam hanc purgatorium. At his Iacobi erroribus quo ad utrumque obuiant non solum sacrorum omnium catholicorum doctorum sententiam, quas firmissime tenet ac tuetur eadem theologorum schola: verum etiam diuine literæ. Si enim homo suis nequeat pro admittis Deo satisfacere criminibus: per Ioannem Baptistam Deus nequicquam præcipit dicēs. Facite ergo fructus dignos poenitentiam. & per semetipsum dominus: Nisi poenitentiam habueritis, omnes simul peribitis. Et certe si nullam requireret aliam ab homine pro peccatis Deus satisfactio nem ab ea quam Christus patiendo & moriendo humano impendit generi, & quidem clementissimè: non diceret Apóstolus Romanis. Sicut exhibuistis membra vestra seruire immunditiam & iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiam in sanctificationem. Quid quæso aliud locis prope infinitis clamant sacre literæ: nisi ut membra sua peccator mortificet per satisfactionis opera, quæ sunt ieiunium (hoc est omnis afflictio corporis) oratio &

Luca. iiii.

Luca. xii.

Roma. vi.

Coloss. iiii.

S

elemosyna: Christus (ut prius dictum est) beatos prædicat qui lugent, qui flent, qui esuriunt. & Apóstolus Petrus per eiusmodi carnis mortificationem: spiritum viuificari docet inquit. Mortificatos quidem carne: viuificatos autem spiritu. & Iacobus, si inquit ab homine requiritur satisfactio: frustra Christus mortuus est & cetera. Nihil poterat nocentius dicere peccatoribus. audientes nepe quia homo haud quamquam satisfacere valet: sed Christus hoc facit: qui credunt Iacobo (quod facile stultorum turba facit: quia pro carne loquitur cum hæretico Louiniano) ieiunia omittunt, abstinentias per ecclesiam sancte indictas, cetera quoque quæ refugit sensus omnia. Viderit Faber, quid sit illi futurum: quod patronum se exhibuerit Sardanapali. Frustra autem labor esset impetus si nos vellemus hic velis omnibus ex scripturis & sanctorum dictis monstrare, peccati post baptismum admitti satisfactionem (etiam eo quo ad culpam dimisso) ab homine præstandam esse aut sustinendam, priusquam celum eius anima ingrediatur: quod hoc omni fidei in confesso est. Discat igitur Faber, quia Christus ex integro satisfecit pro peccato naturæ, seu originali, pro commissis vero actualibus & personalibus post factam in regeneratione Christianæ religionis professionem: non ita ex toto. Et quamquam de perpetratis ab infidelibus ante baptismum neque necessaria est confessio ecclesiæ fieri, neque poenitentiam imponi pro illis: de lege tamen naturali & diuina deo utcumque est satisfaciendum. Alioquin cur Magdalena, ceterique omnes conuersi Apóstoli, discipuli, & alii: vitam post dimissas culpas tam austeram voluerunt viuere: non facile posset occurrere. Immo secundum Iacobum, qui talibus operibus docet non correspondere præmiu, ut hic hæretice loquitur dicens: Ut equus ob verbera calcariu non pascit: ita neque ob verbera præmiu senties. etiam gloriosi martyres, quidlibet & verbera experti, insuper & vincula & carceres, lapidati sunt, secti sunt & cetera. omnino stulte egerunt. quod sentire & hæreticum est & blasphemum. Quod ite ait peccata nobis dimissa esse quoad poenæ debitum: (sic enim intelligit Iacobus) cum satisfactionis Christi participes sumus: etiam hæreticum est secundum eius mentem, quod est ea quam expressimus. quod scilicet remissa culpa semper est a poena absolutus per Christi satisfactionem homo. Siquidem cum primum iustus fit homo de peccatore: ut & paruulus in baptismo, & quilibet adultus per poenitentiam: Christi satisfactionis particeps efficitur. Porro poenitentiam illius merito, æterna quæ debebatur peccato, in temporalem commutatur poena. Quam dubio poenitentem exoluere poenitentem per se vel alium: necessarium omnino est. Quæadmodum placere tradit Augustinus his verbis. Nulla peccata deus impunita præmittit: etiam in eis quos a supplicio sæpiterno, remissione liberat peccatorum. Nullus quippe debite grauioris poenæ accipit veniam: nisi qualemcumque etsi longe minorem quam debeat soluerit poenam. Atque ita impartitur largitas misericordiam: ut non relinquat etiam iustitiam disciplinam. Alibi quoque. Ad Christi baptismum (inquit) in quo omnia peccata delentur, nemo bene accedit (de adultis loquitur) nisi agendo poenitentiam de pristina vita (eam scilicet detestando & dolendo pro ea). nemo enim eligit vitam nouam: nisi quem veteris poenitet. Hæc ille. Aduersus Iacobum autem, in eo quod negat hic purgatorium, pro ecclesia me inde leuans decertauit post egregium doctorem, fideique defensorem inuictum Ioannem Eccium Germanum Iudocus Clichtoueus, lib. ii. sui Antily

Luca. vi. i. Petri. iiii.

T

Hebra. xi.

V

Li. de continentia. ca. vi. parte operum. x.

Lib. de utilitate poenitentia. ca. i. eadem pre. x.

X

theri, ca. xxvi. vbi pulchre perstrinxit & ornavit, quæ præfatus Ioannes super articulo de purgatorii statu, in percelebri virorū concione heretico opo-  
 posuit Luthero. In ea sane disputatione, vsq̄ adeo vehementer ac doctè cōtra  
 hæreticū sacræ scripturæ ac sanctorū doctorū necnon & generaliu cōcilio-  
 rum armis cōgressus est catholicus ille doctor, vt adegerit eū sic primo fa-  
 teri ad verbū. Ego (inquit Martinus Luther hæretic⁹, & hoc in articulo si-  
 cuti & in aliis cōpluribus Fabri aut præceptor, aut discipul⁹) qui credo for-  
 titer (immo ausim dicere, scio) purgatorium esse: facile persuadeor in scri-  
 pturis de eo fieri mentionem. Quemadmodū illud Matthei inducit Grego-  
 rius in dialogo. Nō remittetur neq; in hoc sæculo, neq; in futuro: volēs pec-  
 cata quædā remitti in purgatorio. Admitto & id Macchabæorū. ii. Sācta er-  
 go & salubris est cogitatio: p̄ defunctis exorare. Sed hoc volo q̄ in vniuer-  
 sa scriptura nō habeatur memoria purgatorii: quæ posset stare in cōtentione,  
 & cōuincere: Nam liber Macchabæorū cum nō sit in canone: p̄ fidelib⁹ po-  
 tens est, cōtra pertinaces nihil valet. hæc Luther. Post argumentorū vero in-  
 Y stantias quibus Ioānes librum Macchabæorū edocuit de canone esse Chri-  
 stianorū & c. sic inter alia. Quarto (inquit Luther) dicit me (scilicet doctor  
 Ioannes) nullo doctore inniti: & prorogare terminū merēdi, ad purgatorii  
 scilicet locum: itē merita purgatorii remunerata asserere. Fateor. hoc enim  
 feci vt disputarē: & audirem meliora q̄ ego nouerim. Ego enim nihil de pur-  
 gatorio noui: nisi animas ibi pati, iuuandas operibus & orationibus nostris,  
 paratus humiliter doceri & c. Et rursus post vrgētiores scholasticæ cōcerta-  
 tionis insultus, respōdēs: tria (inqt Luther) per ordinē egregi⁹ dñs doctor  
 Ioannes cōtra me persecutus est. Primū canonē scripturæ cōprehendere lib.  
 Macchab. Deinde purgatoriū probari etiā aliis locis scripturæ. tertio cona-  
 tus est ostēdere animas certas esse de salute sua. Sequitur. de primis duobus,  
 nulla inter me & dñationē suā controuersia. Ideo nō erat necesse tot autho-  
 ritates colligere ad eā rē, quā forte constātius affirmo q̄ ipse: vt qui me scire  
 Z professus sum esse purgatoriū. Sic hæresiarcha Luther: quæ p̄pterea citata  
 huc volui: q̄ in eū ipsum, q̄ deprauatior & impudētior factus, alio post tpe  
 dixit, nullū oīno esse periculū, negare purgatoriū: vim habēt indeclinabilē.  
 Itē & aduersus Iacobū Fabrū, eiusq; discipulos. e quibus duo (scilicet Iacob⁹  
 Ponan⁹ & Mattheus Saunier) verbis aut scriptis asseruerūt, nō esse purga-  
 toriū aliud ab illo, qd̄ factū est p̄ Christi passionē & mortē. Qz secūd⁹ Mac-  
 chabæoy liber nō est de canone. Qz vero est simile: auaritiā sacerdotū pur-  
 gatoriū effinxisse. Qz Iudas Macchabæ⁹ nō fuit tā sanctus: qn mittēdo duo  
 decim milia dragmas argētī & c. errare potuerit: cū aliis plurib⁹. Propter q̄  
 & carceres (vt præmisim⁹) incolunt dom⁹ Regiæ Parisiē. & nuprime pra-  
 ua fuerunt dānata illa dogmata quæ in præceptoris Fabri schola didicerāt:  
 Ipsi quoq; pro meritis mercedē acceperūt. Neq; ipsum liberat magistrū, q̄  
 hic nō expressit nō esse purgatoriū, & alibi illud asserere videt. Nepe (vt  
 dixim⁹) ex assertis p̄ eū, illud euidenter colligit. hinc dixerūt ei⁹ discipuli nul-  
 lū esse, nisi qd̄ per Christi mortē factū est: qd̄ est p̄priū Iacobi Fabri assertū.  
 ¶ Finis Annotationū in cōmēta. Iacobi Fab. sup̄ Epist. Pauli ad Colossē.

# ANNOTATIONES IN

Commentariis Iacobi Fabri super Epistolam primā ad Timotheum.

¶ Propositio. CXXXV.

Si bigamus qui in matrimonio & casto thoro vnitatē diuisit repellitur, & Cap. iiii.  
 censetur hac præfidentia indignus, id est sede pontificis: quid igitur de iis q̄  
 in fornicationibus carnem suam diuiserunt, carnis suæ vnitatē miserabiliter  
 scindentes? Si illi repelluntur, hoc est censentur irregulares: & hi magis re-  
 pellendi sunt. Argumentū apud Paulum efficax, & apud omnes qui esse no-  
 runt a maiori ad minus.

¶ Propositio. CXXXVI.

At Canones hos nō repellūt. Si sunt canones secundū spiritum: repellunt.  
 si sunt secundum carnem: nihil dico. Nam parum faciunt ad Christum. Ca-  
 ro enim aduersus spiritum pugnat.

¶ Propositio. CXXXVII.

Ad tēpora vsq; Gregorii septimi, qui ordinis fuit Cluniacensium, adhuc sa-  
 cerdotibus & diaconis (vt fertur) licebat virginem habere vxorem.

¶ Propositio. CXXXVIII.

Apostolicum nuptiarū ritum retinuerūt Græci, neq; mutare voluerunt. A-  
 gamiam. i. vxoris carentiam vel cēlibatū, acceptauerunt aliæ ecclesiæ. vnde  
 plurimi per deteriorementū continentia lapsi, in pedicas inciderunt diaboli.

¶ Confutatio.

**S**I Lutheranorū infeliciū secta a suo primo capite (vti reuer-  
 A ra debuit) nomē fuisset sortita: nescio quidē an a Luthero Lu-  
 therana vocitaretur, an a Fabro Fabristica. Porro quæ hic cō-  
 tra sanam Beatī Pauli intelligentiā erronee sapiēs scribit Fa-  
 ber, & aduersus vniuersalis ecclesiæ decreta schismaticæ, non  
 a Luthero didicit: at potius a Fabro (si vt iam diximus, temporis habeas ra-  
 tionē quo vterq; scripserit) Luther potuit accepisse, quæ de sancto ministro  
 rum ecclesiæ cēlibatu, & eiusdē ecclesiæ canonibus docere præsumpsit. vt  
 pote q̄ hæc mundo edidit Faber, anno. MD XII. Luther vero multo post  
 scribere exorsus est. Quis autem hominū qui nouerant modestiā & humani-  
 tatē quam præ se ferre semper visus est Faber, induci vt crederet potuisset,  
 illū adeo impudenter delirasse, vt in continentia sacerdotū latinæ ecclesie,  
 inq; sacra per quæ indicitur & obseruatur Decreta auderet oblatrare: si nō  
 suis hic scriptis semetipsum prodidisset, nō dico errare (qd̄ humanū est) sed  
 plane insanire: Deo autē gratias agimus, qui Fabri olim discipulo Cllichto  
 plane insaniere: Deo autē gratias agimus, qui Fabri olim discipulo Cllichto  
 ueo suggestit & præstitit opem: vt aperte quæ hic de ecclesiæ canonū autho-  
 ritate, & p̄petua ministrorū altaris castitate, illis detrahēdo scripsit: iste sub  
 Lutheranorū vocabulo dānaret & cōfutaret, libro primo Antilutheri, & se-  
 cūdo propugnaculi ecclesie. Libris illis respōdeat Faber si p̄uallet: immo  
 per eos (etsi ad Fabri scripta nō respiceret Cllichtoueus, vt existimo, sed Lu-  
 theri) sese confusum conuictūq; (si ante dominū velit misericordiā inueni-  
 re) humiliter cōfiteatur: & perpetuo filescat, dolens & agens p̄nitentiam

q̄ scripserit primo Decreta, quib⁹ ab altaris ministerio repelluntur bigami, non autē qui extra matrimonium impudice viuēdo carnē pluribus diuiserūt; non esse secundū spiritū, sed secundū carnē. Quod mox blasphemū esse monstrabimus: quia super hoc articulo Iudocus nihil (quod sciam) egit. Dein q̄ scripserit Canones ipsos parū facere ad Christum. Præterea q̄ ad tēpus vsq̄ Grego. vii. (qui vt creditur, elect⁹ est Christianæ salutis anno. MLXXII.) sacerdotibus & diaconis licuit habere vxorē virginē. quod falsissime dictū, & cleri moribus perniciosissimū, ostēdit Clichtoue⁹. Neq̄ ante deū excusat Fabrum, q̄ addit, vt fertur. Non enim istud impune potuit ignorare: qui semetipsum in Israel magistrū exhibuit: inuens orbi (quē infeliciter decipit) q̄ quæ scribit a deo habuerit, cū vere sint a diabolo. Q̄ deniq̄ Apostolicus nuptiarū ritus est, vt qui ad sacerdotiū promouentur, prius virginē in vxorē duxerint. Quod quidē Iacobi tartareum & execrādū hæreticūq̄; assertū magno applausu (heu heu) acceptauerūt Luther & sequaciū innumeri, cū sæculares, tū regulares presbyteri: qui Iacobi innitētes traditioni, sacri lega præsumptarū fœdera nuptiarū inierūt, dicentes post Fabrū, aplica sese libertate velle vtī, neq̄ curāda esse ecclesie decreta. O Fabri pudendā lugēdamq̄ cecitātē: qua existimauit hoc Aplī verbo: Oportet episcopū irreprehensibile esse, vni⁹ vxoris virū: voluisse eius authorē sub spiritu sancto Paulum, nullū ad sacerdotiū pmoueri debere: nisi qui haberet habuisset ve vxorem virginē. quod manifeste hæreticū est. Alioquin neq̄ Paulus ipse legitime in episcopū fuisset cōsecratus: vt qui nō duxerit aliquādo vxorē: quicquid alibi super hoc delirādo scripserit Faber. Porro cū adhuc adolescēs foret: a dño ad apostolatū vocatus est. paucis etenim post diebus, q̄ Stephanus gloriose pro Christo mortē sustinuit: Saul⁹ adhuc spirās minarū & cēdis in discipulos dñi, accessit ad principē sacerdotū, & petiit ab eo epistolas in Damascus &c. de eo autē dicitur. Testes (qui scilicet falsū in Stephanū dixerant testimoniū, quibus & ob id quē asserēbant blasphemū lapidib⁹ obrue re incūbebat) deposuerunt vestimēta sua secus pedes adolescētis, qui vocabatur Saul⁹. Sed neq̄ Christo charissim⁹ discipulus Ioannes: quē certū est virginē permanuisse. Apl̄s quoq̄ sibi cōtrarius inique egisset, Timotheū & Titum in pōtiffices promouēdo: q̄ nunq̄ vxores habuerūt. Mirabile quidē. Christus voluit de virgine sacra nasci Mariā, ab Ioseph virgine secundū carnē dispensationē dum mortalis erat educari & custodiri: matrē peculiariter non nisi per virginē Ioannē deduci & associari statuit. quomodo igitur immortalis fact⁹ in sacramēto, vbi spiritali modo & admirādo existit, vellet tractari, nō a virginibus, sed carne corruptis: absit absit a piis mentibus ita sapere: sicut desipiēdo somniāuit Faber. Dicēs itaq̄ Apl̄s: Oportet episcopum vnius vxoris virū esse. pro omnīū catholicorū doctorū & vniuersalis ecclesie sentētia docet bigamos a dignitate sacerdotiū arcendos omnino esse. Est enim verbū eius iste sensus: Oportet episcopū vnius vxoris esse virū. hoc est: q̄ plures habuerit, ordine tali indign⁹ cēseatur. Vnde super eo Athanasius. Si is (inquit) qui vxorē duxerit, quē mūdi sunt meditatur: episcopū vero nil deceat mūdānis reb⁹ esse intentū: quo pacto hunc dicit vnius vxoris

Actū. ix.

Actū. vii.

C

virum esse oportere: Nonnulli asserunt, a muliere abesse episcopum iniunxisset: quod fieri si nequeat, habere hanc vnicā, perinde ac si nullam haberet: hoc est, nihil illi addictū esse ob venereas voluptates: cum aliter Apostolus sentiat, nec necessarium ducat vt vxori copuletur episcopus. Quo enim pacto indixisset hoc: qui ita inquit. Volo autē omnes esse atq̄ ego sum. Sed quia illud tempus huiusmodi rem exigebat: propterea si duxerit (inquit) vxorē episcopus, vnius sit non multarū maritus. hæc Athanasius. In epistolam vero ad Titum, vbi idē repetit Apostolus verbum: Vt incōtinentes (ait idē Athanasius) & luxuriosos castiget Apostolus: Velim (inquit) vnius sit vir vxoris episcopus. & iure quidē. Nam qui erga primā & vnicā nulla sit charitate affectus: quo pacto poterit ecclesie p̄fici: & cū necesse sit vt culpa vacet episcop⁹: bigamus sane binis vxoribus vsus, nequaquā erit nō criminādus. En plane obfuit Fabri Athanasio⁹, asserēs primo Paulū non duxisse vxorē: dein q̄ non iudicat necessariū vt episcopus vxorē ducat. Quia vero tunc, id est in ecclesie primordiis, nō semper facile erat inter viros cōuersos ad Christum inuenire qui vxores non duxissent, sede pontificia dignos: permittebat Apl̄s vtī promoueri possit monogam⁹, modo sic se gerere vellet, ac si nullā haberet. Hæc profecto lōge absunt a Iacobi votis: q̄ & firmat sanctus Ambrosius, ita super hoc Aplī verbo dicēs. Quauis secundā numero vxorē nō sit habere prohibitū: vt tamē quis dignus ad episcopatū sit, etiā licita debet spernere propter sublimitatē ipsius ordinis. Ambrosio autē cōsonat Hieronymus sup verbo ad Titū: Si quis sine crimine est vni⁹ vxoris vir: dicēs. Nō tandū q̄ in sacerdote, etiā aliis licita phibentur. In ep̄la quoq̄ vna ad Oceanum (quod renarrat Gratianus): Vnius vxoris virū, id est (ait Hierony.) monogamū post baptismū. si enim & ante coniugem habuerit q̄ obierit: nō imputetur ei, cui prorsus nouo homini, nec supra, nec alia q̄ ante fuerunt, iā obsunt. Et rursum super ep̄lam ad Timo. (quemadmodū idē refert Gratianus) Oportet (inqt Hieronym⁹) episcopū vnius esse vxoris virū: verū hoc post baptismū. Cæterū si ante baptismū habuit vnā, & post baptismū habuerit alterā: nō est reputādus bigam⁹, cui prorsus innouato p̄ baptismū omnia vetera sunt dimissa. Ecce pro sanctorū Athanasii, Ambrosii, & Hieronymi sentētia Apl̄s dicēs: Oportet ep̄m esse vnius vxoris virū, negatiue loqui p̄tendit. quasi dicat: nō est capax aut idoneus, vt promoueat qui bigam⁹ est. Q̄ igitur a sacerdotio repellat, q̄ in casto thoro carnē diuisit, nō autē q̄ quātūlibet fuerit mœchatus: nō hoc canones ecclesie primo, sed diuine literę sanxerūt: neq̄ in eiusmodi incapacitate attēdit legillator deus, eiusue sp̄sa ecclesia peccata p̄sonę, sed nature. Porro p̄ Moysen dñs illegitimos decernit aut irregulares ad sacerdotiū eos de Aarō filiis, nō q̄ pueri aut criminosi fuerint (cū & illis obtēperādū recte iubētibus p̄cipiat, q̄tūlibet male vixerint, dicēs: Quæ dicūt facite: q̄ autē faciūt facere nolite. neq̄ eos promotiōnis sacre simpliciter insusceptibiles reddit deus, quia reparari possunt, q̄ libere p̄dēt a volūtate: sed illos incapaces dicit, q̄ in naturalib⁹ certis vitiosi sunt, etiā citra omnē culpā. Ita em̄ in Leuitico dicit lib. Locutusq̄ est dñs ad Moysen dicēs. Loquere ad Aarō. homo de semine tuo p̄ familias qui habuerit macu-

i. Cori. vii.

Cap. i.

D

Ad Titū. i.

Disti. xxvi. ca. Vnius.

Quæsti. 281. 3. capite Oportet.

E

Cap. xxi.

Ca. xxiii.

lam (id est in corpore deformitatem eminentem): non offeret panes Deo suo, nec accedet ad ministerium eius. De quibus autem loqui velit maculis: secutus adiungit. Si (inquit) cæcus fuerit, si claudus, si paruo, vel grandi, vel torto naso, si fracto pede &c. In libro item Deuteronomii: Non intrabit (dicit dominus) Eunuchus attritis vel amputatis testiculis & abscisso veretro, ecclesiam domini. non ingredietur manser (hoc est de scorto natus) ecclesiam domini. hæc dominus. Iam suo insolubili ratiocinio arguat contra eum Iacobus si præualet, & dicat. O domine Deus: ex filiis Aaron repellis a sacerdotii ministerio claudum, aquilum, simum, Eunuchum, & alios id genus: quorum forsitan multi viri optimi erant. Argumento igitur Pauli, quod efficax est, quia a maiori ad minus, repellere debent, quibus licet secundum naturam deest nihil, desunt tamen animæ virtutes, & criminibus fædi sunt. Iacobi argumentum a maiori ad minus, hoc in loco vanum profusum est, & merum dæmonis sophisma: quo sese ludi sustinuit, ut mundo illuderet. Hæc autem Iacobo ad verecundiam dixerim, qui stulto zelo agitato non reformidauit scribere, per Apostoli verbum ab episcopatus gradu omnino esse repellendos & valentiori iure, eos qui extra matrimonium cum pluribus fornicati sunt mulierculis, quæ qui thoro casto bigami sunt: cum hic non de crimine quaestio versetur (& propterea sophisticè Fabrum argumentari dico) sed ratio consideratur sacramenti. Quam præclare sanctus explicat Augustinus, in libro de bono coniugali ita inquit. Quoniam ex multis animis vna ciuitas futura est habentium animam vnam, & cor vnum in Deum: quæ vnitas nostræ perfectionis post hanc peregrinationem futura est, ubi omnium cogitationes nec latebunt inuicem, nec inter se in aliquo repugnabunt: propterea sacramentum nuptiarum temporis nostri sic ad vnum maritum & vnam vxorem redactum est, ut dispensatorem ecclesiæ non liceat ordinari nisi vnus vxoris virum. Quod acutius intellexerunt, qui nec eum qui Cathecuminus vel Paganus habuerit alteram, ordinandum esse censuerunt. de sacramento enim agitur, non de peccato. Nam in baptismo peccata omnia dimittuntur. Sed qui dixit: Si acceperis vxorem non peccasti: & Si nuperit virgo non peccat: & Quod vult faciat: non peccat si nubat: satis declarauit nuptias nullum esse peccatum. Propter sacramenti autem sanctitatem: sicut scemina etiam si cathecumina fuerit vitata, non potest post baptismum inter Dei virgines consecrari: ita non absurde visum est eum qui excessit vxorum numerum singularem, non peccatum aliquod commisisse, sed normam quandam sacramenti amisisse, non ad vitæ bonæ meritum, sed ad ordinationis ecclesiasticæ signaculum necessarium. Ac per hoc sicut plures vxores antiquorum patrum significauerunt futuras nostras ex omnibus gentibus ecclesias vni viro subditas Christo: ita noster antistes vnus vxoris vir, significat ex omnibus gentibus vnitatem vni viro subditam Christo. Quæ tunc perficietur, cum reuelauerit occulta tenebrarum, & manifestauerit cogitationes cordis, & laus erit unicuique a deo. Nunc autem manifeste sunt latentes dissensiones, etiam salua charitate inter eos qui vnus & in vno futuro sunt: quæ tunc utique nullæ erunt. Ergo sicut sacramentum pluralium nuptiarum illius tem-

Ca. xviii. p. te operi. v. & partem transcripsit Gratianus, dist. xxviii. quaestio. iiii. ca. Acuti?

i. Timo. iiii. & ad Tit. i. i. Tim. vii.

i. Corin. iiii

poris significat futuram multitudinem Deo subiectam in terrenis omnibus gentibus: sic sacramentum singularium nostri temporis nuptiarum significat vnitatem omnium nostrum subiectam Deo futuram in vna cælesti ciuitate. Sic Augustinus. Quod autem ait acutius intellexisse eos, qui omnem virum bigamum reputant, qui plures habuit coniuges, etiam si ante baptismum &c. hoc propter præmissa Beati Hieronymi ait verba: qui secus crediderat. hinc non est ecclesia in hoc secuta Hieronymum: sed Augustinum, & alios. Ex dictis iam facile est iudicare, quæ suo periculo quæque noxio scandalo scripserit Faber, canones ecclesiæ a sacerdotali vel episcopali gradu bigamos repellere, & non alios qui incontinenter extra thorum vixerunt: declarans eiusmodi canones esse secundum carnem, non secundum spiritum: & proinde non curandos: id est quod secundum rationem non ligant: quia (inquit) parum faciunt ad Christum: cum euidenter sit per nos monstratum, hoc diuino iure, tam veteris quam noui testamenti decretum esse. Quod inquam eius super hoc negotio statuens ecclesia, duntaxat aperit, explicat, & ad particulares sapientissime, & pro spiritus sancti ministerio applicat actiones & casus. Caterum ut Iacobus nosse quibus detraxerit valeat ita scribens: nonnullos e canonibus sacris super bigamorum irregularitate per ecclesiam aditos, impræsentiarum referre opere precium duximus. In primis in Apostolorum canonibus? (referente Gratiano) sic legitur. Si quis post acceptum baptismum sacræ secundis fuerit nuptiis copulatus, aut concubinam habuerit: non potest fieri episcopus, nec sacerdos, nec diaconus, aut prorsus ex numero eorum qui in ministerio sacro deseruiunt. Itidem in sancta apud Niceam synodo, & istud firmatum fuisse sanctus testatur Ambrosius: & si mul ipse quod ex Augustino citatum est, roborat scribens ecclesiæ Vercelleni si his verbis. Apostolus est, qui vnus vxoris virtum episcopum esse præcipiat: non quo exortem excludat coniugium: (nam hoc supra legem præceptum est) sed ut coniugali castimoniam seruet ablutionis suæ gratiam. Neque iterum ut filios in sacerdotio creare apostolica inuitetur autoritate. habentem enim dixit filios, non facientem. neque coniugium iterare. Quod ideo non prætermisi, quia plerique ita argumantur, vnus vxoris virum dici post baptismum habitum: eo quod baptismo vitium sit ablutum quo afferebatur impedimentum: & vitia quidem atque peccata diluuntur omnia: ut si quis contaminauerit suum corpus cum plurimis quas nulla coniugii lege sociauerit, remittantur ei omnia. Sed coniugia non resoluuntur si quis iterauerit. culpa enim lauacro, non lex soluitur. Nulla enim culpa coniugii: sed lex est. quod legis est igitur non remittitur quasi culpa: sed tenetur quasi lex. Ideo Apostolus legem posuit dicens. Si quis sine crimine est, vnus vxoris vir. Ergo quia sine crimine est vnus vxoris vir, teneatur ad legem sacerdotii suscipiendi. Qui autem iterauerit coniugium: culpam quidem non habet coinquinati, sed prærogatiua eximitur sacerdotis. Sequitur. Diximus quæ legis est: dicamus etiam quod rationis. Sed prius cognoscamus non solum hoc Apulum de episcopo & presbytero statuisse: sed etiam patres in concilio Niceni tractatus addidisse, neque clericum quem esse debere, qui secunda coniugia sortitus sit. quomodo enim potest consolari viduam, honorare, cohortari ad custodiendam viduitatem, seruandam mariti fidem?

quã ipse priorĩ cõiugio non seruauerit: Ita ad verbum Ambrosius. Per quã  
 Cetia si non extaret aduersus Iacobi schismaticã & eccliaẽ vehementer noxi-  
 am doctrinã aliã Jfficaciter satis reprobata cenferi debet ipsa Fabri quoad  
 hoc positio: cũ illam per sacrã Niceã celebratã synodũ etiã asserat Ambro-  
 sius esse dãnata. quã quidem dãnationẽ firmavit quarta synodus Cartha-  
 ginẽsis: in qua p̄ter cãteras personas insignes sederũt episcopi. CCXIII. in  
 illius em̄ decretis ita habemus. Si episcopus sciẽs ordinauerit clericũ eum  
 qui viduam aut repudiatã vxorem habuit, aut secundã: ab episcopatu sui or-  
 dinandi potestate priuetur. Horũ autem sanctorũ innititur post diuina elo-  
 quia cõciliorũ authoritati Urbanus papa secundũ, quẽadmodũ tradit Inno-  
 centius tertius: qui licet paris esset authoritatis, nõ cõfunditur tamẽ illi? ci-  
 tare verba, quã & pro lege tenere vult, dũ ait. Cũ hodie subdiaconatũ inter  
 sacros ordines cõputetur: sicut Urbanũ papa secundũ sub his verbis expref-  
 sit: erubescãt impii, & intelligant iudicio spiritũ sancti, eos qui in sacris ordi-  
 nibus presbyteratu, diaconatu, subdiaconatu, sunt positi: si caste nõ vixerint,  
 excludẽdos ab omni eorundẽ graduũ dignitate. & iterum. Nemo ad sacrũ  
 ordinem permittatur accedere: nisi aut virgo, aut probatã castitatis existat:  
 & qui vsq; ad subdiaconatũ vnica & virginem habuit vxorẽ. & ad similitu-  
 dinem diaconi & presbyteri subdiaconus debet continentia observare: sicut  
 & in sexta synodo constitutũ est, vt si quis eorũ qui ad clerum accedũt, nu-  
 ptiali iure mulieri voluerit copulari, hoc ante subdiaconatus ordinẽ faciat.  
 Et Beatus Gregorius statuisse legitur vt nullũ facere subdiaconum prãsu-  
 mant episcopi: nisi q se caste victurũ promiserit. Hãc Innocẽtius: Gregorii  
 & Urbani, sexteq; synodi vestigiũ hærens. per quã plane mẽdaciũ prodit-  
 tur, quo dixit Faber vsq; ad tẽpora Gregorii septimi licuisse diaconis & sa-  
 cerdotibus virginem habere vxorem. In cõcilio præterea generali sub Gre-  
 gorio decimo Lugduni celebrato circiter annum dñi. MCCLXXII. ad o-  
 mnia quã per ecclesiã prius fuerant de bigamis ordinata, cõsentaneẽ defini-  
 tum est: quod libro epistolarum decretaliũ sexto legitur his verbis. Alter-  
 cationis antiquã dubium præsentis declarationis oraculo decidẽtes: biga-  
 mos omni priuilegio clericali declaramus esse nudatos, & coercionĩ fori se-  
 cularis addictos, consuetudine contraria non obstante: ipsiq; sub anathe-  
 mate prohibemus deferre t̄suram, vel habitũ clericalem. Sic sacra synodũ.  
 cuius (sicuti & præcedentiũ) qui decisionib; nõ audit: merito abs quocũq;  
 fidelĩũ haberi debet, vt ethnicus & publicanũ. Omitto innumera & decreto-  
 rum & apostolicarũ epistolarum capita: quẽ laudãt, tenet, & sequũtur quã  
 præscripta sunt. Videat itaq; Iacobũ Fabri quid sibi meruerit, cõtra rectam  
 literã Apostolicẽ intelligentiã, sanctorum ecclesiã doctorũ sententiã pro-  
 batam, ac ab eiusdem vniuersalis ecclesiã conciliis omni humilitate ac de-  
 uotione acceptatam, & aduersus quãlibet hæreses & incautas tutatam opi-  
 nionẽ, sentiẽdo: ac editis libris suas orbi prodendo insanias.

¶ Finis Annotationum in commentarios Iacobi  
 Fabri super Epistolam Primam ad Timotheum.

In anti. de  
 etate & qua  
 li. & or. p̄ff.  
 ci. capĩ. A  
 multis.

Titu. de Bi-  
 gamis. cap.  
 Vnico.


# ANNOTATIONES IN

Commentarios Iacobi Fabri super Epistolam Pauli ad Hebræos.

¶ Propositio. CXXXIX.

Deus præcipit ipsum (scilicet Christum) ab angelis adorandum: non ange-  
 los præcipit adorandos: immo vetat. ait enim: Dominum deum tuum ado-  
 rabis, & illi soli seruias. Cap. i.  
Deuter. vi.

¶ Confutatio.



NON mirabũtur qui hoc Iacobi legerint verbũ: q; Meldes M  
 prædicatores publicis ad omne populum cõcionibus incla-  
 mauerint, sanctos nõ esse orandos, q; apud Deũ non sint no-  
 stri mediatores: q; Deo facit iniuriã qui quẽlibet accedit san-  
 ctorum, supplicãs vt pro se apud deum intercedat: q; ipsi san-  
 cti nihil possunt nos iuuare: aliaq; id genũ nõ pauca in derogationẽ cultus  
 sanctorũ, quoad eorum imagines & solitas eis oblationes fieri, celebritates  
 quoq; ac pios ecclesiã ritus. Habent siquidẽ nouũ apostolum Fabrũ, qui iã  
 seipsum negare nõ potest. Litera em̄ scripta manet, & nescit vox missa reuer-  
 ti. Vult autẽ hic illicitũ profus esse non modo hominũ sanctũ quempiã ho-  
 norare, sed & angelos. Deus inquit vetat angelos adorãdos. non ait: eo qui  
 soli Deo debetur honore. absolute loquitur, dicens angelos nõ esse adoran-  
 dos. Vnde Iacobi Fabri discipuloꝝ vnus, ceu in libro Exhortationũ, pro dio-  
 cesi Meldensi, in gallicã linguam cõposito, & nuper a theologorũ Parisien-  
 schola, hoc requirentibus dominis ad hæresum extirpationẽ per sedem apo-  
 stolicã deputatis iudicibus dãnato, legitur: ita ad verbũ. fo. xxi. scripsit, huic  
 præceptoris innixus documẽto. Cest dieu & noste seigneur Iesuchrist, q on  
 doibt inuocuer: & nõ point ange, ou aultre creature. qd est latine: Deum &  
 Christũ inuocare debem; & nõ angelũ, aut aliam creaturã. Hanc autẽ hæ-  
 resim, q; scilicet nõ sint honorãdi, & cultu dulciã adorãdi sancti angeli & ho-  
 mines, ac orãdi: cũ oĩbus inde sequẽtib; erroribus cõfutauit, & dãnata eũ  
 dẽter mõstrauit Iudoc; Clichto. scripto emisso, anno do. incar. MDXXIII.  
 cui nomẽ est, de Veneratione sc̄toꝝ: duos cõplectente libros: quorũ primus  
 honorãdos esse ab ecclia sanctos, & sedulo a nobis orandos ostẽdit. secũdus  
 rationes eorũ qui cõtendunt non esse venerãdos nec orãdos a nobis sanctos  
 dissoluit. Quibus vnũ libet adicere ex B. Augustino, aut alterũ sermonem:  
 quia opportunũ censo propter dñi præceptũ, pro quo sese putat Iacobũ cer-  
 tare. Vetat inquit Deus vel angelum adorari &c. dicens: Dominũ Deũ tuũ  
 adorabis: & illi soli seruias. Super hoc autẽ, q; Manichæorũ vnus errorum  
 esset: multa disputauit Augustinus. Quia vt cõstat ex libro. xx. cõtra Fau-  
 stum Manichæũ, catholicis opponẽbant hæretici: q; sanctos honorãdo mar-  
 tyres, idola verteret in martyres. Pauca tamẽ ex plurimis sat fuerit huc ad-  
 uocare quã accomodata videtur. In primis libro quæstionum super Ge-  
 nesim, proposito hoc Moyse eloquio: Exurgens autẽ Abraham, adorauit po-  
 pulum terrã. quæritur (inquit Augustinũ) quomodo scriptũ sit: Dominũ  
 Deum tuũ adorabis, & illi soli seruias: cũ Abraham sic honorauerit populũ  
 quẽdam gentium, vt etiã adoraret. sequitur. Sed animaduertendũ est, in eo-  
Cap. xxxi.  
pte opẽ. iiii.  
  
Gen. xxiij.  
Questi. lxi.  
pte opẽ. viij  
Deuter. vi.



dē præcepto nō dictū: Dñm deum tuū solum adorabis. sicut dictū est: & illi soli seruiēs. quod græca locutione theosebiā, vel latriam innuit. talis enim seruitus nō nisi Deo debetur. vnde dānantur idolatræ, id est eiusmodi seruitutem exhibētes idolis quę debetur deo. hæc Augusti. Quę velim perpēdat sanctorū detrahens honori (zelo quidē dei, sed nō secundū scientiā) Iacob⁹ Faber, cū sibi addicētiis: & posthac non dicant sanctorū cultum dñi dissentire sermoni, quo ait: Dominū deum tuū adorabis: & illi soli seruiēs. Qz autem noua nō sit, quę pro sacro ecclesię ritu sanctis impēditur veneratio: manifeste docuit ipse Clichtoueus. Quib⁹ & hoc subsequēter connectimus, q̄ etiam lōge ante Augustini tēpora celebres habebat ecclesia natalitios dies sanctorū martyrū. quod sic pateat. Super Ioannē enim, quid est (inqt) quod dñs dicit: Qui manet in me: & ego in illo: quid nisi qđ martyres audiebant: Qui perseuerauerit vsq; in finē: saluus erit: sequitur. Quomodo mansit in illo sanctus Laurētius, cuius hodie festū diem celebramus: māsit vsq; ad temptationē: Et expositis tormentorū gradibus, in quibus semper in dño mansit Laurētius martyr: addit Augustinus. Tyranno martyr nō cessit: & in regnum successit. Dixerat autē illi Sixtus martyr sanctus, cuius diem quinto ab hinc retro die celebrauimus &c. & præmiserat Augustinus dicens: Siathanas persequēdo cessaret: hodie tam gloriosam coronā sancti Laurēti nō celebraremus. En recens nō est: quod iam in sanctorū martyrologiis & ecclesiarū calendariis de ipsis legimus. octauo enim idus Augusti, dies Beati Sixti, Roma. Ponti. agitur in ecclesia: & quinto post die, id est quarto idus, sancti Laurentii. Alibi quoq; refert Augustinus cōsimile, in libro scilicet de tempore Barbarico, dicēs. Vicerunt martyres mundū. Inter quos martyres mares: etiam scēminæ repertę sunt fortiores. sequitur. Ante paucos dies natalitia celebrauimus martyrū Perpetuę, & Felicitatis, & comitū, id est nominis Martii. Et cum tot ibi sint viri, quare istę duę præ omnib⁹ nominātur: nisi quia infirmior sexus aut æquauit, aut superauit virorum fortitudinem? Vna earum erat prægnans, altera lactans: Felicitas perturiebat, Perpetua lactabat &c. Per hæc Augustini recitata verba firmātur, quę produxit Clichtoueus, vt ostenderet sanctorū venerationem in ecclesia Christi vna cum ipsa cępisse. Contra quā tamen eodē blasphemię spirītu, quo & modo Faber & eius discipuli: garruerunt olim Eunomius & Vigilantius. Nepe istorum esse decernit idē Augustin⁹ sectatores omnes, qui pro ecclesię pia traditione impensio sanctis derogauerunt cultū, dum ait Sanctorum corpora præcipue beatorum martyrum reliquiās, ac si Christi membra: sanctissime honoranda. & Basilicas eorū nominibus appellatas: velut loca sancta diuino cultū mancipata, affectu piissimo, & deuotione fidelissima adēdas credimus. Si quis contra hanc sententiam venerit: non Christianus, sed Eunomianus & Vigilantianus creditur. ita Augustinus. Vnde plane colligitur non catholicos esse, sed hæreticorum viperea germina, eos qui sanctos non debere honorari, coli, & exorari sapuerint & præsumperint alios id edocere.

Propositio. CXL.

Confessione pœnitentię præcedere debet: non q̄ pœnitentię peccata delet (est enim Deus qui remittit & delet) sed præparat.

Confutatio.

In. XIII. propositionis cōfutatione, diuinorū eloquiorum testimoniis sententiisq; sanctorū & rationib⁹, perspicue in fide erroneū esse monstratū est, quę illic dixerat Iacobus, videlicet neminē ex operibus iustificari posse. Cum autem iustificari hominē aliud nō sit, nisi de iniusto fieri iustum: quod per pœnitentię actum in adultis, & nulla alia secundū positam legē via fieri necesse est: qui quidem actus, ab hominis libero voluntatis arbitrio elicitur. Dei præueniēte, trahente, & coagēte gratia: constat per adducta illic reprobatū esse quod hic dicitur: per pœnitentiā nō deleri peccata. Ex scripturis etenim patuit ibi omnino confitendū esse: quia deus peccata delet & remittit, vt author veniæ, vt clemens indulgentię largitor: vt qui & peccatori tribuat facultatem meritorie propriū crimen abolendū, & suis vicariis, id est sacerdotibus, ministerialiter dimittēdi peccata. Delet igitur deus peccata principaliter. delet homo, eorū pœnitendo: & quantū valet illa odiis infectando. delet & dei vicarius homo. alioquin Christi verbo ecclesia fidēs, quo ait: Quorum remiseritis peccata, remittūtur eis: & quorū retinueritis, retēta sunt. & per suos dicēs ministros cuiq; pœnitentiū post peractam confessionem: Ego te absoluo a peccatis tuis, in nomine patris, & filii, & spiritus sancti: falsum diceret. Quod asserere, & impiū est, & hæreticum. Vnde reprobatum iure eodem relinquitur: quod in huius capituli sexti, epistolę ad Hebręos examinatione, iterat Iacobus dicens.

Propositio. CXLI.

Pœnitentiā, recogitatio, aut resipiscentiā: non renouat, non purgat, non iustificat. Id enim impossibile.

Confutatio.

Per omnia fere Iacobus sese nominū equiuocatione fallit. purgare siquidem hominis scientiā, innouare, & iustificare: non vno tantū sit modo. Causas certe ad hoc sua bonitate plures voluit deus concurrere, & hoc p̄ scripturas exprimi: quo proprias quisq; partes agere sollicit⁹ foret. Arguēs igitur Faber & dicēs: Deus peccata dimittit: nō ergo pœnitens q̄tūuis operet qđ valet, aut ecclesię minister illa dimittit. perinde facit, ac si diceret. Sol generat hominē: ergo homo illū non generat. aut Architect⁹ domū construit: illius igitur nō sunt causa qui eo dirigēte omnia quę ad dom⁹ ædificationē manibus suis operātur, quorū nihil Architectus. Hęc autē arguēdi forma inualida oīnō est: peccat enim manifeste. Deus nāq; suo & eo diuino modo peccata solus remittit & purgat. homo itidē se pœnitēdo purgat: est siquidē proprię purgationis causa meritoria, & citra quā minime iustificaretur. Purgat itē & peccata remittit dei vice in ecclesię foro Sacerdos. Purgat quoq; fratris animā & saluat (vt illa, XIII. propositionis cōfutatione docuimus) is, cuius hortatu & piis monitis alter resipiscit. Alioquin nō dixisset per Aplm Iacobum dominus. Si quis ex vobis errauerit a veritate, & conuerterit quis eum: scire debet quoniā qui conuertit fecerit peccatorem ab errore vię suę,

Roma. x.

Trac. xxvii  
Ioan. vii.  
Marth. x.

Cap. v. par.  
te operū. x.

Li. de eccle.  
fasti. dog.  
ca. lxxiii. p.  
te op. x.

Ioan. xx.

Iacob. v.

saluabit animā eius a morte, & operit multitudinē peccatorum. Et per se  
 Metipsum: Si (inquit dominus) peccauerit in te frater tuus: vade & corri-  
 pe eum inter te & ipsum solum. si te audierit: lucratur es fratrem tuum. Ad-  
 uersus hæc domini verba si quid potest moliatu'r Faber. Cæterū quando se  
 se per ea videt reiectū & cōfufum: a diuerticulis recurrat (ei cōsulo) ad cō-  
 munem ecclesiæ loquēdi modū: & a singularitate odiosa, ad catholicam sa-  
 piēdi normam. hoc vel sero vtinam agat.

¶ Propositio. CXLII.

Cap. vii. Dicenda sunt plurima, ab iis quæ audita, vſitata, & recepta sunt: euariantia.

¶ Confutatio.

S Hæc Iacobi verba suum authorē (de qualibet sit locuturus causa) deflen-  
 da turgidum arrogātia producit. Quis enim nō admiretur & expauescat, Fa-  
 brum audiens pollicentē plurima in re theologa sese dicturum: euariantia,  
 hoc est alia aut diuersa vel aliena ab iis quæ audita, vſitata, & recepta sunt:  
 supplendū in Christianitate. Ecce recentē orbi semetipsum exhibet euāgeli-  
 stam Faber, dicturus a nullo dicta, occulta reuelatur, annūciaturus inaudi-  
 ta prius: noua quoq; & inuſitata ecclesiā doctur: & quæ erant recepta pri-  
 ac probata abrogaturus per ea quæ se propositurū iactat dogmata. Q; plu-  
 rima inquit dicenda sunt, ab iis quæ audita, vſitata, & recepta sunt: euarian-  
 tia. Auditores profecto vt attentos sese præsent: paucis mirū concitat. Si au-  
 tem sint quæ dicit catholica & ecclesiæ vtilia, videndū: an secus. Nō est cer-  
 te vero simile: vtilia fore quæ ab audiri in ecclesia solitis, & per eā receptis  
 euariant. Audiamus ergo nouatorē Fabrū. Apostolus Paulus Christi sacer-  
 dotium in epistola ad Hebræos declarās: per scripturas mōstrat non esse il-  
 lud secundū Aaron ordinē, sed Melchisedech. de quo quidē viro multa re-  
 fert B. Paulus. Inter quæ ait, q; sine patre, sine matre, & line genealogia fue-  
 rit: neq; initiū dierum, neq; finē vitæ habens. hoc est (vt exponūt sancti, & te-  
 net ecclesiā) illius sub hoc nomine Melchisedech, in scripturis, neq; legitur  
 pater, neq; mater, aut auita generationis series, vel vitæ principiū, aut finis:  
 Cum tamen certū sit Melchisedech parētes habuisse, vt ceteri ab Adam: vi-  
 tæq; exordium & terminū. Et quoniam Apostolus ipsum regē Salem, figu-  
 ram fuisse Christi multifarie propter varias eius qualitates & circumſtā-  
 tias deducit (de quibus loqui nō ad me iam pertinet:) Iacobus Faber conten-  
 dit, etiam de figurato Christo accipi posse, & catholice intelligi, q; sine ge-  
 nealogia fuerit: quemadmodū Apostolus dicit fuisse figurantem Melchise-  
 dech: Quasi oporteat veritatē per signum quodpiā figuratam, illi in omni-  
 bus respondere. quod a theologia & ratione omnino abhorret, vt satis aduer-  
 tenti cōstat. Leo siquidē vt ferus, figura est diaboli: & vt fortis, Christi. Ob-  
 iectioni autē quam sibi opponit ipse Iacobus his verbis. Sed dices: Nōne ha-  
 bita est Christi genealogia? quid igitur ait Matthæus: Liber generationis  
 Iesu Christi, filii Dauid, filii Abraham? & insuper: Generatio Christi sic e-  
 rat. respondens: multa effundit verba. Quæ etsi in nōnullis probabilitate  
 non vacēt: sunt tamē omnino rei importuna: quia ad causam literæ aposto-  
 licæ impertinētia. Non enim dicere vult Paulus: nullam esse Christi secun-

i. Petri. v.

Apoca. v.

Matth. i.

dum carnem genealogiam: Cum hoc sit plane hæreticum: quia euidenter  
 sanctorū euāgelistarum Matthæi & Lucæ cōtrariū sacris textibus existit.  
 ad quos quidē responsum legitimū neq; dedit Iacobus, neq; dari a quoq; po-  
 test. Verissimum enim est quod sibi obiecit Faber: Liber generationis Iesu  
 Christi filii Dauid, filii Abraham: & quod expresse a Dauid descēdēdo, gra-  
 duū lineæ additur: Christi generatio sic erat. Neq; id recipiēdum, sed reiciē-  
 dum profus, quod ista attenuando fabricauit dicēs. Interrogas igitur. Nō-  
 ne habita est Christi genealogia? Habita est, & non habita: nota pariter &  
 ignota. &c. Et post nōnulla. Quantū est in hominū cognoscendū facultate:  
 sine genealogia Christus est, magis q; Melchisedech. Hoc nimirū palam est  
 veritati aduersum: Scriptura enim clare tradit: vnde Christus secūdū vtrāq;  
 naturam processerit: de Melchisedech omnino (sicut dictū est) silet. Addit  
 tamen Iacobus & dicit. Cum genealogia sit continuata generationū series,  
 in aliquē vltimū finaliter deducta: quomodo erit proprie Christi genealo-  
 gia. &c. Et paulopost. Non tam igitur hæc genealogia Christi est q; Ioseph:  
 vt in quem ceu in vltimū continuata generationū series deducta sit, & non  
 dici possit in Christum. Finit igitur genealogia citra Christū. Hæc Iacobus:  
 quæ certe sunt multa, ab iis quæ audita sunt in ecclesia, vſitata quoq; ac pro-  
 bata per ipsam, euariantia. Sūq; igitur non defuit Iacobus p̄missioni. A quo  
 percunctor ego: Si euangelistę Matthæi, immo spiritus dei per eum, scopus  
 & propositum erat, genealogiā texere Ioseph, quæ dicit terminū & litem  
 illius esse: cur adiecit tam studiose, Virum Marię, de qua natus est Iesus q;  
 vocatur Christus? Si nō est quæ scribit Matthæus genealogia proprie Chri-  
 sti: falsum est quod præmisit dicens: Liber generationis Iesu Christi filii Da-  
 uid (supplēdū, sequitur) quia per Iacobum magis sine genealogia Chri-  
 stus est secūdum hominū cognitionē, q; Melchisedech. Nulla ergo in Mat-  
 thæo Christi genealogia sequitur. Falsum quoq; erit quod subnectit: Christi  
 generatio sic erat: quod asserere, dementissima est blasphemia. Non itaq;  
 generationis illius series in Ioseph vt in vltimum finitur: sed in Christum.  
 quia dicitur, De qua natus est Iesus qui vocatur Christus. Quis (obsecro)  
 nisi infidelis non perspicua intuetur fide: virginis filium eum esse, cuius ge-  
 nationis ordinē suscepit Matthæus describendā: scopus rei totius ipse est:  
 & propter quæ cetera omnia dicuntur. Dammandū igitur profus venit qđ  
 scribit Iacobus: non tã Christi q; Ioseph Matthæum texuisse genealogiam.  
 Porro si quis a Matthæo, Ioseph cōtendat descriptā esse genealogiam & nō  
 Christi: concedat etiam opus est Eleazar proauū, vel Matham auū, aut Iacob  
 patris Ioseph, textā ab illo genealogiā. quia eorum quisq; sine generationis  
 passiuę vltimus est: ceu Ioseph. Neq; alicuius momenti est argutiola qua se  
 se trahi permisit Iacobus, vt ab vſitatis & per ecclesiam receptis euariantia  
 doceret. Recte dicitur. Dauid autē rex genuit Salomonē: & de ceteris silo  
 consimili. At cum nō dicatur: Ioseph autē genuit Iesum: extra igitur genea-  
 logiam Christus est. Quasi de verbis & formā loquēdi quęstio præcipue in  
 Matthæi versaretur manibus. Rei sane verū sacramētum, vt ipsum mutare-  
 tur eloquiū genus, poscebat. Q; si Latinis doctōribus (quia hoc in negotio Y

Lib. iiii.  
ca. xv.Marth. i.  
Luc. iiii.Nu. xxxvi.  
Marth. i.

reiciat eos) non credat Faber: audiat saltē gręcū suū Damascenū. ob cuius scripta puto eum fuisse concitātū: vt pręter causam hęc scriberet. Ille enim eo capite, cui pro argumento sic pręmisit ipse Iacobus: De genealogia domini, & sanctę virginis Deiparę: ita inter omnia literis mandauit. Benedicta virgo prędissimō tēpore ex Dauidica radice pullulauit: propter factas ad eum reprimissiones. & paulopost. Enimvero q̄ Ioseph ex Dauidica tribu descenderit: Mattheus & Lucas sacratissimi euangelistę mōstrarūt. sed Mattheus quidem, ex Dauid per Salomonem deduxit Ioseph: Lucas autem per Nathan. sanctę vero virginis generationē ambo filuerunt. Decet autē scire non fuisse morem Hebręis neq; diuinę scripturę, genealogias texere mulierum: nā lex fuit, tribum nō desponsare ex alia tribu. Atqui Ioseph ex Dauidica descendit, & iustus erat: hoc enim de ipso diuinū testatur euangelium. Non igitur pręter legem sanctā virginē ad desponsationē duxisset: nisi ex eius sceptro descendisset. Cum igitur ostēderit euangelista descēsum Ioseph: satisfactum esse putandū est. Hęc Damascenus. a q̄bus non debuit Iacobus discrepare. tum q̄ a scriptore gręcō summo opere ab eo laudato sunt depropta: tum quia in his non dissentit ille a latinis doctoribus. sunt enim hęc recte asserta. Quando igitur cū latina ecclesia congruēs Damascenus, asserit pro more Hebręorū & scripturę sat esse, vt sciatur cuius sit tribus mulier quęlibet Iudea, si viri eius fideliter sit generatio descripta. Ioseph autē viri Marię Mattheus & Lucas (eodē confitente) originē deduxerūt a Dauid. Quātū ergo ad Deiparę sanctę virginis genealogiā attinet, & per hoc ad eiusdē primogeniti & vnigeniti filii Iesu Christi: satisfactū (inquit Ioānes) esse fatendū est. Cur ergo secutus curiosa voluerit Iacobus & a Latinis, & a Gręcō Ioanne dissentire: immo & a plana beati Matthei litera: dicēs Christum sine genealogia plus q̄ Melchisedech fuisse, & q̄ non proprie Christi est, quā Mattheus scripsit genealogia: ipse viderit. In eo autē aperte sui oblitus delirat quod ait. Si Ioseph respicimus: dicendū est Mattheum texuisse naturalem generationū seriem. sed si Christū: legalem. Et contra, Lucā magis naturalem tetigisse lineā. Nam Christus virginis naturalis filius: atq; ipsa (vt Gręcōrū fert sententia) natura & secūdū carnē processit de Dauid per Nathan. Cum igitur Lucas a sponso virginis in Dauid per Nathan deducat seriem naturalem: proculdubio magis tangit Christi lineam. Cū igitur Ioseph secūdū carnem descēdat a Salomone, & Christus secūdū carnē a Nathan: quandoquidē & beatissima virgo secūdū carnem a Nathan descendit. &c. Christus igitur secundum legem solum processit a Salomone.

**A** Hęc Iacobus. vbi delirat vt dictū est, primo dicens Mattheum Christi generationem descripsisse non naturalem, sed legalem. Quia (vt inquit) Ioseph naturalis est genealogia: quā scribit Mattheus. Ioseph autē Christi pater legalis fuit. quod quidē assertum ex mera theologię procedit ignorātia. alioquin in scripturis vel vnicum monstret locū, vbi alicuius legalis pater vocetur quis. secundū attinentiā qua ad Ioseph sanctę eius vxoris filius Christus refertur. Hoc (nisi ego fallor) nō ostendet. Porro dūtaxat pro scripturę loquendi modo ille pater dicebatur legalis: cui mortuo sine prole habita

Damascē.  
li. iiii. ca. xv.

ta de coniuge, frater illius relictam viduam accipere legis mādato tenebatur in vxorem, vt semen defuncto fratri suscitaret. Et istud nō primū in scripta lege deus statuit: sed & in lege naturę id obseruatū legitur. In Genesiquidem ita habemus. Dixit Iudas ad Onan filium suū. Ingredere ad vxorē fratris tui, scilicet Her: & sociare illi, vt suscites semē fratri tuo. Sequitur. Ille sciens non nasci sibi (naturali scilicet patri) filios, sed fratri mortuo. &c. Quod itaq; legis illius naturalis fuerat: populo suo deus per scriptam etiā B seruari pręcepit dicens: Quando habitauerint fratres simul, & vnus ex eis Deu. xxv. absq; liberis mortuus fuerit: vxor defuncti non nubet alteri, sed accipiet eā frater eius & suscitabit semen fratris sui: & primogenitum ex ea filium nomine illius appellabit. &c. Quoniam igitur ita censuit diuina lex: frater defunctus absq; liberis naturalibus, pater legalis propter legis decretū dicebatur primogeniti relicte vxoris: quoniam illi & in nomine & hereditate succedebat. Et ista est propria legalis paternitatis ratio. Qz si cōtēdat quispiā posse etiam legalem patrem alterius dici, qui eū in filium adoptat: esto hac notione ita loqui non sit durum aut extraneum: non sic tamē diuina lex vsq; appellat adoptantem. non enim filia Pharaonis quę in filii locum Moysen adoptauit: legalis eius dicitur mater. neq; ipius Hester pater legalis vocatur Mardocheus: qui eam in filiam adoptasse legitur. At quodlibet de hoc dicere Iacobus voluerit: cum certum sit Ioseph virum Marię Christum in filium adoptasse, & legis traditio haudquaq; competit illi: relinquitur pro explorato, quia Christi pater legalis, Ioseph minime dicendus est: sed putatius, cum beato Luca: aut pater, ciuili & vulgari quodam genere enunciādi. Falsum pręterea & omnino erroneum est in fide, dicere sanctę virginis naturalem generationem per Mattheum non describi: sed per Lucam. tum quia recte censuit Damascenus dicens: Mattheus & Lucas generationem sanctę virginis filuerunt. quod est intelligendum, expresso illius nomine: alioquin legis argumento, vterq; proculdubio ipsius virginis genealogiam descripsit. Tum quia vt constat, Lucas omnino & nomen virginis & patris eius Ioachin tacet: quin & auī, quem tradit Damascenus fuisse Barpanthera: & proauī, qui Panther nomen habuit. neutiq; igitur dici potest: per sanctum Lucam, naturalem beatę virginis descriptam esse generationem, & per hoc Christi filii eius: & non per beatum Mattheum: sed tm legalem. quod catholicę sacrorum Matthei & Lucę textuum intelligētę dilucide monstrauimus esse aduersum.

Ca. xxxviii.

Deu. xxv.

Exodi. ii.

Hester. ii.

Lib. iiii.  
cap. xv.

## ¶ Propositio. CXLIII.

Credo (ait Iacobus) angeli nostram frigiditatem plorant: qui nostrā a deo susceperunt tutelam.

## ¶ Confutatio.

Istam Iacobi credulitatem ex absurdissima Origenis opinione prodire Hom. vii. conicio: qui super Leuiticum tradidit Christum dominū nostrum sanctosq; omnes peccata nostra lugere. Saluator meus (inquit Origenes) etiā nūc luget peccata mea. Et paulopost. Sanctis (ait) hinc discedentibus non est

perfecta letitia, donec p nostris erroribus dolent & lugent peccata nostra. De angelis ergo Iacobus loquens hoc Origenis dogma secutus est: credēs eos nostram frigiditatem, hoc est animi ad virtutum opera inertiam, & quēdam spiritus teporem, seu diuini feruoris carentiam, angelos plorare. qua credulitate quid potuisset stultius excogitari? quasi angelici spiritus adhuc in quadam plorationis valle, & proinde in statu miserię (quemadmodum & nos mortales) quodammodo forent. Viatores illi fuerunt, cucurrerunt & suū certauerunt certamen: aduersus inanē glorię insultus, necnō & p̄sumptionis, ambitionis, ingratiudinīs, inobediencię, ac superbię (vti Luci fer & sui) gesserunt bellum. Hi victi sunt & periere: illi omnia tētationum vicerunt genera: & triūphantes felicitatis gloria sunt donati a iusto iudice deo. quod inde cōspicuum fit: q̄ Christus patri dixit. Hęc est vita æterna vt cognoscant (non per fidem, sed per speciem) te solum deum verū: & quem iu pugna stamus adhuc mortales) per speculum in enigmate. Tūc autem (in statu scilicet æternę illius vitę) facie ad faciem. De ipsis autē, qui nostri susceperunt tutelam angelis: testatur veritas dicens. Videte ne cōtēnatis vnū ex his pusillis. Dico enim vobis, quia angeli eorum semper vident faciem patris mei, qui in cœlis est. quod est beatitudine perfrui: quę est statuta Augustino. Nō est beatus nisi qui habet quicquid vult: & nihil malū vult. quod quidē bonū, certa fide credimus angelos omnes sanctos possidere. vn de vtriq; Thobię dixit Raphael. Cum essem vobiscum (vobis scilicet in assumpto ministrans corpore) per voluntatem dei eram. & paulopost. Videbar quidem vobiscum manducare & bibere: sed ego cibo inuisibili, & potu qui ab hominibus videri non potest, vtor. Cibi profecto & potus nominib⁹ omnes glorię significauit delicias. Nam & ipse Christus Apostolis dixit, Dispono vobis, sicut disposuit mihi pater meus regnū: vt edatis & bibatis super mēsam meā in regno meo. quod, vt dixi, aliud esse nō creditur: nisi quia sancti omnes spiritus ita omnibus affluūt bonis, vt nullo quod cupiant carere possint. quod p̄ Psalmistā expressum est dum ait. Satiabor cū apparuerit gloria tuā. Absit igitur existimemus fletibus vel ploratu, hoc est tristitia qualibet (non enim beati spiritus, oculos quibus plorare aut flere possint, habent) angelos affici aut molestia. quod manifeste Christus indicare voluit dicens. Beati qui lugent, in statu scilicet miserię: quoniā ipsi consolabūtur: in gloria scilicet sanctorū. Et rursum. Beati qui nūc fletis: quia ridebitis. Nouerit autē Iacobus, quia etsi accidētaria spiritū feliciū augmentum & mutationem beatitudo suscipiat: ceu clare dominus nos docuit dicens. Gaudium erit coram angelis dei super vnō peccatore pœnitentiā agēte. &c. Nullā tamen omnium tristitiarum vel anxietatum compatitur status ille: sicut ex innumeris scripturę sacre locis aperte trahitur. Et qui opinati sunt oppositum haberi ex prophete Esaie verbo, quo ait. Ecce videntēs clamabunt foris, angeli pacis amare flebunt. aut ex illo Apocalypsis. Clamabant animę interfectorum magna voce dicētes. Vsq̄quo domine sanctus

Ioan. xvii.  
i. Cor. xiii.  
E  
Mat. xviii.  
Li. iiii. pro  
fa. ii.  
Li. de rrin.  
xiii. cap. v.  
pre opū. v.  
Tho. ca. xii  
Luc. xvii.  
Psal. xvi.  
F  
Matth. v.  
Luc. vi.  
Luc. xv.  
Ca. xxxiii.  
Cap. vii.

& verus, non iudicas & non vindicas sanguinem nostrū. &c. suis sese pueriliter fallunt cogitationibus, nō enim de beatis angelis loquebatur Esaias: verū de nūciis Ezechię regis ad Rapsacem missis in eudē pacis causa, quę plenius libro Regū quarto describitur. idē enim sibi volūt nomina hęc angeli & nūcii. & qualibet aliā quis in eiusmodi verbis sumat intelligentiā (nēpe nō vnā inde eliciūt catholici doctores) nulla earū tamē proposito cōducit, quod vero clamare Ioānes scribit animas interfectoꝝ: eo est accipiendū modo quo dñs Cayn in Genesi dixit. Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Quo de negocio libro quęstionū veteris & noui testamēti (qui pte vndecima operū Augustini habet, etsi illius author nō fuerit) ita legim⁹. Sic enim occisoꝝ animę clamāt, vindicari se postulātes: sicut sanguis Abel clamauit de terra. Causę ergo sunt q̄ clamare dicūtur: cū loqui nō possint, clamant nō voce, sed ratione. Hęc ibi. Neq; mirari quis debet aut subdubitare, quonā pacto plena frui queant beatitudine sancti angeli tutelares nostri: cū in nostro occupētur ministerio. Verissimū etenim est: quod de eis in prosa concinit ecclesia, dicēs. Nec obstitit theoria, siue iugis harmonia iugū ministerio. Et hoc manifeste significauit dñs dū ait: Angeli eorū semper vident facie patris mei qui in cœlis est. Atqui nō vacat quod addidit, semper vident faciem. Porro qui semel fuerūt ad illā intuendā facie, id est ad intuitū ue cognoscēdā, admissi: in æternū & omnī exclusa interruptione, illi amādo adherent. nec eos retardat: q̄ deo obediētes, mortaliū salutis curā gerūt.

¶ Finis annotationum in Commentarios Iacobi Fabri in Epistolas beati Pauli Apostoli.

**C**ommētariis in Epistolas beati Pauli Ap̄li subnexuit Iacobus Faber de passione beatorū Ap̄torū Petri & Pauli, sancti Linī (vt ait) scripta. quę p̄fecto eiusmodi authoris esse nō facile crediderim: sed plane cōfictitia: tū q̄ nōnulla cōtinēt cino (vt videt) p̄bilitate carētia: tū q̄ ex eis colligit Faber & asserit, sanctos ipsos Apostolos nō simul & eodē anno per martyriū palmā ad dominū euolasse: verū Paulum post Petrum, annū totū adhuc in carne vixisse. & sic q̄ anno a passione Petri euoluto, eodem Calendarū die: Petrū secutus sit ipse Paulus. Quidnā autē habeatur p̄ certo de Linī monumentis: nō sum hic multū anxius. At nō placet nec ratū iudicio asserere, q̄ nō eodē āno deo reddiderit, felices animas Petrus & Paulus. quoniā cōmuni ecclesię traditioni dissentaneū omnino est, & singulare ac curiosum. Quod paucis est ita aperiendū. In primis historię scriptores vno ore testantur: eodē die & anno ipsos Christi Apostolos passos fuisse. neq; offendi quēq; qui secus autumarit: nisi q̄ Guillelmus speculator Minacēsis ep̄s, de sanctis Apostolis loquēs: Henricus (inqt) solitarius velle videtur, q̄ eodē die, anno reuoluto, post Petrū passus sit Paulus. sed in hoc eum non sequitur: & qdē iure optimo. Nēpe (vt a vetustioribus exordiamur) ep̄sa quā super horū Apostoloꝝ felici transitu ad Timotheum scripsisse legitur sanctus Dionysius Areopagita: hoc cōstanter tradit vno dicēs loco. Adueniente autē terribili tēpore cōsummationis eorū, cū separarētur ab inuicem: ligauerūt columnas mūdi, nō vtiq; absq; fratru gemitu & ploratu. tūc inqt

Cap. iiii. G  
Quest. lxviii.


Libro. vii. ratio. diu. offi. I

ANNOTATI ERRORES  
IN PRÆFATIONE QUAM COMMENTARIIS SVIS IN  
EVANGELIA SANCTA QUATVOR PRÆMISIT  
IACOBVS FABER: CVM SVCCINCTA  
EORVNDEM CONFVTATIONE.

¶ Propositio Prima.

¶ Quisq; Pontificum, similis esse debet illi angelo quem Ioannes in sacra Apoca-  
Apoc. l. vii. vidit per mediū cœlum volantem, habētem euangeliū æternū: ca. xliiij.  
& per hoc nihil quod sit extra euangeliū limites curare.

¶ Confutatio.



I DIXISSET Iacobus Faber pontificem nihil de  
bere facere aut curare quod contra euangeliū sit: au-  
diri forsan a quoq; potuisset, quis & istud simpliciter  
veritati aduersetur. vt enim curę epō esse debet euan-  
geliū, quo illud amplexetur, teneat & sequatur, & ea  
sine quibus illius nequit intelligētia assequi: ita maxi-  
me curare eum oportet euangelio aduersa: ne videli-  
cet euangelicū remoretur procursum. Quando autē  
scripsit Iacobus absolute, nihil ab episcopo curādum

quod sit extra euangeliū: quis illi non merito succenseat? Nempe liberales  
omnes ducit disciplinas esse spernendas, humanas insuper cum ciuilibus tum  
ecclesiasticę politicę constitutiones. Nobis dicat quęso, nūc sat fuerit epō eua-  
gelium legere, relegere, mente cōplecti illud, & pro germana (quā præte-  
dit Faber suis tradidisse cōmentariis) intelligentia illis dies noctesq; incū-  
bere. Si dubio pcul ita sese gerat quispiā epōrū: ita dei reget populū, quę ad  
modū authore Iacobo annis superiorib; in ea regi cœpit diocesi, vbi doctri-  
næ habenas tenuit. q̄ quali sit iā statu nō ignorat hæc Senonēsis prouincia.  
Iacobum igitur pudeat temeritatis suę ac superbię pœniteatq; quonā enim  
modo episcopi officiū p debito gerere homo posset, si ignoret sacros Apo-  
stolorū & patrū canones? Si sufficiebat euangeliū christianismo, cur eiusdē  
rector spiritus sanctus ipsos beatos Apostolos eorūq; successores & singu-  
latim & generalibus sedentes conciliis permouit innumeras addere consli-  
tutiones? Nunquid per Iacobi cōmentarios docebitur antistes quibus sint  
regulis celebrandi dei & sanctorū per anni circulum festi dies: qui sunt & B  
quot consanguinitatis & affinitatis cum naturalis tum spiritalis gradus  
circa matrimonii sacramentū attendendi: qua seueritate cohibendi sint per-  
uerse cupientes viuere: quibus plectēdi mulctis q̄ crimina perpetrarūt: quāta  
discretione vniciq; statuū superintēdere debeat: & impēdere quod cōgruit  
regulariter in claustris viuētibus, & quod seculari clero, quod laici populi  
cuiq; generi? Manifestū est, vt hæc aliaq; plurima quę gregi domini debet  
eius vicarius antistes, recte gerat: non per nudū euāgelii textum aut Fabri  
cōmentarios sufficienter a quoq; posse consequi. non enim ad regendā po-  
litiam fidelium satis est sola diuini iuris proprie dicti, qualem etiā exclusi

xxii. dist.  
ca. sacro  
sancta.  
p̄te opū. iiii.  
ser. primo  
de natali  
ap̄torū Pe-  
tri & Pauli  
Libro viro  
rū illustriū  
Li. i. de con-  
sensu euā.  
ca. x. parte  
operū. v.  
Dist. xxi.  
ca. quis.

K

Li. vi. de  
elec.

Parte. iiii.  
ser. i. de na-  
tali sancto  
rū Petri &  
Pauli

Paulus ad Petrum. Pax tibi fundamētū ecclesiarū, & pastor ouīū & agnos  
Christi. Petrus vero ad Paulum. Vade (inquit) in pace prædicator bonoy,  
& lux salutis iustorū. Cūq; elongassent eos abinuicē: secutus sum magistrū  
meū. non enim in eodē vico occiderūt eos. Hęc Dionysius. Quibus consen-  
tiēs sanctus Anacletus (Gratiano referēte) Vas (inqt) electionis Paulus,  
vno die eodēq; tēpore Romę cū Petro, gloriosissima morte coronatus est.  
Beatus insuper Ambrosius. Puto (inqt) eos æquales esse meritis, q̄ æqua-  
les sunt passione: & simili eos fidei deuotione vixisse, quos simul videmus  
ad martyriū gloriā peruenisse. Non enī sine causa factū putemus: q̄ vna die,  
vno in loco, vnus tyrāni tolerauerē sententiā. Hęc ille. Sequitur & Hiero-  
nymus qui ait. Paulus decimoquarto Neronis anno, eodem die quo Petrus  
Romę pro Christo capite trūcatus: sepultusq; est in via Ostiensī, anno post  
passionē dñi. xxxvii. Ecce quod affirmam? plane testatur Hieronymus. Au-  
gustinus dein. Merita (inqt) Petri & Pauli, etiā propter eūdē passionis diē:  
celebrius & solēniter Roma cōmēdat. Pelagius vero secūdus magni Gre-  
gorii præcessor: de hoc (Gratiano recitāte) scripsit inquis. Petro data est  
societas beatissimi Pauli vasis electionis: qui nō diuerso (sicut heretici gar-  
riūt) sed vno tēpore, vna cadēq; diē, gloriosa morte cum Petro in vrbe Ro-  
mana, sub Cæsare Nerone agonizans, coronatus est. En Pelagius Pon. Ro.  
hæreticos censet: qui astruūt non eodē anno & diē passos fuisse Apostolos  
Petri & Paulum. Deniq; Nicolaus tertius capite illo celebri, Fundamētas  
de beatis Apostolis Petro & Paulo sermonem faciens, ait. Isti sunt, per quos  
euangeliū Romę resplenduit. Isti sunt eius patres: veri q; pastores. Isti sunt  
qui vna diē pro merito, vno loco pro gloria, sub vno persecutore pro parili  
virtute compassi, &c. Hęc Nicolaus: quæ re vera beatū Ambrosiū secutus  
(nec id quidē indigne) pronūciauit. sunt enim fere hæc Ambrosiū verba lo-  
co supra citato. s̄ā videat Faber, q̄ iuste de antiphona illa, in Romana eccle-  
sia pro deuotione patrū nūq; obliuione suppressa: Gloriosi principes terrarū,  
quo modo in vita sua dilexerunt se: ita & in morte non sunt separati. qua si-  
gnificatur manifeste sanctos Apostolos diē prorsus eodem, morte preciosa  
ad dominū transisse. dixerit schismaticū suū fouens dogma, illud esse refe-  
rendū, non ad eiusdē anni diē: sed quia eodē mensis Iunii diē, annis tamen  
diuersis fuerint passi. quod sane glossēma nō admittit illius antiphonę con-  
textus: quo dicitur. Ita & in morte nō sunt separati. Porro si Petrus vno an-  
no passus est, & Paulus altero: morte fuerūt annuo separati spatīo. q̄ nul-  
latenus admittūt, quę ex sanctis per nos citata fuere. e quibus vrget potiss-  
simū: quod ait Ambrosius. s. simul eos & vno diē. &c. & quod scribit Hiero-  
nymus: eodē ipsos a Christi beata morte anno, & Neronis imperii obiuisse.  
Ista certe nullum admittēt cauillum. hinc merito reor, Pelagium secūdum  
Romanū pontificem, beatū Gregoriū citra mediū præcessorem: scripsisse,  
hereticorum inuentum esse, q̄ nō eodem diē & anno sint passi Romę sancti  
Apostoli Petrus & Paulus.

FINIS. Gloria Deo. Amen.



erroribus tradit Faber peritia. Alioquin suo populo Deus per Moysen non tradidisset in libris Exodi, Leuitici, & ceteris, tot & tanta (que humanum viuere di respiciunt modum) mandata, iudicia & ceremoniales regulas. ut verbi causa super ciborum delectu, super consanguinitatis & affinitatis distinctionibus, super uadibus in diuino cultu tempore & ritibus: aliisque prope infinitis. Quod autem dominus per se Moysi & per eum populo tradidit, non solum que iuris naturalis erant & proprie diuini, verum quoque & que illis impertinentia vel de se ad illa indifferentia: & non tradiderit in euangelio, cum re vera illa aut alia consimilibus nature necessaria Christiane politie forent: hoc apostolis & eorum dereliquit successoribus, que maxime curare tenentur. Videat igitur Iacobus que ignoranter, erronee & schismatico cum Aerianis, Valdensibus, & aliis hereticis Lutheranos docere uoluit, dicens Episcopo nihil esse curandum quod sit extra euangelium. hic nihil aliud particulariter dixerim: quod sciam alios quosdam in cleros viros errore hunc scripturis & rationibus dantur nuper exactius demonstrasse.

## ¶ Propositio. II.

Dei solius purus est cultus: ceterorum purus esse non potest.

## ¶ Confutatio.

**C** Hoc Iacobi unum principiorum que fecundum fuerit modo non est ignotum. eo si quidem in diocesi Meldensi ita profecit Faber, ut quemadmodum per acta publica potest constare, discipulorum eius hic de publico ecclesie officio in die beati Marci euangeliste nouissime preterito, videlicet anno. Mdxv. Letania reiecit, populo suo denunciatis sanctos non esse pro beneficiorum a domino impetratione implorandos: ille de horariis suis chartulas eiusmodi letania sanctorum continentes auulserit: alter sanctam dei matrem nihil nos posse iuuare, non reueritus est ore sacrilego pronuciare: Item alii que non possunt sancti pro nobis miseris deum orare aut intercedere: Alii que alia impia & blasphema dogmata preceptoris Fabri innixi presumpserunt non pauca in derogationem uenerationis sanctorum, nihil ducetes prorsus que & in iure pontificio locus sit ubi de reliquiis & ueneratione sanctorum speciatim agitur: que Christiane pietatis pars una latra dicitur, qua cultus deo soli debitus significat: altera hyperdulia que sublimioribus debetur creaturis, cuiusmodi sunt benedictissima Christi humanitas & sancta eius parens: tertia dulia, que sanctis pie impeditur. Spemnes preterea uniuersalis ritus ecclesie, nec attendere uolentes que uti in superioribus commemoratum est, dicere nullius citra deum purum esse cultum, haeresis est Eunomii, Vigilantium, & aliorum quorundam delirantium hominum: quos post Fabrum secutus est & Lutherus. Super hoc autem articulo respondeat Iudoco Clichthoueo libro superius citato Iacobus Faber.

## ¶ Propositio. III.

Verbum dei sufficit. hoc unicum satis est ad vitam que terminum nescit inueniendam.

## ¶ Confutatio.

Error iste confutatus relinquitur ex signatis mox in prima annotatione.

## ¶ Propositio. IIII.

Sola ueritas, que est uerbum dei, saluat: quod autem tale non est, perdit.

## ¶ Confutatio.

Error etiam iste superius reuulsus satis est.

## ¶ Propositio. V.

Primum ecclesia que tot martyres Christo consecrauit, nullam regulam preter euangelium nouit: nulli cultum preter unum trinorum deo impendit. Sane si ad hunc morem uiueremus, floretet nunc ut & tunc.

## ¶ Confutatio.

His uerbis animum suum non obscure patet Iacobus, & quoad artes liberales, & quoad apostolorum & patrum ac ecclesie constitutiones, cultumque sanctorum. dum ait, quia si ecclesia presens pro omnibus literis solum euangelium haberet, & nulli sanctorum impenderet cultum: floretet nunc ut & tunc. Hec fatemur, ut dictum est, non modice habere in diocesi Meldensi promouit. Ipse autem modo ex flore utcumque progenitos generat fructus. O infelicem rerum nouatorem que plus sapere sibi psumat ceteris omnibus presumens que Christus ecclesiam suam reliquerit in errorum tenebris: quas cometa rursus suis effugare posset ipse que hostis est ecclesie, quibus pro dogmatibus cum nostro Clichthoueo agat, alii que nuper de his differuerunt pueris dogmatibus. Quod uero consentaneum sibi existat Iacobus in eo que dicit primum ecclesiam nullam non uisse preter euangelium regulam, uideamus. Si enim monstratum fuerit ipsum sibi manifeste obuiare: indubie cognoscat quod spiritu diffensionis actus calamum arripuerit. En quod iunior (paucissimis accipere: iam preterierunt anni supra sex & viginti) in epistola ad pios lectores, quam utcumque adhuc pie cum ecclesia sapiens opibus beati Dionysii permisit, Iacobus Faber exordies ita ad uerbum scripsit. Omnium sane scripturarum supremum dignitatis apicem, summumque decus, augustam reuerentiam & auctoritatem obtinere dignoscuntur sacrosancta euangelia, ut que a deo proxime manauerint in dispositos aios transfusa, mox ea sequuntur sancte & arcane Iesu reuelationes, apostolorum acta & epistole: prophetarum monumeta que ueteris legis continent organa. & hec uniuersa duplici testamento & ueteris. scilicet & nouo cetera, eloquia nominatur. Porro eloquia proxime & dignitate & auctoritate sequuntur ea agiographa, sanctaque scripta que apostolorum auditores ad fidelis ecclesie institutionem futuram sobole reliquere. Inter que sunt diuini Dionysii Areopagite sacratissima operata excellencie dignitate eminentia, ut comedationis eorum nullus unquam uerbis ualeat assequi summa. hec Iacobus. Et rursum in tertio capitis libri diuinorum nominum scholiis sic in forma scripsit. Prima sacra eloquia sunt scripta prophetarum & apostolorum utrumque testamentum complectentia, suntque primo in loco & dignitate & auctoritate constituta. Secunda uero eloquia sacratus pater. scilicet Dionysius ponit elementa theologica diuini Hierothei, & secundo loco proxime eloquia apostolorum (que sunt Christi dei, & que a deo uncti spiritu scripta omnium uerissime acceperunt) sequentia. sua uero scripta sanctus patris religiosa humilitate loco quodam longe inferiore collocat. Sic ibi. Utri modo Iacobi sententiarum adhibebimus fide: an illi E qua iam senex emisit dicens, primum ecclesiam nullam regulam preter euangelium nouisse: an huic qua media etate asseruit preter euangelium, totumque sacrum canonem beatorum Dionysii & Hierothei, ceterosque apostolorum auditores nonnulla ad fidelis ecclesie futuram institutionem sobole, agiographa sanctaque edidisse scripta: pugnat et enim secum due quas audimus Fabri sententie. Altera ergo alteram perimit. Quam autem pro coperto tenet ecclesia quod iunior scripsit Iacobus, utpote que libros ha-

bet quibus ecclesie primęque viuēdi regulas tradiderunt vltra euāgelii beati Clemēs, Dionysius, Ignatius, Polycarpus, Papias, Hireneus martyres, Hierotheus, aliiq; plurimi sancti doctores: liquido constat quāta sit reprehensione dignus Faber, q̄ cū prius iunior recte scripsisset, vt delirus senex plane desipuit, asserēs nullā in primęua ecclesia (quā etiā ad trecetos p̄ducit annos) fuisse viuēdi regulā p̄ter euāgelii. Hoc autē ei p̄suasit humane salutis inimicus quo ab ecclesie cōstitutis (per q̄ disciplinā in fideli populo vtcūq; retinetur) autoritate sublata seueritas disciplinę penitus eneruaretur, & age re cuiuslibet impune placita liceret. qua inuētiōne (heu heu) quot occiderit animas diabolus Iacobi Fabri vsus eloquentia: non est ignotum.

¶ Propositio. VI.

Euāgelii lux sese tandē mūdo rursus hac tēpestate insinuat, qua pleriq; diuina luce illustrati sunt adeo, vt p̄ter alia multa a tēpore Cōstantini quo primitiua illa q̄ paulatim declinabat desit ecclesia, non fuerit maior linguarū cognitio.

¶ Confutatio.

**F** Ecce suauissime adulatur sibi Iacobus & bilingues nō parū effert, predicās diuina eos illustratos luce. Iam, vt dixi, non ignorat Senonū prouincia (vt de remotioribus fileā) q̄ feliciter euāgelicā pmouerint lucē hac tēpestate. Atq; multilingues p̄ luce infaustas errorū ac hæresium reuexerūt in ecclesiā tenebras, quibus (nisi vt obliterēt inspirasset dñs, quibusdā fidelium: nō dico eos q; pastorū cathedras occupāt, sed aliorū) modicū id q̄ lucis erat verę & salutaris doctrinę, fere extictū iri videbatur. At iā dño deo nostro honor sit & gloria ac immēsa gratiarū actio: cedere cōperūt luci eiusmodi p̄ linguarū peritos inductę nebulę. Quāta autē fuerit p̄sumptio in Capnione, Fabro, Erasmo, Luthero, Melāchtone, Oecolāpadio, eiusdēq; farinę viris, quorū multos gloriose hic exprimit idē Faber sibi p̄suasisse, q; minus rectā haberet noui testamēti ecclesia intelligētia, q; illā mūdo sua linguarū arte tradidissent: nō est modo opus exponere. Rei p̄gressus (q̄d certe i exordiis fieri nō poterat: qm̄ nō parua hominū p̄te verboꝝ lenocinio circūuenerāt) palā efficit q̄ sint de re christiana bene meriti: q; sit incōsultū putare q; de Gręcorū literis ecclesie catholicę (quę latīna fere est) puenire q̄ant meliora. Qm̄ tñ hoīes istī pluriū linguarū sciētes mūdo sese exhibuerūt & elegantissimos, q; dei dona q; rara sunt facile sibi incautorū oīs generis hoīm aīos cōciliauerūt adeo, vt stultorū infinitus numerus eos quasi p̄ diis haberēt, & velut oracula ducerēt illoꝝ scripta: et si prudētiorū quisq; rerū theologarū nō oīno expers bilinguū erroribus satagebat p̄ fidei zelo resultare: nō sinebatur libere loqui. verū q; nō sincere moueretur audiebat: Putauerūt itaq; seculi nr̄i oīm ordinū hoīes innumerī certa esse & catholica q̄cūq; scribebāt Capnion alias Rheuclīn, Faber, Erasmus, Luther, & collegę: cū debuissent ratiōis lumine si pii ecclesie erāt filii p̄sensisse: q̄d de istiusmodi olim tradidit hoībus post varias experiētias beat⁹ Augustin⁹ dicēs. Si didicisse arbitrarīs q̄d ad huc nescis, nō plane didicisti: sed temere credidisti q̄d libēter audisti: & surrepsit tibi falsiloquiū p̄ suauiloquiū. Hęc nimirū Augustini prudētissima verba ad quęcūq; dirigit eos: q; dulcedine sermonū Fabri, Erasmi, & Lutheri

Li. ii. de aīa  
& eius ori.  
ca. vi. p̄te  
operum.

capti ac similiū, q̄ scripserūt crediderūt potius veritatē cōtinere, q̄ quę soliti fuerāt audire. Hinc inuidia quoslibet agitari (spū maligno p̄curate) cōsueverunt oēs: q; gręcizantibus nō esse sine iudicio audiendū p̄testabantur. & hoc medio diuturnū etiā hoc in Christianissimo regno cursū p̄cne libeꝝ deuius habuit error instar factionis Arriane, quę hm̄oi dēmonis inuētiōne vniuersū p̄cne orbē sua infecit peste. Quēadmodū enim in ecclesiā. legit̄ histo. Arrio & peruersis eius fauentes impietatib⁹, incautorū aurib⁹ hominū, & qui rem ipsam super qua latū fuerat ecclesie aduersus eiusdē Arrii dogmata iudicium minime intelligebāt, assiduis ingerebant q̄relis Arrio cōmiserēdū esse: vt p̄ te cui dicebāt, sed p̄fecto mēdacissime, generatā fuisse inuidiā, & p̄ simultatibus priuatis ep̄m suū rē cōtentiose exagitauiſſe emulationis studio cōfixū, q; Arri⁹ apud plebē satis char⁹ haberet. En Alexandrię Ægypti primas, vir optimus Alexander, diuinit⁹ ad prælationis apicem euectus: cui B. successit Athanasius, quem pri⁹ ad sacerdotium promouerat & secū duxerat Niceam cōtra hæreres Arrii in maximo illic celebrato patrū cōcilio militaturū: post longā patiētia, post tētata mediā varia, quib⁹ sacerdotē suū Arriū a cōcepta prauitate reuocare studuerat, vt illi⁹ animā liberaret a morte, fidei zelo motus virgētę pastorali cura, p̄curauit vt debuit, p̄uersā eiusdē Arrii blasphemiam in ipso sacro dānari cōcilio, relegariq; authorē. Et nihilominus auditi sunt, qui eandē hærēsim fouebāt dicētes omnia aduersus Arriū acta, per inuidię, seu emulationis malū a sancto viro Alexandro p̄curata fuisse. Itidē & in sancta Constantiēsi synodo inique molietes impedire cōfirmationē dānationis per dñm ep̄m Parisiē. studii generalis ciuitatis eiusdē consilio & doctrinali sentētia. vsus, de erroribus Ioānis Parui factę, cōsimilē prætēxebāt inuidiētię & odii calūniā. Et p̄fecto nō defuerūt seducti hoīes nonnulli, qui dudū per hęc ipsam dēmonis artē, & inchoatū examē, & inde secutū scriptorū Lutheri iudiciū remorari in nostro theologiā sacre collegio niterentur. At fortior p̄ualuit veritas, vincetq; tādē in oībus. Istiusmodi autē dolis, aliisq; plurib⁹ nullo min⁹ humane salutē aduersis, dēmon ipse vsus per hoīes perditos, q; miserabiliter veluti mēcipia illi sese dedūt, & quasi eius organa aut mēbra forēt, quę ipse cupit exequūtur: his superiorib⁹ obtinuit annis p̄mittente deo, vt nō modice coalescerēt factiones Fabristarū & Eramistarū, q; in plurimis Lutheranę perfidię capita sunt. Porro cū Parisiē. theologi pro sui officii debito satagerēt sapius in eiusmodi pestilētes doctrinas diuina mouere arma: repsi fuere nō semel, dicebaturq; eos nō veritatis amore, odioq; falsitatum, sed doctissimorū hominū moueri: q; illos pluriū linguarum peritiā (quas ignorāt, & eis p̄inde inimicatur) florere viderēt, & ob id sumis gratissimos viris esse. Iā autē vt sese negociū aperiret, sua pietate dñs indulſit: & agimus liberi⁹. Sperandū proinde est, qm̄ errantiū misertus dñs nolit vltorius istorū temeritatē hominū sustinere in animarū p̄cioso redēptarum Christi sanguine iacturā: qm̄ tū illorū, tū alioꝝ consulēs salutē, quorūdā excitauit animos, vt tā licētioso pri⁹ malorū cursui iuriū hūanorū p̄sidiis obliterēt.

¶ Propositio. VII.

Nostros (ait Faber) in euāgelio scribēdo cōmentarios & parando, qui te

Li. x. ca. xii.

H

nēbras mentis discuterēt, & in eā quādā veluti purgationē efficerent: aliorū laboribus nō incubuimus, vt inopes magis a deo pēderem⁹. Etenim me nō latebat, diligentia quę studio & euoluendis libris pręstatur, horum sacrōꝝ afferre non posse intelligentiam, sed eam dono & gratia esse expectandam.

¶ Confutatio.

**I** Tria in presentibus verbis cōplectitur Iacobus quę suū authorē trifariā se ductū plane manifestāt. Primū q̄ Cōmētariū eius ab hoim. mētibus tenebras excutiunt, & suscipiēde luci preparāt, ac purgationē quādā in eis peragūt: quis lucē nō inducāt veritatis. Alterū q̄ scribēdo eiusmodi cōmentarios nō luit pręcedētū patrū legere scripta, & illa sequi: sed magis a deo expectare sacri euāgelii intelligentiā, vt. s. quę dicitur⁹ erat, nō per hominē, sed a deo citra mediū cōsequeretur, ab eo vno pendēs. Tertiū est, diligentia humanā quę studio & euoluēdis libris pręstatur, nō afferre cuiq̄ euāgelii sanā intelligētiā: sed a deo mere gratis homini cōferri. In primis nobis exponat ipse, q̄ phis est, quānā virtute aut efficacia cōmētariū eius ab hoim. mētibus nebulas repellūt, easq̄ purgāt: lucē tñ nō afferūt veritatis. p̄ explorato em̄ habet q̄sq̄ cum phia fidē coniūxit: quia neq̄ in naturalibus, neq̄ in spūalibus caligo eli minatur, nisi lucis infusione. Re etenim idē prorsus est effugare tenebras, & lumen inducere: nihil: quippe aliud sunt tenebrę q̄ lucis carētia. Hinc actio ne vna radii solis, aeris in aurora ppellunt obscuritatē: & afferūt lumē. & in spūalibus itidē penitus. Formaliter em̄ per infusam mēti rei cuiuslibet notitiā opposita pellitur ignorantia: siue in praxi fuerit, siue in speculatione. & gratię seu charitatis animę facta collatio: expulsio formalis & quasi actiua est tenebrarū peccati. Inanis itaq̄ prorsus est quā excogitauit de suorū vi cōmentariōꝝ Iacob⁹ ratio: qua somniauit eos mētibus pellere tenebras, easq̄ purgare: lucē tamen nō afferre veritatis. quo vno verbo fateor: qđ verissimū est, Iacobū (ceu Cayphas) vaticinatū esse nesciū, ac p̄ter sp̄. Pro luce etenim euāgelicę veritatis: hērētū & blasphemiarū haud raras attulerūt Fabri cōmētariū mūdo nebulas. Pręterea cū ad hmōi cōscribēdos cōmētarios animū appulit, q̄ro an eius mēs expulsis oībus nebulis ignorantia, plene erat euāgelica pfusa luce, an min⁹. vtrūuis dixerit: cōcedat necesse est hoc per aliorū cōmentarios in eo factū id esse, si illustratus erat: aut futurū si adhuc tenebro⁹ sus. Ait nāq̄ cōmētariōꝝ esse, ab anima ppulsare ignorantiarū nebulas: & ad scopū hunc suos cōscribere pmotus est. Cū igit̄ eo doctore vt p̄paretur mēs ad diuinę susceptionē veritatis, cōmētariū, hoc est textuū expositiones regrātur (Alioquin cur ob id suos ediderit, p̄ferat) Quid est q̄ hac via vniuersū decreuit Christianismū suoapte ingenio iuuare, & ipse a maiorib⁹ suis, sanctis videlicet ecclīę doctoribus edoceri, aut ab ignorantie nebulis purgari dedit: gnatus est: O execrandā & vere desflendā singularitatis supbiā. noluit Iacobus explicaturus sacra euāgelii mysteria (q̄ prę nimia difficultate putat antea nō satis plane fuisse fidelib⁹ referata) patrū pręcedētū libros euoluere: hoies nō placuit habere p̄ceptores, vt inops magis a deo pēderet, q̄ illi modo nō hūano, sed miraculoso, gratia & dono inspiraret & infūderet quęcūq̄ scriptur⁹ esset. Ecce par cupiūt esse Faber prophetis, euāgelistis, ac apōsto

lis, & pręsertim Paulo, qui de se nō pręsumptuose, sed pro ædificatione Galatarū Deo non ingratus, eis dixit. Notū vobis facio fratres euāgelii qđ Gal. ca. i. euāgelizatū est a me: quia nō est secūdū hominē: neq̄ em̄ ego ab hoie accepī illud neq̄ didici: sed per reuelationē Iesu Christi. Si nēpe (vt sibi adulatus credidit Faber) nō humano studio & labore in plegēdis aliorū cōmētariis impēso, quę ceteros doceret habuit: diuinū ius siue nouū euāgelii sunt eius cōmētariū, & cū Ap̄to vere dicere potest: qđ in cōmētariis trado, nō est secūdū hominē. neq̄ em̄ ego ab homine accepī illud neq̄ didici: sed p̄ reuelationē Iesu Christi. O iniquā cogitationē: a Lucifero in spūitu Iacobi immissā. **L** a toto orbe sua vult legi scripta homo qui oēs fere olim damnatas in illis restaurat hērēses: & factōꝝ ecclīę doctōꝝ libros euoluere spernit. Digna certe p̄ temeritate iā recipit. Qđ em̄ hic sese actitasse iactat: mera fuit dei tatio, secūdū speciē illā, qua omisso studio quis alios instruere p̄sumit, existimās q̄ debeat illi deus desursum scientiā immittere. quę quidē tētationum pars p̄ eos est figurata: de q̄bus inqt̄ Propheta: Tentauerunt deū in cordib⁹ **Psa. lxxvii.** suis: vt peterēt a deo escas animabus suis. Deū siquidē plane tentat: qui habēs via humanā cū dei vniuersali auxilio, vnde qđ agēdū incūbit, exequi valeat: illa sp̄eta, vult modo superhumano in se vel p̄ se idipsum fieri. quę admodū isti peruersi Hērēti, qui naturalibus auxiliis licet escas possent habere: Deū tñ tētates petiuerūt vt eas daret p̄ miraculū animabus suis, id est animalibus ppriis cōcupiscētis. Sic noster Iacobus, cū instar sanctōꝝ Bernardi, Anselmi, Thomę Aquinatis, Bonauēturę, & ceterorū, orationibus & assidua lectione eorū q̄ originales beati ecclīę doctores Dionysius, Cyprianus, Basilius, Chrysostomus, Ambrosius, Hieronymus, Augustin⁹, Gregorius, & cōsimiles scripserūt: verā & catholicā diuinorū eloquiōꝝ cōsequi posset: intelligentiā: hoc tñ humanū aspernatus est mediū, & miraculose a deo solo & per se, dignū qui illustraretur semetipsum reputauit. Nō sic certe ipse **M** Christus dñs. Verū cū pro nostra instructione & salute a diabolo sese permississet supra pinaculū tēpli statui, illiq̄ tētator suaderet, dicēs. Si filius dei **Matth. iiii.** es: mitte te deorsum. Respōdit dñs: Scriptū est. Nō tētabis dominū deū tuū **Luc. iiii.** quasi dicat, cū p̄sto gradus habeā p̄ quos descēdere possum naturali modo: deum tentarem, si mediū supra naturam hinc deorsum moueri pro tuo voto cuperē. Qui enim (vt prędictū est) neglectis cōibus dei beneficiis, q̄bus potest qđ debet agere, velut singularis diuinitus in se vel p̄ se fieri gestit, vnde mirabilis videat: diuini p̄uicator est mandat, quo ait. Dñm deū tuū nō tētabis. Qđ pie recognouit fidelis rex Iuda Iosaphat: qui dño dixit. **ii. Para. xx.** Cū ignoramus quid agere debeamus: hoc solū habemus residū, vt oculos nostros dirigamus ad te. Et sanctus patriarcha Abrahā in Ægyptū ob sterilitatē progressus, cū p̄t̄riā periclitari vitā formidaret, si diceret Saram sibi esse vxorem: licet domino inspirante illuc fuisset profectus, ne tamē do minum tentaret, nihil voluit omittere eorum quę citra culpam pro tuēda vita efficere poterat. de cuius facto ita scripsit diuus Augustinus. Abrahā vxorem tacuit, nō negauit: coniugis tuendam pudicitiam committēs deo, **Li. de ciui. dei. xvi. ca.** & humanas insidias cauēs vt homo. quoniā si periculū quantū cauere poterat. **xix.**

Cap. xxvii. pre opū. v. Pſal. xlix. Actū. ix. Daniel. iiii. Matth. x. Ioan. xiiii. Daniel. ix. Actū. liii. Matth. vi. Eccl. xxxix. lib. ca. viii.

N rat nō caueret: magis tentaret deū, q̄ speraret in deo. Libro aut̄ de opere mo nachorū p̄clare super hac deū tētādī via scribit inquiring. Non enim quia dixit deus. Inuoca me in die tribulationis: eruā te. &c. propterea nō debuit fugere Ap̄ls, & per murū in sporta submitti, vt persequētū manus euaderet: sed expectare potius vt cōprehēderetur, & eum sicut tres pueros de mediis ignibus dñs liberaret. aut p̄pter hoc nec dñs dicere debuit. Si vos persecuti fuerint in vnā ciuitatē: fugite in aliā. quia ipse dixit. Si qd petieritis in noīe meo: dabitur vobis. Sicut ergo quisquis persecutionē fugiētibus discipulis Christi obisceret huiusmodi q̄stionē: cur nō stetit potius, & inuocato deo per eius mirabilia sic erueretur, vt Daniel a leonibus, & Petrus a vinculis: Respōderēt nō se oportuisse tentare deū: sed tūc eū talia si vellet esse facturū, cū ipsi quid facerēt nō haberēt. cū vero eis fugā in potestate dedisset: etiā si per illā liberātur, nō nisi ab ipso liberari. Sic etiā dei seruis operātibus, & valētibus exēplo & p̄cepto ap̄lico manibus suis victū cōparare: si quis ex euāgelio mouerit q̄stionē de volatilibus cœli, quę nō serūt neq; merūt. &c. facile respōdebūt. Si & nos p̄ aliquā vel infirmitatē vel occupationē nō possumus operari: sic ille nos pascet & vestiet, quēadmodū aues & lilia, quę nihil operātur huiuscemodī. Cū aut̄ possumus: nō debem? tētare deū nostrū. quia & hoc qd̄ possumus: eius munere possumus. & cū hic viuimus: illo largiēte viuimus, qui largitus est vt possumus. Hęc Augustin⁹. quę si humili corde legisset Iacobus: per beatū p̄sule Augustinū dñs eū docuisset pie de maioribus & ecclesia sentire, & p̄ homines sanctos libēter velle instrui: neq; in eā prolabi cęcitatē, vt crederet diuinorū notitiā, quā assequūtur humiles studiosi vigilādo diu noctuq; catholicorū doctorū scripta legētes, nō eis ex dei dono accedere: cū verissime locutus sit Augustin⁹ dicēs. Quia et si hominū ministerio aut adiutorio Paulus in sporta demissus liberat⁹ sit: non nisi tñ beneficio dñi factū est illud. Et rursum. q̄ quicqd̄ frugi assequitur homo, quīs per hominis alterius officiū: id dei munere obrinet. Et nō plane tētasset deū, cōtra dei mādātū expectās a deo citra mediū cōsequi, qd̄ aliorū fidelīū doctorū more poterat, si vellet de diuinis nosse, quātū illi aut ecclesię opus erat. Quis autē nō vehemēter admiretur viri huius temeritatē: quā nō erubuit mūdo scribere se maiorū libros noluisse scrutari, vt inde doctrinā quā posset aliis tradere sibi cōpararet. cū spūs dei p̄ quēdā scribi fecerit: Quia sapiētia omnīū antiquorū exgret sapiēs, & in prophetis vacabit, narrationē viros nominatorū cōseruabit: occulta prouerbioꝝ exgret, & in absconditis parabolarū cōuersabit. & alibi. Ne despicias narrationē presbyterorū sapiētū: & in prouerbiis eorū cōuersare. Vnde & in superiorib⁹ ex sancto Hieronymo sumus edocti: quēadmodū & sapiēs Salomon, & Ap̄ls Paulus alios docturi, nō modo curauerūt proferre quę deo eis reuelante didicerāt: verū quoq; & ea quę proprio labore in literis legerāt Ethnicorū. Quādo itaq; dignū sese intolerabili arrogātia reputauit Iacobus, quā a deo per se nō per homines (vt ceteri hominū) per miraculū doceretur: quis nō iuste eū comēruisse decernet, qui ab erroris perfūderetur spiritu: quod vel sero humiliter animaduertere det illi Dei misericordia. Amen.

ANNOTATIONES IN COMMENTARIOS IACOBI FABRI IN MATTHÆVM.

¶ Propositio. VIII.

¶ Thamar omnino insignis iusta & prudens ex historia sacra cognoscitur: Cap. i. & nequaquam peccatrix: etsi vt iustitia impleretur se vt peccatricē demonstrauit. Gene. 38.

¶ Confutatio.

**Q**uantūlibet fuerit Thamar insignis iusta & prudens, de his P p̄conis perparum sane meminerunt eloquia sacra: aut nos doceat Iacobus, quęnam scriptura enunciat insignem fuisse Thamar, iustā & prudentē. Hoc (opinor) non est docturus. De ea solū dicitur quod laudē sonare videam: q̄ secūdo eius viro mortuo, verbis focerī Iudę audiens (qui ei dixerat: esto vidua in domo patris tui, donec crescat Sela filius me⁹) abiit & habitauit in domo patris sui. Quicquid vero de ea p̄ter hoc vnum verbum scriptura narrat: minime profecto fœminę virtutem p̄tendit, sed crimen plane redolet. quod autem hic asserit Iacobus, nō peccasse videlicet eā, sese focero per dolum prostituyendo: vt plane erroneū omnino reiciendū est. Porro concubitus omnīs extra matrimonū: flagitium capitale est, etiam inter solutas personas quę vt simul contrahant sint capaces. Alioquin non diceret scriptura. Ecce autē post tres menses nunciauerunt Iudā, dicentes: Fornicata est Thamar nurus tua, & videtur vterus illius intumescere. dixitq; Iudas: Producite eam & cōburatur. & re vera si de alio concepisset viro quocumq; , pro criminis pœna mortem subiisset: quod non fieret, nisi pro mortali noxa. Manifestū est autē quia socio vxorem nurū habere (naturalī id vetante lege) nequibat. Enormius itaq; multo peccauit Thamar, se velut scortū (vt dicit scriptura) exhibitō admisisset. Fuit enim actus ille venerēus non fornicatio simplex, sed incestus, nulla excusatus lege. Nempe inter focerum & nurum neutiq; matrimonū legitīmū esse poterat. Hinc sciens Iudas illicitum prorsus esse commercium tale: vltra (dicente scriptura) non cognouit eam. Et quā nō ignorans cōsimiliter ipsa Thamar esset, q̄ nullatenus per legem naturę licebat carnalē inter focerum & nurum copulam admitti: & ob hoc, q̄ nunq; sciens Iudas eam vellet cognoscere: quoniam grauius flagitium longe foret, q̄ cū scorto misceri: quod passione victus, mortaliter tamen peccando, commisit. viduitatis mutatis vestibus, meretricem se esse, quo illum falleret, mentita est: habitu, loci statione, & cæteris accommodis ad nefas procurandū signis: cooperta etiā ne agnosceretur facie. quīs inquā illicitū optime nosset quod agebat Thamar. Alioqn si p̄ legis indulgētiā licere poterat, iusq; in focerū haberet, vt filiis mortuis semen in ea suscitaret: cur id nō poscebat ipsa palam: prolis tñ fœminea cupiditate victa: non detrectauit etiā modo reprobo ad id vt perueniret contēdere. si cōcubitus ipse potuisset quomodocūq; (qd̄ tamē nullatenus valet) excusari: bis nihilosecius eo in factō Thamar

peccasse, alias cuiq; prudenti certum esse debet. Primo quoniã semetipsam impudenter scandalizauit: locũ scilicet meretricũ accedẽdo, ibiq; (Cœu vena lis foret) instar scortũ sedendo. qua arte volens effecit vt ipse Iudas facinus cõmiserit, opinatus cũ meretrice rẽ habere voluptuosam: qđ non erat absq; eiusmodi dolis facturus. Certũ est enim hoc iustẽ & probatẽ matronẽ minime posse licere. Prẽterea q; proximis scandalũ vere actiuũ dedit: eos omni- bus circũstãtiis ad nefarios prouocans luxuriẽ actus. quod ipsi Iudẽ cõstat euidenter contigisse: quia eiusmodi illectiuus captus est. de quo dicit textus. Quã scilicet Thamar, metitis habitu & gestu, cũ vidisset Iudas: suspicatur esse meretricẽ. & quod mox in eo obuēnit, libidinis scilicet stimulis vinci, & facinori consentire, in alio poterat simili modo contingere: etiã si decreuis- set Thamar nulli se virorũ cõmunicare prẽter Iudam. Peccato igitur quod specialiter scandalũ dicitur: Deũ offendit Thamar. Item & mendacio: quod factis multipharia perpetravit. Nihil enim pro sententia refert sanctorũ: si quis verbo sciẽs vt fallat falsum enũciat, aut innuat factis. Scelere igitur tri- plici animam suã scõdauit Thamar: incestu scilicet, cõtra id quod per legẽ scripsit dominus. Non mœchaberis, agẽdo. mendacio: contra id. Nõ falsum testimoniũ dices. quia os quod mentitur: occidit animã. & domino dixit Da- uid. Odisti dñe oēs qui operãtur iniquitatẽ: perdes omnes qui loquũtur me- daciũ. Et deniq; scandalo. contra id quod dñs dixit. Vẽh mũdo a scandalis. & Vẽh homini illi per quẽ scandalũ venit. Quoniã autẽ Priscillianistẽ heretici pro suis occultandis impietatibus, dicebãt licita esse mēdacia, suum partim colorantes errorẽ per factũ ipsius Thamar: cuius in factis iustificã- bant mendacia (in quo eorũ se prẽstat Faber discipulum) librum aduersus illorum stultitiam scripsit Augustinus ad Consentiuũ: cui nomen dedit, con- tra mendaciũ. & vno loco ita pro re prẽsenti definiuit. Cur autẽ isti scilicet Priscillianistẽ, imitandã sibi Thamar existimãt metiẽtẽ: & imitadũ Iudam nõ existimãt fornicantẽ. ibi enim vtrũq; legerũt, & nihil horũ scriptura illa siue culpauit, siue laudauit: sed tãtũmodo vtrũq; narrauit, & iudicãdũ nobis vtrũq; dimisit. Sed mirum, si aliquid horum imitandum impune permisit. Hęc ille. Ob rationes itaq; quarũ partẽ explicauimus: sancti doctores Tha- mar peccasse decernũt. Chrysostomus enim super Mattheum istud differẽs Iudas autẽ genuit Phares & Zaram de Thamar: ait q; non solum quia car- nem suscepit, & homo factus est Dei filius: admiratione dignus est. sed quia etiam natus tales progenitores habere dignatus est: nihil de nostris vilita- tibus erubescens. Idq; ab ipsiẽ Euangelista initiis prẽdicauit, quia scilicet il- lum nihil pudeat omnino ex peccatoribus carnis assumptẽ. Ambrosius ve- ro super Lucam de eodem Thamar loquens negotio: Sancti Matthei (in- quit) consiliũ a rationis iustitia non abhorret. Nam cum euangelizaret se- cundum carnem generatum esse, qui omnium peccata suscepit: subie- ctum iniuriis, subditum passioni: nec hoc quidem putauit exortem asseren- dum esse pietatis: vt maculatã quoq; originis non recusaret iniuriã, si- mul ne puderet ecclesiam de peccatoribus congregari. Hieronymi autem absolutam hoc in loco tenemus sententiã. Is enim super Mattheum. Notan-

dum inquit in genealogia Saluatoris, nullam sanctarũ assumi mulierum: sed eas quas scriptura reprehẽdit. vt qui propter peccatores venerat: de pec- catoribus nascens, omnium peccata deleat. Non parũ istud Hieronymi as- sertum distat ab eo quod scripsit Faber. longe etenim absunt: nullam in ge- nealogia saluatoris sanctarum assumi mulierũ, sed eas quas reprehẽdit scri- ptura. & quod ait Faber: Thamar omnino insignis, iusta, & prudẽs ex histo- ria sacra cognoscitur, & nequaq; peccatrix. At cum (vti prẽscriptũ est) doce- re nequeat Iacob, vbi in scriptura aliter sit cõmendata Thamar, q; expressi- mus: firmiter credendum est & defendendũ: quia non semel illo in tempore Thamar deliquit. Neq; ideo iustificatur q; Iudas dixerit: iustior me est. nega- tiue siquidẽ istud, q; de fidei necessitate sit accipiendũ: inde conspicuum red- ditur: quia si assertiue quis illud intelligendũ contendat: statim per dialecti- cam fateri cõpellitur, quia eo in cõmercio carnali iustus fuerit Iudas, & non peccauerit. Voluit itaq; Iudas significare: quia Thamar min⁹ se peccauerit. tum q; ille non tradens ipsi Thamar tertiuũ filium Selam: & legẽ & datã ei prãuaricatus est fidẽ. tum q; non amore prolis (sicut ipsa Thamar illi⁹ cre- ditur expetiuisse concubitũ) sed furore cupidinis accessus: eam quam scortũ suspicatur est accessit, libidini satisfacturus. Alias tamẽ peccauit (vt est prẽ- dictum) mulier ipsa. Quod his etiã verbis Hieronym⁹ docuit: quã in mar- ginali glossẽmate leguntur. In Hebræo habetur: iustificata est ex me. Nõ q; iusta fuerit: sed q; cõparatione illius minus male fecerit, nõ vaga turpitu- dine, sed reqrendo filios. Sic ibi. Q; si vsq; legatur in sanctorũ scriptis, quod primo occurru videatur innuere: I hamar in re de qua loquimur non peccas- se: id sane venit pro reuerentia scriptorũ accipiendũ & exponendũ: scilicet q; tria illa quã perpetrasse eam mōstrauimus peccata, propter solũ prolis de- siderium (quo mota vt sic ageret, fuisse creditur: nõ autem immoderata car- nis cõcupiscentia) in multo secundũ iustitiã rationẽ imminuta fuere. eã ve- rø simpliciter excusare, quasi in omnib⁹ nõ peccauerit: omnino scripturis & rationi contrariũ est. Magis autẽ ex hoc diuina magnificari debet sapientia: quã attingens a fine vsq; ad finem fortiter, nouit etiam peruerse hominũ fa- cta & scelera in electorũ suorum cõmodum conuertere: quod & de adulterio Dauid regis cum Bersabee, ac nequam regibus Iudẽ in ei⁹ sancta gene- rationis descriptione numeratis, plane constat obuēnisse. Neq; est quoquo pacto etiam credendũ Fabro, qui ipsam Bersabee a peccato suo iure simpli- citer immunẽ decernit, sed pfecto omnino erronee: nequaq; enim qlibet ab rege vocata sit & suasa, persuaderi vt cõsentiret adulterio potuit citra cri- men. vi potuit innocens opprimi, sollicitãti autem vel regi in flagitio con- sentire innocenter haud potuit.

## ¶ Propositio. IX.

Nemo ex Hebræa plebe Christo nato suam pacem requisit, nemo lumen suum secutus est: nemo suã salutem. Sed ipsiẽ eam negligẽtib⁹, gẽtes (quẽ per magos figuratur) illã nõ modo secutẽ sunt: sed & allecutẽ, atq; adeptẽ.

## ¶ Confutatio.

Hęc cum euangelio manifeste aduersentur heretica decerno, certũ enim ex X



Beati Lucae contextu habemus: quia Christi natiuitas, de qua loquitur Iacobus, non primū gentibus euangelizata est: sed Hebraeis, pastoribus scilicet quibus omnium Iudaeorum vice semetipsum salutē paruulus factus dominus obtulit, & quidē celeberrime: ut puta per angelū domini, qui dixit illis. Ecce euangelizo vobis gaudiū magnum, quod erit omni populo: Iudaeo scilicet & Gētili, qui credere & obcedere voluerit. quia natus est hodie saluator, qui est Christus dominus &c. Quae autē Pastores illi Iudaei annunciatam non neglexerint salutē, verum omni diligentia requisierint eam: nō tacuit Lucas, sed vigilanter monumentis literarū prodidit dicēs. Et factum est ut discesserunt ab eis angeli in caelum, Pastores loquebatur adiuuicem: Transeamus vsque Bethleem &c. sequitur. & venerunt festinantes, & inuenerunt Mariā & Ioseph, & infantē positum in praesepe. & quae sequuntur. Itē sancti, Symeon iustus & timoratus, & Anna vidua sacra, Ap̄li quoque & Discipuli quos per se Christus adultus ad nouam suā vocauit religionē: nonne omni cū pietate & prouidentissima obcedentia Christū sunt alacriter secuti, qui vera eorum pax erat lumen & salus: quid ergo praesumpsit Faber asserere dicēs: Nemo ex Hebraeae plebe suam pacē requisit, nemo lumen suum secutus est, nemo suā salutem: sed omnes eā neglexerunt. Absolute locutus est: nemo inquit: quod non potest quis nimirū demirari: qui ecclesiae non ignorat exordia. Liqueat enim per Apostolicos actus quos Beatus Lucas literis madauit: ad praedicationes Petri, Ioannis, Stephani, & ceterorum, proximis post susceptū in igneis linguis spiritum sanctū diebus, nō pauca Hebraeorū milia Christum suam pacē, lumen & salutem, feruentissima deuotione fuisse, nō ad tempus, sed cōstanter secuta: Hebraeos Christum nō quaesuisse, sed oblatū quosdam acceptasse. Reges autem gentium primitias illum requisuisse nō oblatum. Nempe si sese illis per stellam non obtulisset natus saluator, ceu per angelos Iudaeis: eum minime valuissent requirere ipsi magi. quia verū est quod postmodū dixit. Nemo potest venire ad me, nisi pater meus traxerit eum, & nemo venit ad patrem, nisi per me.

Propositio. X.

Poenitentia, respicientia est seu sententiae mutatio, conuersio, reuersioque, ad deum motio: quae praeuiō fit spiritus sancti aduentu. Sanctū & desiderabile nomē, non carnis afflictio, nō maceratio. & post pauca. Ergo & Ioānes & dñs postea ad magnā dulcedinem inuitabant, quādo vocabāt ad hanc poenitentiam.

Confutatio.

Haec partim Iacobum docuit haereticus Luther, & praesertim in eo quod dicit poenitentiae nomen esse desiderabile, poenitentiaque non esse carnis afflictio nem aut macerationem: sed respicientia &c. Sunt enim fere verba haec, quae me legisse memini in epistola quā opusculo quod de indulgentiis Luther dudum edidit, praemisit. Sunt autē ista, omni probabilitate carētia, inopinabiliaque: & scripturis sanctis dissona. Quae in superioribus quia euidenter monstratum est: nō opus est hic immorari. Tantū nobis dicat Iacobus, quia intelligentia, spiritus qui eū docuit, suggessit illi accipiēda esse haec Christi in

Matth. xi.

Matthaeo verba. Coepit, scilicet dominus, exprobrare ciuitatibus, in quibus factae

etiae sunt plurimae virtutes eius, quia non egissent poenitentiam: Vah tibi Corozaym, vah tibi Bethsaida: quia si in Tyro & Sidone factae essent virtutes quae factae sunt in vobis, olim in cilicio & cinere poenitentiam egissent. Et idem in Luca fere: Si in Tyro & Sidone factae fuissent virtutes quae factae sunt in vobis, scilicet Capharnaū & aliis ciuitatibus ubi crebro dñs praedicauit: olim in cilicio & cinere sedentes poeniterēt. Et rursus quod domino referente nouimus: diuitem illum, qui dū viueret induebatur purpura & bisso, & epulabatur quotidie splendide, in tormentorum loco Abraham patri dixisse: quia si quis ex mortuis iret ad quinque suos fratres, & illis nunciaret qualis sit in inferno status eorum, qui carnē affligere & macerare in mūdo noluerunt, magis diligētes quotidie splendide epulari: poenitentiam inquit agēt. Et quod domino dixit sanctus Iob: Ipse me reprehēdo, & ago poenitentiam in cinere & fauilla. Si, ut perperā tradidit Faber, de poenitentiae ratione nō sunt carnis afflictio & maceratio: cur Beato Nicolao, etiam ex vtero deus inspirauit: ut ageret quod de eo canit ecclesia dicēs: Dum pederet ad mammillam matris ab infantia, quarta semel bibit illā atque sexta feria: ne per lactis puer stillā solueret ieiunia. Ne autē istud Diui Nicolai genus afflictionis corporalis aspernetur quispiā, quasi narratio sit arbitraria, quae nullam in scripturis habeat suae institutionis causam: attendat quae ita praesumere proeliū est, dominū nō reprobasse quod dicit Pharisaeus, ieiuno bis in sabato: sed magis referendo id iudicauit cōmendatione dignū. Si rursus nō quaerit Deus aut cōmendat per ieiunia & abstinēcias lasciuientis corporis afflictiones ac macerationes: quare Christus ipse (cū pro se non egeret) voluit quadraginta diebus & quadraginta noctibus ieiunare, & in deserto sedēs seruandū nonnunquam esse docere silentiū: & id tam sollicitē per euangelistas suos describit: Sed cur spiritus domini suggessit sanctae viduae Iudith, ieiunare omnibus diebus vitae suae: & sanctae viduae Annae euangelicae, quae scilicet paruulo Christo die ab eius natiuitate quadragesimo cū sancto Symeone bene dicebat: ut nō discederet de templo, sed ieiuniis & orationibus vacans Deo seruiret die ac nocte: Iacobum Fabrum pudeat, quod sese patronū carnis etiam in fine suorum dierū exhibuerit: quoniam omni ex parte eum obruunt sacra eloquia. Quod autē ait fieri poenitentiam in homine, spiritus sancti praeuiō aduentus: erroneum prorsus iudicandum est. Porro in superioribus clare docuimus quia in nemine dicitur aduenire spiritus sanctus, nisi per charitatis donum. Si ergo praeeat spiritus sanctus hominis poenitentiam: ante poenitentiam vero semper in peccato manet homo: constat quia spiritus sanctus homini datur in eumque aduenit, priusquam sit per actū poenitentiae solutus a peccato. Quae omnino a sana fidei abhorret doctrina. Quae denique hic scripsit, dominum scilicet & Baptistam Ioannē vocādo peccatores ad poenitentiam: eos ad magnā inuitasse dulcedinem, quia scilicet poenitentiae nomē desiderabile est: quasi dicat, suauitatem signat non duram carnis afflictionem aut macerationē: quae fit absurda & daemónica cogitatio, quis non videat: Confessus est Apostolus Hebraeis loquens, quia omnis disciplina in praesenti quidē hoc est secundum corporis sensū, videtur nō esse gaudiū, sed mœroris. & nouus euangelista Fa-

Luca. xi.

Cap. xlii.

Luca. xviii.

Z

Matth. iiii.

Cap. viii.

Luca. ii. ca.

Hebrae. xii.

ber prædicat: pœnitentia suavis est ac dulcedo. Si hoc tantum dixisset: poterat locutione metonymica excusari, causam scilicet pro effectu positam intelligere: ut iste sensus esset: Pœnitentia quis in se non sit gaudium (sicut dicit Ap[osto]lus) sed meroris: gignit tamen (si vera sit) in pœnitente suauitatem mentis atque dulcedinem. quod idem expressit Apostolus adiciens. Postea autem fructum patissimum exercitatis per eam (scilicet disciplinam, id est pœnitentiam) reddet iustitiam. At intelligentiam hanc (quæ pia est & verissima. hinc dixit Augusti. Peccator de peccato doleat, & de dolore gaudeat) non præterit Faber, sed omnino reuocat: dicens miserabili cecitate pœnitentiam non esse carnis afflictionem aut macerationem. cui plane aduersantur sacra eloquia. Affligetis inquit dominus Iudæis, animas vestras religione perpetua. Hinc pro suo populo pœnitentiam agens sanctus Daniel: In diebus illis (inquit) ego Daniel iugebam triuim hebdomadarum diebus. Panem desiderabilem non comedi (supplendum, uti consueuerat) sed parcissime, aut fursureum, qui desiderabilis non est, tantum comedi. & caro & vinum non introierunt in os meum. sed neque unguento unctus sum: donec compleretur triuim hebdomadarum dies. hæc ille: quæ longe absunt a Iacobi votis.

**A**utem huiusmodi ardua carnis afflictio & maceratio, deo gratia fit, & magno digna premio, contra id quod in præcedentibus erronee tradit: inde colligitur euidenter. Nam angelus Daniëlem affat: Daniel vir de sideriorum (ait) intellige verba quæ ego loquor ad te. Ex die primo quo posuisti cor tuum ad intelligendum ut te affligeres in conspectu Dei tui: exaudita sunt verba tua, & ego veni propter sermones tuos. Ecce liberationis populi Iudæorum a captiuitate Babylonica, quam a deo exposcebat Daniel: causam meritoriam, manifeste docet angelus Daniëlis fuisse pœnitentiam, id est carnis afflictionem & macerationem cum orationibus, dicens. Ex die primo quo posuisti cor tuum, hoc est firmiter decreuisti te tam austera pœnitentia affligere, in conspectu Dei tui: exaudita sunt verba tua. Non est quippe numerus diuinorum eloquiorum, in quibus de ieiunio mentio fit: quæ in propugnaculo Clichtouei legi possunt. Certum est autem quod discipuli Ioannis frequenter ieiunabant. Beatis item Paulo, Barnabæ, & quibusdam aliis domino ministrantibus & ieiunantibus: dixit illis spiritus sanctus. Segregate mihi Saulum & Barnabam in opus ad quod assumpsi eos. Maceratio igitur corporis per ieiunium pœnitentię partem, Deo acceptissima est. Vnde constat hic Fabrum infeliciter cum Luthero dextras iunxisse manus.

¶ Propositio. XI.

Qui recte videt, plane discernit quod nihil sunt aut Essetorum, aut Phariseorum, aut huiusmodi placita: sed cuius cor fide viuunt, & tota fiducia ex Deo verbo quod dei pœdet. Illi particulares & serui, hic vniuersalis & liber: illi humane incedunt, hic diuine: illi ad multa disperguntur, hic ad unum colliguntur: illi quodam modo superstitiosi, hic vere fidelis. & paulo post. Beatus igitur cui viuam obligat fides, & qui gratia non operibus (etsi maxime adsint opera) viuunt.

¶ Propositio. XII.

Non moueant quemquam belle concinnata & multam præ se ferentia sapientiam humana instituta: quæ si obseruas ut humana, nihil te iuuant: sed ut diuina,

mendacium committis, Deo tribuens quæ neque iussit, neque mandauit. æque enim piaculum est Dei verbum ut hominis, & hominis ut Dei verbum obseruare.

¶ Propositio. XIII.

Sola verbi Dei, ut Dei verbum est, obseruatio iuuat.

¶ Propositio. XIII.

Dominus monebat discipulos: ut a fermento, id est doctrina Phariseorum & Saduceorum attenderent, quia humana traditio erat, non Dei verbum, non diuinum mandatum. quæ quod parit est hypocrisis.

¶ Confutatio.

Quorsum per hæc feratur verba Iacobus: non operosum est intelligere. duo enim in summa præterit. Primum particulares in vniuersali Christianorum religiones carpere & uti superstitiosas damnare. cuiusmodi sunt religiones sanctorum Hieronymi, Augustini, Benedicti, Francisci, & cõsimiles quatuordecim per vniuersam comprobantur sint ecclesiam. Alterum, eorundem sanctorum patrum instituta, id est per quæ suos erexerunt ordines, regulas, ac in vniuersum omnia hominum constituta improbare. Existimat enim (ceu ex eius liquet sermonibus) eiusmodi sacras beatorum patrum religiones, superstitiosas in Christianismo esse ac perniciosas. quæ cogitatio & eius editis libris expressio, quæ sit peruersa, schismatica, & blasphemica: satis superque ex Antiluthero & Propugnaculo Clichtouei monstratur. Annotationibus quoque variis antea rei huiusce meminimus & nos. Item & plane quod de ipsis hominum placitis, id est legibus, decretis, seu constitutionibus dogmatizat: per illa reprobatur constat. Ceterum quis non demitteret Iacobi cecitatem, qui maturius perpenderit quod manifeste sint obuia illius factis propria verba. Nam cum dicat quia sola verbi Dei (ut Dei verbum est) obseruatio iuuat: quod plane hereticum est: sicuti & id quod secutus adiecit: Quicquid humana parit traditio, hypocrisis est. Certum est autem Dei verbum esse, pro Iacobi sententia, sacrę scripturę textum. Si ergo illius sola obseruatio iuuare potest: quomodo Iacobi commentarii, & ut hic particularius agamus, quatuor hæc propositiones annotatę quęque iuuare poterunt: non enim sunt sacrę scripturę pars: verum potius sanę illius intelligentię plane aduersantur. Cum igitur non sint diuina scriptura, aut Dei verbum, sed Fabristica traditio: quid doctore Fabro etiã si non essent erronea, parere valent, nisi hypocrisis? Mirabile quod, quod homines isti suis verbis palam semet ipsos damnant: & non animaduertunt. quod non modo hic proditur, sed & in singulis fere quæ factio ista moliri conata est. Siquidem diebus istis oblatus est Parisiensium theologorum collegio liber vnus, qui vulgo dicitur liber Exhortationum super Epistolas & Euangelia, pro vsu Meldensium (quod complectatur videlicet Epistolas & Euangelia, quæ dominicis & nonnullis diebus festis in ecclesia leguntur) in gallicam versus linguam, adiecta cuiusque epistolę & euangelio exhortatoria oratione ad populum: postulatumque, uti de eo prius iuste perpenso & discussio dominis per sedem Apostolicam delegatis pro hæresum extirpatione suam daret doctrinale iudicium. Libro autem pro fidei zelo vigilanter examinato, compertum est, quod licet passim & omni fere eandem exhortationum pagina declametur, nihil esse populo præter euangelium præ-

dicandū: vix tamē vlla ipsarū est exhortationū, quę in toto euangelicę con-  
sentiat veritati. quod studiosis cōstare poterit, certo per ipsorū cōtūm theo-  
logorū super ea re edito iudicio. Libri autē illius authores (vt dicitur) fue-  
runt Iacobus Faber, & eius discipuli. Iam suas si valent tueatur inuentiones,  
quę certe non modo humanę sunt, sed & Sathanicę: cū ipsi mūdum totū eas  
cupiant amplecti, quasi acrisia percussī: qua fit vt sua sibi tantum placeant  
scripta, veluti diuina essent oracula: cum tamē sint in plurimis cōmenta de-  
monis. Ceterorū vero sacrorū ecclesię doctorū libros, & patrum regulares  
viuendi formas, tanq̄ supersticiosas aut inspidas expuūt, ac ita floccifaciūt,  
vt neq; eorūdem scripta sanctorū Iacobus oculis percūrrere dignatus sit.  
Nam de eiusmodi enūciare nō est veritus, vt prędiximus, cognoscere sese, q̄  
illa non possunt sacrorū euangeliorum afferre eoy: studioso intelligētiam.  
Qz autē euidenter sit hereticum dicere, solam verbī Deī obseruationē posse  
hominē iuuare: & q̄ quicquid humana parit traditio, hypocrisis est: constat.  
quia tam veteri q̄ nouo cōtrauenit testamento. In illo enim plurimū cōmen-  
datur Moyses: q̄ humanę traditioni, hoc est consilio Ietro loceri sui, gentili  
origine progeniti humiliter acquieuit. Certū est autē Ietro verba non fuisse  
diuina, sed hominis prudentis: quibus Moysen instruxit dicens. Nō bonam  
rem facis, stulto labore cōsumeris, & tu & populus iste qui tecum est: vltra  
vires tuas est negociū: solus illud non potes sustinere, sed audi verba mea  
atq; cōsilia, & erit dominus tecū. Esto tu populo in his quę ad Deū pertinet,  
vt referas quę dicuntur ad eū: ostendasq; populo cerimonias & ritū colendi,  
viāq; per quam ingredi debeant, & opus quod facere debeant. Prouide autē  
de omni plebe sapientes & timentes Deum, in quibus sit veritas, & qui ode-  
runt auaritiā: & constitue ex eis tribunos & centuriones & quinquagena-  
rios & decanos: qui iudicent populum omni tempore. Quicquid autē maius  
fuerit referant ad te: & ipsi minora tātūmodo iudicent: leuiusq; sit tibi par-  
tito in alios onere. En Ietro, homo genere Ethnicus, humana prudētia perpē-  
so populi Deī regimine, sancto prophetę Moyši consiliū impertitur. Et cum  
verba ipsius humana essent traditio: q̄ tamen si eis pareat Moyses, laudem  
apud homines, & apud Deum ingens prēmīū promeriturus sit contestatur,  
perinde ac si a Deo per se illud, aut per angelū accepisset: & forsā vberius.  
quod hinc plane colligitur. Nā ipse Ietro cōsequēter Moyši promisit, dicens.  
Si hoc feceris: implebis imperiū domini, & pręcepta eius poteris sustētare,  
& omnis hic populus reuertetur ad loca sua cū pace. sequitur. Quibus audi-  
tis Moyses fecit omnia quę ille suggererat. Per hoc liquet quod diximus.  
sibi em̄ oīno aduersantur hęc. Audi verba mea, atq; cōsilia mea (dixit Ietro)  
id est hominis: & erit dominus tecum. & si hoc feceris implebis imperiū do-  
mini: hoc est iustū, & prudens (q̄ sit hominis) sequeris cōsiliū: quod vt  
fiat, iubet dominus. & Sola verbī Deī obseruatiā iuuat: quia quicquid huma-  
na parit traditio, hypocrisis est. Idem præterea luce clarius habetur de obce-  
diētia Rechabitarū ad patris sui Ionadab traditionē. De qua apud sanctum  
prophetam Hieremiā ita legimus. Verbū quod factū est ad Hieremiā a do-  
mino. Vade ad domū Rechabitarū, & loquere eis: & introduces eos in do-

Exo. xviii.

D

Cap. xxv.

num domini in vnam exedram thesaurorū, id est vnū cœnaculorū templo-  
viciniorum: vbi pars seruabantur thesaurorū. & dabis eis bibere vinū. id est  
vinum eis offeres: rogans vt eo vtantur. Et assumpsi vniuersam domū Re-  
chabitarū, & introduxit eos in domū dñi ad Gazophylaciū filioy Anan, filii  
Izedelie hominis Deī, quod erat iuxta Gazophilacium principū, super the-  
saurum Masæ filii Sellum: qui erat custos vestibuli. & posuit corā filiis do-  
m̄ Rechabitarū cyphos plenos vino & calices: & dixit ad eos, bibite vinū.  
qui responderunt nō bibemus vinū: quia Ionadab fili⁹ Rechab pater noster  
præcepit nobis dicens. Non bibetis vinum vos & filii vestri vsq; in sempiter-  
num, & domū non ædificabitis, & sementē non feretis, & vinetas nō planta-  
bitis, nec habebitis, sed in tabernaculis habitabitis cunctis diebus vestris.  
Obcediūmus ergo voci Ionadab, filii Rechab patris nostri in omnib⁹ quæ  
præcepit nobis: ita vt non biberemus vinū cunctis dieb⁹ nostris, nos & mu-  
lieres nostræ, filii & filia nostræ, & nō ædificarem⁹ domos &c. sed obcediē-  
tes fuimus iuxta omnia quæ præcepit nobis Ionadab pater noster. Quid ad  
hęc obtēsurus est Faber: forte quia patris Ionadab ad filios verba, diuinum  
erant mandatū: proinde illis obtēperantes, non præcepto parebāt hominis,  
sed deī. Si ita respōdeat: heresim heresi copulat. quod inde manifestatur. Por-  
ro in sacro Hieremiæ textu sequitur. Hęc dixit dominus exercituum Deus  
Israel. Vade & dic viris Iuda & habitatoribus Hierusalem: nunquid nō re-  
cipietis disciplinā: vt obcediatis verbis meis dixit dominus. Præualuerūt ser-  
mones Ionadab filii Rechab, quos præcepit filiis suis vt nō biberēt vinum:  
& non biberunt vsq; ad diē hanc, quia obcederunt præcepto patris sui. Ego  
autem locutus sum ad vos de mane cōsurgēs & loquens: & non obcedistis  
mihi. Ecce palam factū est, quia præceptū Ionadab filiis suis factū humana  
fuit traditio & minime Deī verbū. Eius tamen obseruantia miris effert (cœ-  
plana constat litera) deus laudibus. Hęc autē non concise, sed plenius pro-  
sequi volumus: quonia per ea euidenter damnatur omnia fere quæ Iacobus  
in factitias religiones hominūq; constituta oblatrando, locis pluribus eio-  
muit: discipulum ea in re præstans sese Arriū hæresiarchæ, Valdēsium quoq;  
& Vitcles, aliorūq; multorum hæreticorū: Lutheri autē præceptorē. Qz  
autem istud, verbo deī est deferendū, errorū vnus fuerit Arrianorū: ex Maxi-  
mini episcopi Arrianorū, & quidē doctissimi constat verbis. Ita enim Beato  
Augustino publica disputatione protestatus est inquis. Si aliquid rationa-  
bile dixeris: necesse vt sequar. Si quid enim de diuinis scripturis protuleris  
quod cōmune est cū omnib⁹: necesse est vt audiamus. hęc vero voces quę ex-  
tra scripturā sunt: nullo casu a nobis (Arrianis scilicet) suscipiuntur. Præter  
ea cum ipse dominus moueat nos & dicat. sine causa colunt me: docētes mā-  
data & pręcepta hominū. Hęc Arrianus episcopus: quę te vera non spreuit  
Faber, sed (vt dicunt) vbiq; ea mordicus retinet & tueri satagit. Augustin⁹  
vero præsentens hereticum nouarū insectu quæstionum tēpus velle cetero-  
rum more hæreticorū redimere: tunc illas prudenter declinare studuit di-  
cens. Si ad ista omnia (proposuerat enim multa: e quibus id vnum qd̄ ad rē  
præsentē attinet expressimus) respōdere voluero: id etiā ego agere videbor,

Li. i. contra  
Maximinū,  
Arrianorū  
ep̄m. cap. i.  
pre op̄. xi.  
Matth. xv.

ne veniatur ad causam. Proinde ut cito agamus quod instat &c. Alibi autē quid de Arrianorum & Fabri asserto, quo aiunt solam verbi Dei obseruandam auctoritatem, pro scripturæ sacræ intentione tenendum sit: declarauit & quidem manifeste. Si quidem exponēs psalmum. lxx. cui titulus est psalmus Dauid filiorum Ionadab & priorum captiuorum: differendo eiusmodi titulum ita ait Augustinus. Ionadab homo fuit quidā. Commendatur nobis ex prophetia Hieremię: qui filiis suis præceperat ut vinum nō biberent, neq; in domibus residerent, sed in tabernaculis habitarent. Præceptum autem patris sui tenuerunt & seruauerūt: & ex hoc benedici a domino meruerunt. Dominus autem hoc nō præceperat, sed pater ipsorum. Sic autem hoc acceperunt tanq̄ præceptum a domino Deo suo. quia etsi nō præceperat ut non biberent vinū, & in tabernaculis habitarent: præceperat tamen dominus ut filii patri obedirent. In ea ergo re sola filius nō debet obedire patri suo: si aliquid pater ipsius iusserit contra dominū Deum ipsius. Neq; enim debet irasci pater: quādo sic ei præponitur Deus. Vbi autē hoc iubet pater quod contra dominū non sit: sic audiendus est quomodo Deus, quia obedire patri iussit Deus. Benedixit ergo Deus filios Ionadab propter obedientiam: eosq; obiecit inobedienti populo suo, exprobrās quia cum filii Ionadab obedientes essent patri suo, illi non obediret Deo suo. hæc Augustinus. Per quæ facile poterit Iacobus colligere q̄ misere permisit sese ab hoste salutis nostræ Iudæi eo sophismate, quo vniuersum & ipse fidelem populum fallere omni spiritu contēdit ita arguens. Hoc vel illud non mādat Deus, aut præcepit: sed homo. non est igitur cuiuspiam ut pareat, ad salutem necessarium. cauillum etenim resoluit Augustinus: & quidē iustissime, dicēs. Quia etsi non præceperit Deus filiis Ionadab a vino abstinere &c. præcepit tamen ut in his quæ contra Dei iussa non forent: patri ut Deo obedirent. Et hoc in articulo ratio tota iacet: quæ humanis cōstitutionibus (quæ legi diuinæ non fuerint dīssone) homines tenentur obedire. quod qui spernit: non modo hominem, sed & dominū (qui iussit ut superioribus recte monentibus subditi audiāt) spernit. Nec modo id verum est de his quos in spiritualibus suo præfecit Deus populo: verum & de prepositis in laica politia. quod in noui testamenti pagina nō semel Deus statuit. At nobis sat esse debet quod per Apostolum Paulum Romanis præcipi fecit (sicut iam sapius deductum est) dicens. Omnis anima potestatis sublimioribus subdita sit. Non enim est potestas nisi a deo: quæ autem sunt a deo, ordinata sunt. Itaq; qui resistit potestati: Dei ordinationi resistit. qui autem resistit: ipsi sibi damnationem acquirūt. Nam principes non sunt timori boni operis: sed malī. Vis autem non timere potestatem? bonū fac, & habebis laudem ex illa: Dei enim minister est in bonum &c. Sequitur. Ideoq; necessitati subditi estote, nō solum propter iram, sed etiam propter conscientiam. His euidenter docet Apostolus: quoniam qui sæcularium principum edictis (modo legi diuinæ non discordent) derogat: non tantum sese temporalis irę principis periculo supponit: verum & Deum in suę præiudiciū cōscientię offendit. Non est (inquit Apostolus) potestas nisi a Deo. qui ergo potestati resistit: Dei ordina-

Luc. xvi.

Roma. xiii.

tionis resistit. ideo subsequēter addit. Ideoq; necessitati subditi estote, nō solum propter iram: sed obcedere vos volo nō solum dñi tēporanei formidine: sed & propter cōscientiā: hoc est ut dei cūctis offensam, q̄ iubet iusta monēti obcediendū esse superiori. qđ p̄clare vno verbo tradidit Augusti. dicēs. Ipsa iura humana p̄ Imperatores & reges seculi deus distribuit generi hūano: & hoc est qđ dei sapiētia protestata est: vbi ait. Per me reges regnāt, & legū conditores iusta decernūt: per me principes imperāt, & potētes decernūt iustitiā. Hæc omnia cū aliis innumeris sanctę scripturę documētis (q̄ q̄ iā partim inducta sunt: p̄tereo) cōspirāt pro nobis cōtra rerū nouatorē f̄abūt: quoad duo illa errorū capita, quę cū olim fundit̄ ab ecclesia fuissent eliminata) renouauit. primū videlicet traditiones quaslibet p̄ter diuinas, pro nihilo ducendas esse: quis (ut ait) belle viderētur cōcinnatę: & multā p̄ se ferre sapiētia. Alterū superstitiosas esse sub euāgelio pticulares viuēdi formas oēs: quæ scilicet nō oibus essent cōmunes. Qđ quidē vltimū dogma credidit firmatū habere, q̄ in euāgelio sc̄to nōnulla habet: per q̄ simpliciter reprobari vidēt pticulares sub cōmuni veteris testamēti lege, viuēdi normę Essētorū, Pharisęorū, Saduceorū, & ceterorū si plures sint. Cū tñ fide sit cōstater tenendum, nullatenus legi dei p̄ Moylen suo datā populo esse dissentaneū: modos quosdā viuēdi in ea esse q̄ nō omnes obligarēt, sed quosdā: qui scilicet volūtariū foret. Alioquin dānet Iacobus specialē viuēdi formulā Nazareorū: quā certū est dñm sanxisse p̄ quibusdā, nō aut pro oibus. sicuti cōstat per ea quę ipse fecit describi in Numerorū lib. vbi ita legit. Locutusq; est dñs ad Moylen dicēs. Loquere ad filios Israel, & dices ad eos. Vir siue mulier cū fecerit votū ut sanctificetur. & se voluerit dño cōsecrare: a vino & omni qđ inebriare potest abstinēbit: acetū ex vino & ex qualibet alia potione, & quicquid de vna exprimitur, nō bibent: uas recetes siccasq; nō comedent, cūctis diebus quib; ex voto dño consecrātur. His autē atq; aliis cōpluribus expositis, quę obseruare habebāt sic vouētes: addit dñs. Ista est lex Nazareū cū vouerit oblationē suā dño tēpore cōsecrationis suę, exceptis his q̄ inuenerit manū eius: iuxta qđ mēte deuouerat, ita faciet ad perfectionē sanctificationis suę. Quid ad ista hīscere queāt factitiis in Christiana & oibus cōmuni religionibus detrahētes: quasi sectę sint, superstitionis plus (ut impie blasphematur Iacobus) habētes q̄ pietatis? Cū oibus recte sapiētibus & eruditis viris, q̄ traditiones legit B. Basilius, August. Bñdicti, & Frāncisci luculētissime cōpertū sit, eas ad id vnū enixissime ferri, ut q̄ earū subiuerint iugū, euangeliū vniuersamq; dei legē integerrime obseruēt: non solum mandata custodiētes, verū & de dñi monitis atq; cōsiliis legis necessitati supererogādo sibi factis præceptis, etiā illa uti mādata ducāt: tātū abest ut euāgelio aduersent. Manifestū est autē, q̄ præacta Nazareorū lex: factitia qđā traditio est, q̄ solum ligabat eā p̄fētes. & quēadmodū a ceteris legis mādatis (modo cōpossibilia illi pticulari existant) nō absoluūtur Nazareū: verū poti; ea puri; exactiusq; obseruare obnoxii iure cēsebant: ita & de religiosis p̄noiatorū ordinū oīno sētēdū venit. qm̄ qđ ordines illi spū sc̄to p̄rib; id suggerēte, instituti sunt: p̄tīm cōsideratione habita ad acta p̄ sc̄tos p̄phetas Heliā & Heliāseū, ad traditionē quo-

Trac. vi. su  
per Ioan.  
Prouer. viii

Cap. vi.

q; Nazareos, & demū ad viuēdi normā quā post acceptū in linguis igneis spiritū dñi in Hierusalē obseruare cœperūt B. Apli ac discipuli Christi dñi.

**K** Nempe in exordio primę, quā suis tradidit Augustin⁹ fratribus viuēdi nōr mā ita ait. Residentibus in monasterio in nomine dñi nostri Iesu Christi omnibus placuit secūdū aplicam traditionē vnū sentire in dño & cōmuniter possidere: sicut scriptū est: Vnū sentite in dño. Et nemo quidē vendicet propriū sibi quicq; sicut scriptū est in Actib⁹ aplos: Habētes omnia coia, nemo quicq; esse suū dicebat. Vt præterea doceret Augustinus istiusmodi particulares viuēdi quas tradebat normas in id præcipue ferri, vt exactissime & ad integrū sine offendiculo lex seruetur euāgelica: ita secundā suā exordians regulā proclamat dicēs. Ante omnia fratres charissimi diligat⁹ deus, deinde proxim⁹, & post nōnulla. Nemo sibi aliquid vēdicet propriū, siue in vestimēto, siue in quacūq; re: aplica enim vita optam⁹ viuere. Quādo igitur ex iam sæpius citatis cōstat q; qui hæc duo syncere tenuerit mādāta, totam impleuerit & veterē & nouā legem: Aplo dicēte: Qui diligit proximū, legē impleuit: manifestū est factitias patrū viuēdi particulares normas, pro scopo vno omnīū plenā euāgelii sibi statuere obseruantia. Nam & ipse pater Benedictus in suę normæ prologo inqt. Succinctis ergo fide & obseruatia bonorū actūū lūbis nr̄is, per ducatū euāgelii p̄gam⁹ itinera eius. Horū autē patrū, Augustini scilicet & Benedicti vestigijs quoad hoc insistēs Frāciscus suis fratribus viuēdi formā daturus, sic exorsus est loqui. Regula & vita fratrum minorū hæc est: scilicet dñi nostri Iesu Christi sanctū euāgelium obseruare, in obediētia viuēdo sine proprio, & in castitate. En primis triū p̄cipuarū quas vouēt professi regularū sermonibus B. Augustin⁹, Benedict⁹, & Frāciscus euāgelii sibi & suis præstituūt obseruantia. Non sunt itaq; ab euāgelio quasi extorres, sed illius vigilantissimi obseruatores, quicunq; sub illis pure viuunt. Desinat igitur in spiritum sanctū blasphemare Faber: cuius magisterio edocti patres ipsi suas descripserunt cū euāgelio & sub euāgelio speciales viuēdi normas. In eo quoq; plane cęcutit q; imaginatur institutiones Pharissæorū & Essæorū per se illicitas fuisse: qđ erroneū omnino censerī debet. Qđ enim eorū multi (ceu iā in sacris Augustini, Benedicti, Frācisci, & similiū ordinib⁹, heu, cernitur) religioso & pio viuēdi modo abutētes: aut illi iniquas adūcientes leges, quas dñs vocauit traditiones hominū, aut in multis eiusdē sui status transgressores sese præstātes, Dei negligērēt mandata, mentam & cyminū decimātes, & glutietes camelum, derelinquētesq; grauiora legis: Hoc tamen nō ex status ratione, sed eorū abusu cōtingebat. neq; erāt singuli Pharissæi, ceterorū qui perperā sese regebāt operib⁹ consentietes: sed fideliter deo secūdū sanā legis intelligentiam seruiebant nonnulli, incedētes in omnibus mādatis & iustificatiōib⁹: sicut de sanctis beati Ioannis Baptistę parētibus legitur. quod ita certū redditur. Nepe sanctus Nichodemus iustus erat etiā priusq; Christo credidisset: quis nondū foret perfectus. de eo autem dicitur in Ioāne. Erat autem homo ex Pharissæis Nichodem⁹ nomine, princeps Iudæorum. Hic venit ad Iesum nocte primū, & cum turba sui ordinis, id est Pharissæorum, in Christi perniciem conspi-

i. Corin. i.  
Actū. ii.  
& iii.

Roma. xiii.

Matth. xv.

Matt. xxiii.

Lucæ pmo.

Cap. iiii.

rare molirentur (eodem narrante Ioanne) dixit Nichodemus ad eos, ille qui venit ad Iesum nocte: qui vnus erat ex ipsis. Nūquid lex nostra iudicat hominem: nisi prius audierit ab ipso & cognouerit quid faciat: responderunt & dixerunt ei. Nunquid & tu Galilæus es: &c. Hoc itidē constat de Gamalielē, de quo in Actibus aplicis ita legimus. Surgēs autē quidam in cōcilio (vbi scilicet de aplos morte tractabatur) Pharissæus, nomine Gamaliel: legis doctor honorabilis vniuersæ plebi: iussit foras modicū aplos secedere &c. Idē quoq; liquet de Aplo Paulo, qui de seipso loquens: Viri fratres (inquit) ego Pharissæus sum, filius Pharissæi. Qđ autē eius præceptor Gamaliel, rectam scripturæ intelligentiā eum docuisset, & non secundum prauas quorundā eius generis hominū traditiones: habemus ex eiusdē Apli verbo, qui alibi dicit. Ego sū vir Iudæus, natus Tharso Cilicię: nutritus autē in ista ciuitate, secus pedes Gamalielis, eruditus iuxta veritatē paternę legis. Ecce Gamaliel legis doctor honorabilis publice volētib⁹ (sicut Paul⁹) in theologia studere: diuinā interpretabatur p̄ veritate & sano illius intellectu legem. Non enim credēdum est, Gamalielē doctorē honorabilē aliter Aplim super intelligentiā eiusdē legis instruxisse: aliter auditores alios. Paulus autē plen⁹ spiritu sancto & veritate asserit, a Gamalielē Pharissæo doctore se se Pharissæū eruditū fuisse pro veritate legis. Doceatur itaq; per hæc Iacob⁹ Mabus, sectā Pharissæorū suapte natura reprobam non fuisse: neq; eius ordinis singulos malos extitisse: verum cōplures ex eis Deo vero, secūdum intētionem Moyli & prophetarū, pie fideliterq; cultū impēdisse. Hęc dixerim: q; religiones particulares in ecclesia Christi cōfert Iacob⁹ Pharissæorū & Essæorum sectis. Et quoniā illas fuisse secūdum legem profusū illicitas, citra dubium autumat (quod vtī dicimus, erroneū est & scripturis dissonū) hoc argumento cōtendit sacrilege cū hæreticorū plurimis capitibus: superstitiones esse, & proinde abolēdas sanctorū Basilii, Augustini, Benedicti, & aliorū probatorū patrum religiones. qđ est error igne & sulphure magis infectandus: qđ qui disputatione opus habeat. De Essæorū vero secta, scriptura nihil nominatim habet: sed historiæ post Iosephū. Cuius lōgum sermonem (etsi non pauca legi Moyli aduersa cōplectitur) pene ad verbū (nomine tamen authoris suppresso) suis hic inseruit cōmentariis Faber: eorūq; non vulgariter cōmendauit vitę sanctimoniam. Pro cuius tamē defensione ne verbū qudē hic facim⁹: & minus de Saduceis: q; per diuina eloquia sectā illā manifeste cōstat esse dānatam, in eo q; resurrectionē futurā negabat. ex quo vno principio nō pauci hæresum prodeūt rami: legi Moyli & prophetis aduersi. Sat mihi debet esse, p̄ scripturā docuisse: Pharissæorū sectā per se & ppria rōne, diuine legi non fuisse dissonā, sed suā magis ad illius obseruatiam direxisse intētionem: Cum faber ratus ignorāter oppositū, sophismate qđ inde erexit particulares omēs sub vniuersali Christianorū dānare cōtēderit religiones.

Cap. vii.

Cap. vi.

Actu. xiiii.

Actu. xxii.

M

Lit. de Iudaico bello  
ca. vii.

Matth. xxiii  
Marci. xii.  
Luce. xx.  
& Actu. 23.

¶ Propositio. XV.

Nulla bona arbor nisi homo fidelis: qui opera fidei atq; spiritus facit. Nulla mala: nisi homo huic oppositus. Media autē arbor est homo pœnitens, & sese diuino indultu præparans.



¶ Confutatio.

Verbum illud Ioannis Baptistæ per Matthæum nobis relatum, scilicet: Iam enim securis radicem arborum posita est: Omnis ergo arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur & in ignem mittetur: explicans Iacobus, scribit nonnulla (in quibus annotata hic per nos habentur) quæ omnino diuersa putari debent & discrepantia a recta scripturæ euangelicæ intelligentiâ. Quandoquidem cum non sit medium dare (ut post Augustinum omnes tenent theologiæ doctores) inter regni filios & perditionis: somnium est quod mediâ cõperit Faber arborem, quæ videlicet neque bona sit neque mala. Quam hominem esse dicit penitentem: & sese adiuuante Dei gratia præparantem. Norit autem Iacobus quoniam (sicut iam in superioribus non semel diximus) homo fit de malo bonus theologice loquendo dum iustificatur: hoc est de iniusto iustus constituitur. & hoc est, quando ei quoad culpam remittuntur crimina. Quod stante Dei lege fieri nequit, nisi per formalem charitatis infusionem: quæ nunquam homini sola datur, sed cum ea semetipsum donat spiritus sanctus, cum aliis nonnullis gratiis. Vnde dicit Apostolus: Charitas diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum: qui datus est nobis. Et quoniam hoc non fit paulatim aut temporis successu, sed repente & simul: dicimus non esse dabilem quempiam, qui neque bonus sit neque malus, sed inter vtrumque medius. & hoc est in theologia manifestum. Præterea dominus de operum humanorum fructibus Matthæo referente dicebat: Nunquid colligunt de spinis uvas, aut de tribulis ficus? sic Omnis arbor bona, fructus bonos facit: mala autem arbor malos fructus facit. Non potest arbor bona fructus malos facere, neque arbor mala bonos fructus facere. Ecce palam dominus dicit quod prætendimus. Quemadmodum enim fructus omnis, aut bonus est, aut malus, ita arbor quæcumque, id est (ut hic cum Iacobo loquamur) homo, ut actu bonus sit, aut malus, est necessarium. Quis autem ad sensum non usque quaque absurdum dici possit homo bonus arbor bona, & malus mala: non est tamen hæc Christi propria intelligentiâ. Vnde & Augustinus contra Pelagium & Cælestium agens, libro primo de gratia Christi: eis pro errore ascribit: quod dixerat Pelagius hominis voluntatem, quatenus & bonum agendi & malum possibilitatem habet, radicem esse fecundam: quæ ex ipsa hominis voluntate diuersa gignat & pariat, & quæ possit ad proprii cultoris arbitrium vel nitere flore virtutum, vel sentibus horrere vitiorum. Sic enim illis occurrens Augustinus ait. Pelagius non intuens quid loquatur: vnam eandemque radicem constituit bonorum & malorum, contra euangelicam veritatem doctrinamque apostolicam. Nam & dominus nec arborem bonam dicit posse facere fructus malos, nec malam bonos. Et Apostolus Paulus cum dicit radicem malorum omnium esse cupiditatem: admonet utique intelligi radicem bonorum omnium charitatem. Vnde si duæ arbores bona & mala: duo sunt homines, bonus & malus. Quid est bonus homo nisi voluntatis bonæ, hoc est arbor radicis bonæ? Et quid est homo malus: nisi voluntatis malæ, hoc est arbor radicis malæ? Fructus autem harum radicum atque arborum facta sunt, dicta sunt, cogitata sunt: quæ bona, de voluntate bona procedunt,

Roma. v.

Mat. vii.

Cap. xviii.  
pte op. viii

Matth. vii.  
i. Timo. vi.

& mala de mala. Sequitur. Facit autem arborem bonam, quando Dei accipit gratiam. Non enim se ex malo bonum per semetipsum facit: sed ex illo & per illum & in illo, qui semper est bonus. & rursum paulopost. Illa ergo possibilitas non ut iste (scilicet Pelagius) opinatur: vna eademque radix est bonorum & malorum. Aliud est enim charitas radix bonorum, aliud cupiditas radix malorum: tantumque inter se differunt, quantum virtus & vitium. Hæc Augustinus. Per quæ satis elucescunt: quæ aduersus presentem Iacobi assertionem proposita fuere per nos.

¶ Propositio. XVI.

Baptizat Ioannes in penitentiam, Christus in remissionem peccatorum. Ioannes exteriora, Christus interiora purgabat. In baptismo Ioannis gratia penitentiae dabatur: In Christi, gratia iustificationis. Illic adhuc caro: istic datur spiritus.

¶ Confutatio.

Ioannes Baptista populo ad eum prædicantem venienti (narrate sancto euangelista Matthæo) dicebat: Ego quidem baptizo vos in aqua in penitentiam. qui autem post me venturus est: ipse vos baptizabit in spiritu sancto & igni. Quibus verbis volens Iacobus intelligentiæ superaddere lumen, pulchra sese opinatur discretionem baptismatum Ioannis & Christi naturas descripsisse, cum ait: Ioannes baptizat in penitentia: Christus &c. Vbi neque sua capere potest ipse verba: neque scripturæ consentiant monstrare. Quandoquidem penitentia quam primo & præcipue Ioannes populo prædicabat: pro parte illa capi debet, quæ recte contritio vocatur. quæ sane remissio est peccatorum: hoc est, meritoria ut remittatur, causa. Baptizans ergo Ioannes in penitentiam: in remissionem baptizabat peccatorum. quod veluti proprium Christo, recte se credit Iacobus tribuisse: cum tamē illud omnino scripturæ aduerfetur. quod inde colligitur. Siquidem hoc in capite Matthæus ait: Tunc exibat ad eum (scilicet Ioannem) Hierosolyma, & omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanem: & baptizabantur ab eo in Iordane confitentes peccata sua. Quid est istud precor, baptizabantur confitentes peccata sua, nisi ut eorum per confessionis medium a domino remissionem consequerentur? Et ne putet Faber nos gratis hæc prætexere: planè pro nobis hoc in articulo contra se audiat scripturam. De ministerio etenim Baptistæ Ioannis, ita per Beatum Marcum enunciat. Fuit (inquit) Ioannes in deserto baptizans & prædicans baptismum penitentiae in remissionem peccatorum. Non itaque discrimen signat Iacobus baptismi Ioannis ab eo quod Christi est: quod ille baptizabat in penitentiam, Christus in remissionem peccatorum: cum prorsus idē sibi hæc loquendi velint formæ. Et modo cõsimili vanum omnino est quod addit. Ioannes exteriora, Christus interiora purgabat. Fatemur omnino solum Christum dominum interiora suo modo, id est diuino & principali purgare. At cum (viti iam decies monstratum est) & peccata sua cõfitens homo se interius purget, & Dei minister itidem interiora purgat: interius ergo Ioannes suo purgabat modo. Nam & hoc ipsum prætendisse omnino credendum est: quado istud facturum archangelus Gabriel illum patri nunciauit dicens. Multos filiorum Israel cõuertet ad dominum Deum ipsorum: & ipse præcedet ante illum in

Cap. xx.

i. Tim. vi.

P  
Cap. iiii.

Cap. iiii.

Ca. primo.

Q

Luce. i.

spiritu & virtute Helix. Sequitur: Vt conuertat corda patrum in filios, & incredulos ad prudentiam iustorum. Ecce quod singulariter negabat Ioanni competere Faber: manifeste tribuit archangelus. conuertet inquit corda patrum. at qui conuertere corda: illa est purgare. Præterea ipse Christus baptisans, exteriora, id est nudatum baptismum suscipientis corpus, aquis (vt Ioannes) aut immergebat, aut super illud eas infundebat. Nullam igitur penitus ex illis quæ attigit colligere valet Faber baptismorum distantiam: cum tamen sint longe differentes: sed non rationibus per eum expressis. Si autem quis Iacobum percunctetur, quænam res sit poenitentia gratia: quia dicit, in baptisate Ioannis gratia poenitentia dabatur: in Christi, iustificationes. obmutescet omnino: aut enim vtrumque suo ministro dare Ioannem necesse erat: aut neutrum. Siue enim per poenitentia gratiam, bonum voluntatis motum accipias: quo peccator in odium suorum excitatur peccatorum, illa detestaturus quo Dei gratiam adipiscatur: siue actum ipsum poenitentia: nullum illorum conferre Ioannes poterat quoquo modo, quin illo & iustificationis gratia valeret. Quid denique rationis habet quod addit. Illic, id est in Ioannis baptisate adhuc caro: istic id est in Christi, datur spiritus sanctus. In vtroque proculdubio rite suscepto dabatur spiritus sanctus. At hic vi sacramenti: illic suscipientis merito ex diuina bonitate. Et proinde non erat ille de se animarum regeneratiuus. quia gratia quæ illum humiliter recipienti conferebatur: non illi debebatur, sed fidei & poenitentia baptisati. Sunt igitur hæc omnia Iacobi inuenta merè nuge: vt pote quæ nulla constant aut scriptura, aut ratione.

¶ Propositio. XVII.

Baptismus quo baptisatus est a Ioanne Christus, non solum Ioannis, sed & verius ipsius Christi fuit.

¶ Confutatio.

Hunc errorem confutatum linquo ex inductis pro Annotationibus. LVI. & LVII. in commentarios epistolarum Beati Pauli. vbi licet non hic expressis verbis, habetur tamen in sententia: & illic contra eum sub propriis egimus terminis.

¶ Propositio. XVIII.

Cap. iiii. In illo Deuteronomii sexto: Dominum Deum tuum timebis, & illi soli seruias: id verbum timebis perinde est atque reuerberis, coles, adorabis.

¶ Confutatio.

R. Quoniam quidem illicitum profus ducit Faber, quoslibet per flagellorum & poenarum cæterarum formidinem a vitiis ad virtutes reuocare, omnemque seruilem reprobam timorem: cum videret citatum per se domini verbum: Dominum Deum tuum timebis: si notione propria caperetur verbum Timebis, suis manifeste votis obistere: effugium meditatus multiplex (quod fere perpetuo declinat) effinxit vbi non oportebat. Timebis (inquit) non trita hic significantia capitur: sed id indicat quod reueor, colo, adoro. Vt autem illi donemus, Timeo verbum ac capi posse, pro eo quod est reue-

neri: quæ forsitan vix ita vsque apud authores comperitur, de quo iam nihil ad me: Et rursusque in eo Deuteronomii loco positum sit verbi Adorabis loco, id timebis: quod hosti dominum tentanti in monte excelso valde costentis omnibus mundi regnis) cum illi diceret: Hæc omnia tibi dabo: si cadas adoraueris me: respondit dominus, inquit. Vade sathana. scriptum est enim: Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruias. quod de hoc Deuteronomii capite sexto, Doctores tenent dominum citasse: Hæreticum tamen plane est quod præterdit Faber, videlicet quod noluerit aut non præceperit populo suo dominus, vt illum, ne temporalia aut æterna incurrerent mala, timerent: quæque timor omnis seruilis, Deo displicet. Quæ duo re vera in idem recidunt, hoc scilicet vltimum, quod damnatum omnino monstrasse nos putamus Annotatione. LI. super epistolas Beati Pauli. dicta autem illic firmant alia pleraque scriptura eloquia: cuiusmodi sunt hæc. A verbis tuis formidauit cor meum. & rursus: Posuisti firmamentum eius formidinem. Quod item Moyse a domino dictum est: Hodie incipiam mittere terrorem atque formidinem tuam in populos qui habitant sub omni cælo: vt audito nomine tuo paueant. & in Numerorum libro: Custodite (ait dominus) sabbata mea, & pauerite ad sanctuarium meum. His autem consentanee dominum deprecans rex Iuda Manasses illi dicebat: Te dominum omnes pauent, & tremunt a vultu iræ tuæ, & insustentabilis ira super peccatores comminationis tuæ. Per Esaiam vero de Ægyptiis, qui omnium in mundi huius ambulantium tenebris figuram gerebat, Dei spiritus hæc scribi fecit: Stupebunt & timebunt a facie commotionis manus domini exercituum. & paulo post: Omnis qui illius fuerit recordatus: pauebit a facie consilii domini. Pro hac autem nostra intentione qua monstrare cupimus hæreticum esse quod docuit Faber, licet tum videlicet non esse, timore poenarum satagere, vt peruersi ad iustitiam reuertantur semitam, timoremque seruilem omnem damnandum esse: sat erat & quidem cumulatissime, quod in Exodo legitur. Promulgato enim omni populo legis domini decalogo in monte de medio ignis & nubis & caliginis voce magna, vti refert Deuteronomii liber: Hanc quidem domini vocem nequibat populus sustinere: sicut his verbis in Exodo exprimi fecit dominus. Cunctus populus videbat voces, & lampades, & sonitum buccinæ motemque fumigantem: & perterriti ac pauore concussi steterunt procul dicentes Moyse. Loquere tu nobis & audiemus: non loquatur nobis dominus ne forte moriamur. & ait Moyses ad populum: Nolite timere: vt enim probaret vos, venit deus: & vt terror illius esset in vobis, ne peccaretis. Sic per Moysen dominus. Vltra quæ ad rem præsentem non est amplius desiderandum quicquam. Per ea enim luculenter apparet, dominum Deum non tantum precipere vt ametur, & casto eius timore homo ne illum offendat, turpe quodcumque velut a facie colubri refugiat, quod perfectiorum est: verum vt formidine ac terrore poenarum, vel imperfecti a sceleribus auocentur.

¶ Propositio. XIX.

Q. Christus multos liberauerit ab omni morbo & a dæmonio, quodcumque  
q. iiii.

illud esset, & præstiterit vitam: id sola gratia fuit.

¶ Confutatio.

**T** Hic iterum arbitrii hominis facultati Iacobus perperam detrahit, zelo quidem perniciosissimo, quemadmodum multiphariam in superioribus est monstratum. Non est proinde hic immorandum, tantum dicat: si verum est quod ait, ianguidos omnes siue corpore, siue spiritu a Christo mudatos fuisse sola illius gratia, id est in nullo ipsi Deo cooperantibus: quomodo vera erunt quae in euangelio tenemus: ut puta id quod de Paralytico illiusque baiulis in Mattheo legitur. Videt Iesus fidem illorum, dixit Paralytico. Confide fili: remittuntur tibi peccata tua. Quid est enim, Videt Iesus fidem illorum &c. nisi, ad meritum illius fidei opera deus pietate iustitiae iuncta deputauit, ut ille & corpore & spiritu curaret: quod alibi pari omnino casu ipse docuit. Namque mulier Cananea, ob perseverantem ipsius fidei deuotionem ac humilitatem, quia sese (quod Gentilis esset genere) indignam filiorum mensa confessa est: sed quod ei veluti caniculae pium esset non nihil a domino elargiri de gratiarum micis quae cadunt de ipsa mensa dominorum: id est quas Iudaei (quos dominos propter verum unius dei cultum suos dicit) non sollicitate recolligunt: a domino audiuit. O mulier, magna est fides tua: fiat tibi sicut vis. De hoc vero loquens Beatus Marcus dominum refert illi dixisse. Propter hunc sermonem vade, exiit daemonium a filia tua. Caeco autem quem de Hierico egrediens dominus sanauit dixit. Vade, fides tua te saluum fecit. Item & Mariae Magdalena: Tua (inquit dominus) fides te saluam fecit: vade in pace. Et alteri mulieri quae intra se cogitabat: Si tetigero tantum fimbriam vestimenti eius, salua ero: dixit dominus: Confide filia: fides tua te salua fecit. Ecce horum omnium utraque salutem Christus non solum suae gratiae: sed eorum operibus, hoc est fidei & pietati ascribit. Confitemur tamen semper etiam ipsam fidem & opus omne iustum a Dei gratia prodire. At non tantum, sed & ab hominis voluntate: a qua meritum pendet ratio. Mere gratis ergo Deus confert (ut sapius dictum est) nonnulla: ad alia vero hominem concurrere ordinauit.

¶ Propositio. XX.

Antiqui hoc est, qui sub Moyse lege vixerunt, praecipua decalogi seruabant ad sensum literae: quae lex noua non tollit, sed perficit ad spiritum. ut hoc, Non occides, seruabant de exteriori occisione: spiritus autem & de interiori.

¶ Confutatio.

**V** Si credat Iacobus ad interiores animae actus per decalogi praecipua antiquos, id est populum cui lex antiqua tradita est, non fuisse obligatos, haereticum iudicat. Eodem quippe naturali iure & diuino prohibetur illicitum velle, & illud operari. Unde & Christus dominus criminum vertebat ipsis Iudeis: quod contra rationis dictam interioribus eiusmodi eliceret actus, dicens: Vt quid cogitatis mala in cordibus vestris? Lex autem ipsa decalogi expresse prohibet interiores sinistras cupiditates: dum ait. Non concupisces domum proximi tui, nec desiderabis uxorem eius, non seruum, non ancillam, non bouem, non asinum, nec omnia quae illius sunt. In Leuitico item dicitur. Non oderis fratrem tuum

Matth. xv.  
Mar. vii.

Marc. x.

Luce. vii.  
Matth. ix.

Cap. v.  
Exo. xx. &  
Deutero. v.

Exo. xx.

Leuit. xix.

in corde tuo: non queras ultionem, nec memor eris iniuriae civium tuorum. sunt & alia in hanc sententiam veteris legis non pauca praecipua. Haereticum igitur omnino censeretur debet, asserere per ipsam Moyse legem malos animi motus prohibitos non fuisse. Quod si hoc non praetendit Iacobus, sed nobiscum (ut debet) fatetur, animam illic prohibitam, quemadmodum in noua lege, & non solum manu, id est & interiora mala & exteriora: in eo tum euidenter errare convincitur, quod simpliciter scribit antiquos praecipua decalogi seruasse ad literam: non secundum spiritum: id est (ceu innuit) solum quo ad exteriores operationes: Cum certum sit, sanctos omnes prophetas ac alios (qui sub illa vixerunt lege) iustos, decalogum ipsum, aliaque domini mandata fideliter obseruasse, & quo ad interiores motus; & quo ad opera exteriora. quod in superioribus plus satis monstratum est. Alioquin quomodo iusti fuissent, & deo pleni, omniaque virtutum genere florentes: si fuissent hypocritae, quod est si exterius sese quasi legis obseruatores monstrassent, & interius plane contradixissent legi? Atqui nemo iustus fieri potest: nisi per iustitiam quae in anima est. Quae enim fiunt ad extra: haud malitiam habent: nisi quatenus ab interioribus voluntatis imperantur actibus. Dominus namque dixit. Non quod intrat in os, coquinat hominem: sed quod procedit ex ore, imperante scilicet corde, coquinat hominem. quod aperit subiugens. Omne quod in os intrat: in ventrem vadit, & in secessum emittitur. quae autem procedunt ex ore: de corde exeunt, & ea coquinant hominem. De corde enim exeunt cogitationes malae, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemiae. haec sunt quae coquinant hominem. non lotis autem manibus manducare: non coquinat hominem. Ecce aperte docet dominus, quod & naturalis iuris esse diximus, culpam scilicet omnem quae in hominis operibus potest inueniri foris, nequaquam pedere ab his per quae exterius operatur homo: verum ab imperante potestate, id est interiori voluntatis actu. Non stat igitur iustos esse & deo placentes: qui legis mandata in exterioribus duntaxat obseruat: quod qui id genus sunt, plane cum hypocritis partem habebunt. Quando itaque innumeris antiquorum certum est iustos fuisse (quod de sanctis prophetis Moyse, Samuele, Dauid, Helia, Heliseo, ceterisque dei electis usque ad Baptistae Ioannis progenitores, Symeonemque & Annam prophetissam: certo constat) in fide erroneum pro comperto habendum est, dicere quod antiqui praecipua decalogi solum (sicut praetendit Faber) in exterioribus obseruauere.

Matth. xv.

¶ Propositio. XXI.

Lex noua prohibet non modo peierare, sed etiam omnino iurare.

¶ Propositio. XXII.

Viri spiritualis est non solum non iurare in re vana: sed ne in seria quidem.

¶ Propositio. XXIII.

Christus hoc vtens sermone, Amen amen dico vobis: nequaquam iurasse putandus est.

¶ Propositio. XXIII.

Fortē etiam periculum est dum in iudiciis iuramentum exigitur, ne exigēs peccet. Nam si constet vocatum in ius esse vere bonum ac veracem: sat est ab eo audire, etiam aut non. si autem id non constet, aut etiam constet esse malum:

forte ab eo exigitur quod non est exigendum.

¶ Propositio. XXV.

Quemadmodum qui adiuratus veritatem respondet, non iurat: sic qui falsitatem, non peierat, sed falsus testis est.

¶ Confutatio .

**Y** Confutatione vndecimę propositionis super epistolam beati Pauli, iuste satis reprobatur esse putamus, præceptum quod hic præteritur: videlicet iuramentum nullo casu licite fieri posse. quod his exprimitur verbis. Lex noua prohibet non modo peierare: sed etiã omnino iurare. Illic siquidẽ euidenter monstratum est, istiusmodi verborum formas: testis est mihi deus: coram deo loquor: scit deus quia nõ metior: viuunt dominus: quoad homines. quoad Christum vero, hæc: Amen dico vobis, & Amen amen dico vobis: vim propriam iuramenti continere. neq; potest quilibet hominũ ad hũc citatis scopum validam obtendere solutionem: cum in Hieremia dominus dixerit. Et iurabis viuunt dominus in veritate, & in iudicio, & in iustitia. Quoniã igitur iuramento formis præscriptis vñ fuerit Christus, ceteriq; sanctorum multi: erronea relinquuntur que dicit hic Faber, nõ esse videlicet spiritualis viri etiã in re seria iurare: & q; dominus dicens: Amen amen dico vobis: non iurabat. quæ propterea depromit q; (vti præmissum est) illicitũ opinatur omne iuramentum: Christus autẽ nihil quod prauũ foret admittere poterat: Nõ est igitur

**Z** (vt vult Faber) recipiendũ: q; ipse iurauerit. At mirũ istud: nempe constat ex scripturis in locis cõpluribus dominũ Deum iurasse: Deus autẽ nihil nisi iustissimũ valet agere: non ergo est iuramentũ per se prohibitum, sed licuit Christo vt homo est, ac sanctis iuramento vti, vbi ratio suadebat. **Q;** vero iurauerit Deus, nec id semel: per hæc liquet. In Genesi enim sic legimus. Per me ipsum iuravi, dicit dominus (Abraham videlicet) quia fecisti rem hanc, & nõ pepercisti filio tuo propter me: benedicã tibi. &c. In Exodo autẽ locutus est dñs ad Moysen, dicens: Vade, ascende in terrã quã iuravi Abraham, Isaac, & Iacob. In Psalmo autẽ. Semel iuravi in sancto meo. Item. Sicut iuravi in ira mea. Et iterũ, Iuravit dominus & non pœnitebit eũ. Sunt & alia cõsimilia in scripturis non pauca. Certũ itaq; supponitur: Dominũ deũ nostrũ sepius iurasse. Et quoniã se maiorem per quẽ iuraret non habebat: per semet ipsum (vt dicit Apostolus ad Hebręos) iuravit. Rursum si absolute malũ esset iurare: nequaquã Deus ipse id sub præcepto in lege populo suo tradidisset. In ea autẽ scriptũ legimus, Dominũ Deũ tuũ timebis & illi soli seruias, ac per nomẽ illius iurabis. & alibi. Domino adhibebis: iurabisq; in nomine illius. Ex his aperte concluditur, quia cum deus agere aut præcipere nullatenus valet, quod recte fieri nequeat: Iuravit autẽ per semetipsum, & iurare præcepit: Iuramentum omnino pie & meritorie pro iustis fieri posse causis. Neq; intelligẽdus est dominus simpliciter & in vniuersum, iuramentũ prohibuisse, vbi ipse (Matthęo narrante) præscripsit inquit. Ego autẽ dico vobis non iurare omnino. & per apostolũ Iacobum. Ante omnia fratres mei

**A** nolite iurare neq; per cælum, &c. Quod ita est comprobãdũ. In primis hoc de negotio agens Augustinus. Bonum est (inquit) si secundũ euangelium

Cap. iiii.

Gene. xxii.

Cap. xxxiii  
Psal. ss.  
Psal. xciiii.  
Psal. cix.

Cap. vi.

Deute. vi.  
Deuter. x.

Cap. v.  
Cap. v.

non iuraueris. non quia mala est vera iuratio: sed ne in periurium incidatur facilitate iurandi. Ad Hylariũ vero Arelatensem, q; quarta questionũ quas beato patri Augustino dissoluendas proposuerat, dicens: Inter alia quidem Christiani apud Syracusas exponũt: hominem non debere iurare omnino. Respondens ait. Iurationẽ caue quantum potes: melius quippe nec verũ iuratur: quoniã iurandi consuetudine, & in periuriũ sepe caditur, & semper periurio propinquatur. sed illi quantum eorũ aliquos audiui, quid sit iurare prorsus ignorant. Putant enim se non iurare: quãdo in ore habent: scit dominus, & testis est deus, & testem deũ inuoco super animam meã. quia nõ dicitur: per deum: & quia talia reperiuntur in Apostolo Paulo, & multa similia vbi dicitur per aliquid, & non est iuratio. sed nõ ideo quia in suis literis iuravit vir in infirmitate firmissimus: ludus nobis debet esse iuratio. Multo em̃ tutius (vt dixi) quantum ad nos attinet, nõq; iuramus: vt sit in ore nostro est est, non non, sicut dominus monet. non quia peccatũ est, verũ iurare. sed quia grauissimũ peccatũ est, falsum iurare: quo citius cadit, qui consuevit iurare. Alibi quoq; rursus hoc de negotio loquẽs ad Publicolam virũ egregium Augustinũ. Quod (inquit) in nouo testamento legimus, ne omnino iuremus: mihi propterea dictũ videtur, non quia verum iurare peccatum est: sed quia peierare immane peccatũ est: a quo nos longe esse voluit, qui omnino ne iuremus admonuit. & paulopost: Quis dictũ sit, ne iuremus: nusq; autẽ in scripturis sanctis legi meminerim, ne ab alio iurationẽ accipiamus. Item libro sermonũ de verbis Apostoli. Quia (inquit Augustinus) graue peccatum est peierare: cõpendiũ tibi dedit scriptura. Noli iurare. Quid tibi dicturus sum: homo verum iura. Ecce verũ iura: non peccas. & post multa quibus hoc per scripturas monstrat non peccare, scilicet hominẽ, verum cũ expedit iurando: Non vobis dicimus aut: nos non iurare. si hoc dicimus: mentimur. quantum ad me pertinet iuro: sed quantum mihi videtur magna necessitate cõpulsus. Cum videro non mihi credi nisi faciã, & ei qui mihi non credit, non expedire q; non credit: hac perpenſa ratione & consideratione librata, cum magno timore dico coram deo, aut testis est deus, aut scit Christus sic esse in animo meo. & video quia amplius est, q; est est, non non. sed quod amplius est: a malo est. et si non est a malo iurantis: a malo est non credentis. & paulopost. Aliud autẽ est pessima consuetudo. Cum tibi creditur iuras, & cum nemo exigit iuras: & horrentibus hominibus iuras. & rursum paulopost. Hanc ergo consuetudinẽ amputate a linguis vestris: circũcidite ab ore vestro. Sed consuetudo est: solet dici. Solet dici: quando nõ dico: hoc est quod Iacobus dixit: Ante omnia fratres mei nolite iurare. Quid est ante omnia? præ ceteris cautus esto, plus ad hoc intentus esto q; ad alia: maior consuetudo maiorẽ intentionẽ efflagitat. sic Augustinus. Et q; locis variis Io. Chrysostomus quodlibet reprehendere videatur iuramentũ: q; tamẽ omnia eius dicta sint vt hic explicuit Augustinus accipienda, euidenter constat ex Homelia vndecima in epistolã ad Hebręos, Illic em̃ differit illud Apostoli ad ipsos Hebręos. Abrahę nãq; promittens deus, quoniã neminẽ habuit p; quẽ iuraret maiorem: iuravit per semetipsum dicens. &c. sequitur. Homines em̃

Quest. xii.  
sub Deute.  
pte ope. 8.

Quest. iiii.  
ad Hyla. pte  
te oper. xi.

Matth. 17.

Epi. ad Publicolã, que  
est ordine  
cliiii.

B  
Ser. xxviii.

Cap. v.

Tomo. iiii.  
Homel. ix.  
ex ca. vi. ad  
Hebręos.

C per maiorem se iurant, & omnis controuersie eorum finis ad confirmationem est iuramentum. Inter plurima autem que super his scribit verbis Ioannes: ita habet. Per semetipsum iurauit de<sup>o</sup> optime. quis ergo est qui iurat Abraham? Nonne filius? non inquit. magis autem ipse. esto. non contendo. Quando vero ipse iurat, Amen amen dico vobis: nonne manifestum est, quia non habet maiorem per quem iuret? Sicut enim pater iurat, sic & filius per semetipsum iurat dicens, Amen amen dico vobis. Hoc eos comonefacit & iuramentorum Christi: qui sepius dicebat, Amen amen dico tibi. sequitur. Quid est: & omnis controuersie eorum finis ad confirmationem est iuramentum. perinde ac si diceret. Ex hoc soluitur totius controuersie disceptatio: non illius vel illius, sed totius. Oportebat quidem & sine iuramento credere deo. In quo abundantius volens deus ostendere pollicitationes heredibus, immobilitatem consilii sui interposuit iusuradum. Hic & fideles includit. quonia enim apud homines hoc videtur fidele esse cum iuramentum interfuerit: propterea etiam hoc addidit. & paulo post. Siquidem & iuramentum passus est Deus addere per quem iurant homines: & deus per seipsum. Hec beatus Chrysostomus. Per que, Iacobi duo asserta plane monstratur damnata: alterum quod nullo casu iurare licet: Alterum quod dicens Christus, Amen amen dico, non iurabat. Item & satis etiam ex Apostoli verbo quo ait, Omnis controuersie eorum finis ad confirmationem est iuramentum: reprobatur etiam videtur quod addidit. Forte etiam periculum est: dum in iudiciis iuramentum exigitur. &c. Pro quo militant omnium sanctorum sententia & ecclesie catholice communis usus. Na & in octaua synodo apud Toletum celebrata (referente Gratiano de decretorum patrum volumine) ita legitur. Omne quod in foedera pacis venit, tunc solidius subsistit: cum iuramenti hoc interpositio roborat. sed & omne quod amicorum animos conciliat, tunc fidelius durat: cum eos sacramenti vincula ligant. Omne enim quod testibus astipulatur, verius constat: cum id iurationis adiectio confirmat, quod et si testis deficiat innocetis fidem D omnia iurifurandi taxatio manifestat. Hec ibi. Stupeda sane temeritas fuit asserere, sic in vniuersum iuramenta que in iudiciis sunt omnino esse illicita: cum & ecclesie constitutionibus & omnium obseruatione legum iustarum, in politis contractibus & acta poene oia nullius sint momenti, nisi premissum fuerit sacramentum. Hoc autem renouatum nunc per Iacobum Fabrum dogma: olim per ecclesiam fuit reprobatur. quia (vt apud authores legitur) error vnus erat Manicheorum post Origenem, que sunt secuti Cathari heretici & VViteluisti. Porro in actis sacri concilii Constantien. inter articulos VVitelclem damnatos iste est quod dragemusssecudus. Iuramenta illicita sunt: que sunt ad roborandum humanos contractus. Et merito quod tunc articulus iste reprobatus est. quoniam Innocentius tertius Ro. Pon. vir bonus & pastor prouidus (quatum exactis per eum potest colligi) rei huius ambages resoluens: doctissime monstrat consentaneam ad precedentium patrum doctrinas (quarum multa collegit Gratianus cause illius. xxii. questione prima) nequaquam iuramentum de se illicitum esse. vnde inter alia ita scribit. Iacobus quoque non simpliciter prohibet iuramentum, sed voluntate iurandi, cum ait. Ante omnia fratres mei nolite iurare. quonia ad iuramentum non debet

xxii. q. i. i.

Sessione. 8.

In antiqs  
de iure in  
cap. Et si  
Christus,

queque spontanea voluntas inducere: sed necessitas trahere importuna. & tunc potest sine culpa iurare: dummodo illos tres comites habeat iuramentum, de quibus Propheta ait. Et iurabunt, vivit dominus, in veritate, in iudicio, & in iustitia. sic Innocentius. Per que & alia que premissa sunt, luculenter ostenditur damnata olim heresis modo per Fabrum exuscitata: que scilicet non licet quoquo pacto iurare. Vnum igitur quoad rem hanc duntaxat restare video: confutandum scilicet, quod adiuratus respondens non iurat. Hoc autem propterea Iacobus exprompsit: quod (vt crebro iam diximus) absolute cum veteribus hereticis omne iuramentum credit & enunciat illicitum. quia tamen Christum dominum videt ad verbum Cayphe (qui dixit illi, Adiuuro te per deum vivum, vt dicas nobis si tu es Christus filius dei) cum ante eiusmodi adiurationem non luisset respondere, quasi eidem adiurationi deferens in responsionis erupisse vocem: qua ait Cayphe. Tu dixisti. &c. Iacobo itaque sanctus doctor Augustinus respondebit. Is etenim verba hęc patriarche Abraham ad seruum seniore domus sue. Pone manum tuam subter femur meum, vt adiurem te per deum cœli & terre. &c. explanans: sic ait. Locutio Abraham qua dixit seruo suo, Pone manum tuam. &c. perinde est ac si dixisset: Iura mihi. Nam quod dixit Abraham, Sin autem mulier noluerit sequi te, non teneberis iuramento: hoc manifestauit ita se dixisse, Adiuuro te: itaque diceret, iura mihi. Hanc autem diuini Augustini sententiam modis omnibus roborat nuncius Iosue verbum: quo lustrata ciuitate Hiericho, & inito cum Raab femina (que eos a perquirentibus liberauerat) super domus illius salute pacto, eidem mulieri dixerunt: Innoxii erimus a iuramento hoc quo adiurasti nos: si ingredientibus nobis terram, signum non fuerit funiculus iste coccineus. &c. En palam fit hoc diuina scripturae eloquio, idem esse omnino, aliquem adiurare super veritate dicenda aut seruanda qualibet in futuro pollicitatione, & iuramentum ab eo postulare vel exigere. Porro cum Raab ipsa exploratoribus dixisset: Nunc ergo iurate mihi per dominum. &c. illi rem suam declarantes proponunt, & aiunt. Innoxii erimus a iuramento hoc quo nos adiurasti. Videat igitur Faber quod iuste maluerit in his Originem sequi magistrum, qui vt premissum est, ita super Mattheum loquitur: qui probatos per ecclesiam doctores, qui a scripturarum sensu ne iota quidem vnquam recedunt: sed omnem exosam curiositate inseparabiliter illi pro viribus adherent.

Hier. iiii.

E

Matt. xxvi.

Gene. 24.  
Li. locutio  
nri de Ge  
nesi, parte  
operu. viii.

Iosu. ii. ca.

## ¶ Propositio. XXVI.

Retaliationem, id est talionis poenam & iniurie aut damni reparationem, prosequi & expetere: in veteri lege licebat. In noua vero vetitus est hic vlciscendi appetitus, & damnum damno retaliandi modus.

## ¶ Confutatio.

Errorem hunc quo docet Iacobus illicitum omnino iam esse reponere in iudicio illatarum reparationem iniuriarum, siue in persona, siue in fama eas accipisse contigerit, siue rebus in ceteris: confutauimus annotationibus. xciii. & xciv. super Pauli epistolis. In fide autem & moribus istud erroneum esse: abundanter couincit vtriusque in christianismo politicę, ecclesiasticę videlicet & secularis, discipline gerendę modus. legi enim cuius, id est naturali, diuine & humane manifeste aduersatur, ac iustitie, quod hic promouere cõtedit

F



Faber. Porro in vtraq; politia constituti iudices, partes que sese queruntur a quoq; lesas fuisse audiunt: & reddunt vniciq; secundum opera sua: & in plerisque ciuitatibus (quoadmodum in hac Lutecia & sub pretere, & in supremo fieri videmus senatu) sedent pro tribunalibus nonnulli rerum & iuris periti, qui dum taxat super criminum & excessuum causis ius dicunt. Si autem quod Iacobus astruit verum est: id genus homines quatuorlibet legum equitate sequantur, omnes apud deum reprobi sunt & damnati, quod videlicet causas admittunt quas prosequi nullo licite potest. quod quidem vel cogitasse quod iniquum & peruersum sit: quis non videat? Absit igitur dominum per hec verba: Audistis quia dictum est:

**Matth. v.** Oculum pro oculo, & dentem pro dente. Ego autem dico vobis, non resistere malo: Sed si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam, prebe ei & alteram: absolute cunctos obligasse homines ad id quod hic tradit Iacobus, scilicet ad nullatenus in iudicio de iniuste acceptis damnis indemnitate etiam via iuris prosequenda. Alioquin iuste conqueri videbantur prudentes quidem secundum seculum: quorum verba epistola ad Marcellinum ad illa responsurus Augustinus, ita refert. Nunc deinde videamus quale sit quod in epistola tua sequitur. Adiecasti enim eos, scilicet prudentes in oculis suis, dicere quod Christi predicatio atque doctrina reipublice moribus nulla ex parte conueniat: cuius hoc costet preceptum, ut nulli malum pro malo reddere debeamus, & percutienti aliam prebere maxillam, & pallium dare ei quod tunicam auferre potuerit, & cum eo qui nos angariare voluerit ire debere spatio itineris duplicato. quae omnia rei publice moribus asseruntur esse contraria. Nam quis (inquit) tolli sibi ab hoste aliquid patiatur, vel Romanam prouinciam depredatoribus non mala velit belli iure reponere? Hec atque huiusmodi verba obtrectantium, siue non obtrectando, sed querendo loquentium, operosius fortassis resellerent, nisi hec disceptationes haberentur cum viris liberaliter institutis. Agedum viri politici pro rationis sibi a creatore dato lumine viderunt intolerabile esse, & omnium hominum quieti, ac reipublice tranquillitati omnino contrarium, ac in se perniciosum, asserere illicitum simpliciter esse, si quis resistat iniuste inuadenti, si facto aliquis ne iniuste ledatur occurrat, & si grauatus fuerit iniuste homo, iustitiae regulis restaurari sibi quod perperam lesus est postulet. eiusmodi enim assertum cognouerunt palam aduersari omnium communi conceptioni: qua dicitur quod vim vi repellere licet. et si non liceat a predatoribus & illicite grauantibus damna retaliationem in iudicio prosequi: nulla costare potest hominum politia, nulla regnis & politis belli iura prorsus relinquuntur. cum tamen per verbum sancti Ioannis Baptistae ad milites, certum sit bella non esse reprobata, sed magis concessa. Cum enim quaesiuissent: Quid faciemus & nos: ut. scilicet salutem promereri valeamus. non respondit. Arma proiicite: in militie statu nullus saluari potest. sed ait. Tamen ne minime cocutiatis neque calumnia faciatis: & ceteri estote stipendii vestris. quasi dicat: militado si hec obseruaueritis, saluabimini. Si autem absolute Christus

**H** sub precepti vigore quod premissa sunt tradidisset: inconuenientia hec omnia foueretur. Quocirca (qua id blasphemiam plane sonat) multa beatus Augustinus & pulcherrime quidem respondens loquitur, sua cuique legum tribuens iura: consiliis quoque euangelicis non detrahens, quanta sint apud deum meriti non tacet: inter

multa sic inquit. Ista precepta magis ad preparationem cordis que intus est pertinere, quam ad opus quod in aperto fit: ut teneatur in secreto animi patientia cum beniuolentia: in manifesto autem id fiat quod eis videtur prodesse posse quibus bene velle debemus: hinc liquido ostendit, quod ipse dominus Iesus exemplum singulare patientie cum percuteretur in facie, respondit. Si male locutus sum: testimonium perhibe de malo. si autem bene, quid me cedis? Nequaquam igitur preceptum suum si verba intueamur impleuit. neque enim prebuit percutienti alteram partem: sed potius prohibuit, ne qui fecerat iniuriam augetet. & tamen paratior erat, non solum in faciem percuti: verum etiam pro his quoque a quibus patiebatur crucifixus occidi, pro quibus ait in cruce: Pater ignosce illis quia nesciunt quid faciunt. Nec Paulus Apostolus preceptum domini & magistri sui videtur impleuisse: ubi etiam ipse percussus in facie dixit principi sacerdotum. Percutiet te deus paries dealbate. &c. & paulo post sequitur. Sunt ergo ista precepta patientie semper in cordis preparatione retinenda, ipsaque beniuolentia ne reddatur malum pro malo semper in voluntate completa est. Agedum sunt autem multa etiam cum iniustis benigna quadam asperitate plectendis: quorum potius utilitati consulendum est quam voluntati. Et paulo post ratio ne istorum Augustinus reddes: Cui (inquit) licentia iniustitiae eripitur, utiliter vincitur: quoniam nihil est infelicius felicitate peccantium, qua poenalis nutrit impunitas, & mala voluntas velut hostis iterior roborat. Ecce cur neque vlli congruit legi, neque accommodum est humane politie, sed plane exitiosum, dicere nulli esse licitum de sibi illatis contra ius damnis reparationem postulare in iudicio & prosequi.

¶ Propositio. XXVII.

Ex illo Leuitici verbo, Diliges amicum tuum sicut teipsum: aliud antiqui ex opposito trahebant. scilicet odio habebis inimicum. quod & ex veteribus scripturis apte cognoscitur, quod passim mala inimicis imprecatur: ut id: Aduerte mala inimicis nostris: & in veritate tua disperde illos. & iterum. Erubescat & conturbetur in seculum seculi, & confundatur, & pereat. Quae nimirum si de carnalibus & non de spiritualibus inimicis quae sunt spirituales nequiae intelligant: dicta videntur ex permissione ne odium in inimicos in veteri lege cetera, quod lex noua aufert: emendat enim illa.

¶ Confutatio.

Non semel a recto diuinae scripturae intellectu his recedit Iacobus verbis. In primis enim manifeste aberrat, quod per eloquia dei asserit costare: antiquis licuisse inimicos odio insectari. Porro cum diligere aut odisse proximum, sit mere pertinens ad diuinae legis moralia precepta: certum est eque in veteri ut in noua hominem obligatum tenuisse, quod. scilicet eiusmodi omnia ad eam quam deus humane inspirauit menti legem, id est naturalis, pertineant. Vnde & (ut in superioribus citatum est) dominus expresse eodem legis veteris loco odium prohibet dicens: Non oderis fratrem tuum in corde tuo. & per Salomonem. Si inimicus tuus esurierit, ciba illum: si sitit, da ei aquam bibere. &c. Deinde plane delirat Faber, docens scripturas veteris instrumenti mala inimicis imprecari. &c. Nepe ipsarum author scripturarum primus & principalis, spiritus sanctus extitit. Quomodo igitur deus qui (scriptura eadem testante) nihil odit eorum quae fecit, sed solum suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos: malum quibuscumque imprecaretur? Absit itaque ut sapiat quis, deum quantumuis peruersi

Ioan. xviii.

Luc. xxiii.

Actu. xxiii.

Leuiti. xix.

Leuiti. xix.  
Prou. xxv.

Sapie. xi.  
Matth. v.

hominis substantiā odisse. si enim odisset: mox illā annihilaret. Ille profecto  
 tm̄ odit peccata, & similiter sancti prophete & iusti quicq. Hinc dño dicebat  
 Psal. cxviii. Dauid. Nonne qui oderant te dñe oderā: & super inimicos tuos tabescebāt  
 Perfecto odio oderā illos. qđ est, vti sacri tradūt doctores: Iniquitates oderā  
 Psal. vii. nō naturā. & alibi. Si reddidi retribuētibus mihi mala: decidā merito ab ini  
 micis meis inanis. &c. vbi Augustinus. Iurare videtur Propheta per execra  
 tionē, qđ est grauissimū iurifurādī genus: cū homo dicit: Si illud feci, illud  
 patiar. Sed aliud est iuratio in ore iurātis: aliud in significatione pphetātis.  
 Hic em̄ dicit qđ vere cōtingat hoibus qui reddūt retribuētibus mala: nō qđ  
 sibi aut alicui quasi iureiurādo imp̄ctetur. Rursum sup illo eiusdē prophete  
 Psal. lxxvii. Effunde irā tuā in gētes que te nō nouerūt: paucis idē sanct⁹ doctor aperit,  
 qua sint intelligētia eiusmodi locutiones accipiēde: qbus aliis malū quod  
 libet imprecari videtur loquētes: dū ait. Qđ hic adiūgit Dauid: propheta  
 tio est nō optatio. nō malinolētię voto ista dicūtur: sed spiritu p̄uisa p̄dicū  
 tur. sicut de Iuda traditore: que mala illi fuerāt p suis meritis euentura, ita p  
 phetata sunt, quasi optata sint. Quēadmodū enim nō imperat Christo, quis  
 Psal. cviii. modo imperatio p̄nūciat qđ dicit. Accingere gladio tuo super femur tuū  
 potētissime. Specie tua & pulchritudine tua: intēde prospere, procede & re  
 K gua. ita nō optat, sed prophetat, qui dicit. Effunde irā tuā. Hęc ille, quem si  
 humiliter legisset Faber, & alios sacros doctores, qui in talibus vno sensu  
 (quia eodē sunt adiuti spiritu) loquūtur: non effunderet pro sana doctrina  
 errorū tenebras. quarū hęc vna portio est: qđ veteris legis scripture passim  
 mala imprecatur inimicis: qđ aperte est in earū authorē spiritu sanctū blas  
 phemare. Et execrabilius adhuc multo id efficit Iacob⁹: addēs permissionē  
 odiū in inimicos in veteri lege cōtentā esse, qđ lex noua aufert illā emēdās.  
 quomodo em̄ diuina lex odiū p̄mitteret impune, quæ iubet proximū quēq  
 diligere: proximū est autē hominū cuiq; ois homo. nā proximitas hęc nō a  
 loco sumitur, non ab officio, gradu, vel ætate, aut professione: sed a natura.  
 Obnoxius em̄ est quisq; hominū, salutē hominibus singulis exoptare, & que  
 Matth. xxii. cūq; ad illā cōferūt. qđ expressit vno verbo dñs dicens. Diliges p̄ximū tuū,  
 id est oēm hominē, sicut teipsum: hoc est ad eadē virtutū & p̄miorū (saltem  
 in genere) bona. Ceterū quid, queſo, redolet asseruisse, qđ lex noua veterem  
 emendat: nisi qđ illa nō vsquequaq; recta aut iusta fuisset? Non em̄ emenda  
 tur: nisi qđ eget correctione. Quādo autē legis veteris author solus dñs ex  
 titit: qua insania audet homo dicere veterē emēdari per nouā? nō emēdatur  
 certe per eā, sed perficitur: Christo dicēte. Non veni soluere legē: sed adim  
 Matth. v. plere: hoc est que illa promisit exhibere. Sancta igitur lex vetus fuit & im  
 Psal. xviii. maculata cōuertens animas: nihil prorsus habēs qđ emēdatione opus habe  
 L ret. Q; si qs eorū q nolūt ad sobrietatē sapere cōtentiosius opponens dicat:  
 Vetus ipsa lex si sancta, si immaculata erat & perfecta in se, nullaq; emenda  
 tione egēs: cur eā mutari oportuit? Discipulū is sese exhibet infidelis cuius  
 dā: qui (ceu per epistolā vir illustris Marcellinus diuo scripsit Augustino)  
 Li. epi. Auz dicebat. Cur hic deus, q & veteris testamenti deus esse firmatur: spretis ve  
 gu. epi. iiii. teribus sacrificiis, delectatus est nouis: nihil em̄ corrigi potest, nisi qđ ante

factū nō recte probaretur: vel qđ semel recte factū sit, mutari vllatenus non  
 debet. Recte em̄ facta, dicebat mutari nisi iniuste nō posse: maxime quia ista  
 vanitas incōstātię dominū possit arguere. Discipulo autē eiusmodi deliran  
 tis p̄ceptoris sat esse debet ad instructionē (si docibilis est) breuis quam  
 magistro dedit Augustinus respōsio, dicēs. Ipsa rerū natura humanaq; opa, Epi. v.  
 certa ratione pro tēporū opportunitate mutātur: nec tñ eadē ratio sit muta  
 bilis qua ista mutātur. Nōne (inqt) hyemī æstas addito sensim calore suc  
 cedit: nōne diurnis tēpora nocturna vertūtur? quoties nostrę variātur æta  
 tes? & post multa in hūc p̄ducta scopū: Non itaq; (ait Augustinus) verū  
 est qđ dicitur: Semel recte factū nullatenus esse mutandū. mutata quippe  
 tēporis causa, qđ recte ante factū fuerat, ita mutari vera ratio plerūq; flagi  
 tat. vt cū ipsi dicant recte nō fieri si mutetur: cōtra veritas clamet, recte nō  
 fieri, nisi mutetur. quia vtrūq; tūc erit rectū: si erit pro tēporū varietate di  
 uersum. & rursum post pauca. Aptū sane fuit primis tēporibus sacrificium:  
 qđ p̄ceperat deus. nunc vero nō ita est: aliud em̄ p̄cepit quod huic tēpori  
 aptū esset: qđ multo magis q̄ homo nouit qđ cuiq; tēpori accommodate adhi  
 beatur. & post alia deniq; adiecit Augustinus inquis: Aliis sacramētis p̄  
 nūciari Christū cū venturus esset: aliis cū venisset annūciari oportuisse. sic  
 ille. Veterem igitur legē minime per nouā emendari sentiēdū est, aut in ea  
 odiū cuiuslibet hominis esse permissum: & nō in noua. siqđ apparētius id  
 videri posset in euāgelio nō modo permissum, sed mādatū: Christo dicente.  
 Si quis venit ad me, & nō odit patrē suū & matrē, & vxorē, & filios, & fra  
 Luc. xiiii. tres. &c. nō potest meus esse discipulus. Absit autē, per hęc dominū odium  
 parentū concessisse. sed accipienda sunt hęc: sicuti plane tradūt sancti eccle  
 się doctores. eos scrutetur qui opus habet. Norit autē in vtraq; lege deum  
 odiū p̄cepisse vitiorū: naturā vero omnū etiā vitiosorū quorūlibet diligi:  
 & est istiusmodi odium (vt dictum est) sanctum. odium autem substantiæ  
 vt peruersum, itidē omni lege prohibitū est. De quo Dauid. Respice inimicos  
 Psal. xliiii. meos quoniā multiplicati sunt: & odio iniquo oderunt me.

## ¶ Propositio. XXVIII.

¶ Gloria quæ est merces nostra, gratis a deo datur: nec propter illam ad  
 piscendam operari debemus. Cap. vi.

## ¶ Confutatio.

Prior huius assertionis particula, in superioribus elisa est. qđ vero in poste  
 riore Iacobus illicitū p̄tendit, si quis vitā æternā suorū operū finē cōstituat:  
 illicite prorsus & cogitatū est & scriptū, quoniam scripturis plane aduersa  
 tur: que nos operari p̄ bonorū cū tēporaliū tū spiritualiū adeptione passim  
 iubent, & exēplis instruit. qđ cū notissimū vel theologię tyrūculis existat:  
 piget hic multa prodigere verba. Perstringentes ergo innumera solū dica  
 mus cōmunissima: vt inde clarius liqueat quāta hallucinatione laboraue  
 rit Iacobus Faber, causam p̄sentis reddēs asserit, quo ait nō operādū p̄pter  
 adeptionē glorię: & dicēs. Quia si p̄pter æternę vitę p̄miū ageremus: neq;  
 propter deū solū operaremur, neq; ipsum prorsus finem faceremus. Porro si  
 operū humanorū (vt ille per hęc cōtēdit verba) nullū sub deo liceat finem

statuere: nō erit salua oīs caro. Si (ait Faber) propter adīpiscēdā gloriā ope retur quis: illicite agit, quia nō ppter solū deū operatur, neq; ipm finē facit. Et nō vidit ille, quia si nō sint actū hominū fines mediū: neq; dñs ipse vltim⁹ finis poterit dici. q; cordis humani duplex est in deum dilectionis motus. prim⁹ quo illū p fidei notitiā vt sūme pulchrū, bonū iustū, & oīm authorē bonorū cognitū amat & colit homo amore iustitię: in nullū aliud actū eius modi referēdo. quo vt valeat agere: dedit sua bonitate homini de⁹ principē illā virtutē charitatē, cui⁹ est pēcipua vis hoīs volūtate iuuare vt deū ppter se diligit, velut oīm amabiliū sūmū & vltimū finē. Alter est quo ipm dñm amore cōmodi diligimus: quaten⁹. s. sūmū bonū est illū diligētī: ad qđ agē dū, nostrā cōfortās imbecillitatē, nobis diuina pietas spem virtutē donauit cū puia fide: quę hui⁹ & illius actus virtutū dirigit in finalē dei gloriā, nō

**N** autē vtilitatē, sed dūtaxat in cōmodū recte agētī. Nō parua igitur theologie ignorātia in Iacobo fuit: credidisse hominem deo nō posse licite seruire pro sine quocūq; sub deo: Qñ (vt pmissū est) palā oppositū docēt & Christi facta & mādata, cui pcor respōdeat. Ille em̄ dixit: vt a tutissimis inchoemus: Sic vos orabit. Pater noster q es in celis sanctificetur nomen tuū. qđ aut sequit. Adueniat regnū tuū: & Panē nostrū quotidianū da nobis hodie. votis Iacobi manifeste resultat. nō em̄ ibi citra mediū dei gloria petitur: sed hoīs cōmodū. & eodē Matthei loco. Thesaurizate (inqt dñs) vobis thesauros in celo. &c. Quid est hoc Christi monitū: nisi, p opa bona celi beatā vitā vobis acquirite & poseite. & iterū. Querite ergo primū regnū dei & iustitiā eius. In Ioāne vero. Petite (inqt Christus discipulis) & accipietis: vt gaudiū vestrū sit plenū. Ecce p ista dñi eloquia, & alia in eadē sententiā nō pauca (q̄ pro desiderata breuitate omitto) cōstat piū esse & deo gratū, ab eo poscere nō modo eternā glorię vitā: sed & q̄cūq; nobis adminicula esse possunt ad illā pcurādā. Hinc & ipse dñs in orto nobis exēplū tribuēs orauit dicēs. Pa ter mi si possibile est trāseat a me calix iste. Ap̄s etiā Paulus: Ter (inqt dñm) rogauī: vt auferet a me stimulus carnis &c. Vniuersa insup ecclesia pro beati Petri e manu Herodis liberatione, sine intermissione dñm exorabat. Licetū ergo p hęc oīno videmus, deo seruire p adeptione finū sub deo. Pro glorię aut cōsecutione q̄ nisi plane delirās in fide, id licere inficiari poterit: cū illius glorię pmiū dñs p oēs scripturas volētibus suis obedire mā datis repromittat, & spe obtinēdi eiusdē nos alliciat, contestās in Mattheo & Luca, Beatos futuros, q̄ recta agētes etiā in hoc mūdo mala sustinerint. Ceterū in parabolis agēs dñs: & illis q̄ talētis recte vti fructū fecerit, dicit. Euge serue bone & fidelis: qa in pauca fuisi fidelis, supra multa te cōstitua: intra in gaudiū dñi tuī. qđ in beato Luca adhuc magnificātius exprimi voluit his verbis. Euge bone serue: qa in modico fuisi fidelis, eris potestātē habens sup decē ciuitates. Si pfecto indignū fuerat deo spe mercedis eternę militare: nō pponeret certare volētib⁹ p̄mia ipa sperādā. Neq; spū dei act⁹ Dauid scripsisset dicēs. Inclinaui cor meū ad faciēdas iustificatiōes tuas in eternū: ppter retributionē. & p Ap̄m Ioannē. Qui vicerit (inqt dei spūs) & custodierit vsq; in finē opa mea: dabo illi potestātē sup gētes. & rursum.

Matth. vi.

Ioan. xvi.

Matt. xxvi.

ii. Cori. xii.

Actu. xii.

Matth. v.

Luc. vi.

Matt. xxv.

Luc. xix.

Psa. cxviii.

Apoca. ii.

Qui vicerit: vestietur vestimētis albis: & non delebo nomen eius corā patre meo, & corā angelis eius. Item alibi. Vincētī (ait) dabo edere de ligno vite: qđ est in paradiso dei mei. & iterū. Vincētī dabo māna absconditū: & dabo illi calculū candidū. &c. Expressissime autē Christus in parabola oibus volētibus iuste operari, dicit. Ite in vineā meā: & qđ iustū fuerit dabo vobis. En dñs operariis mercedē pollicetur, vincētibus offert coronā, spe propostorū p̄miorū oēs & singulos ad iuste agendū prouocat, inducit, allicit. & Iacobus ait: Nō debemus operari ppter adīpiscēdā glorię promissę mercedē. quasi actus ipsius spei, quo (vt diximus) deū ipm (qui est ipsa eterna merces) amamus vt nostrū bonū, eūq; nobis volumus: actū aduerfetur charitatis, quo eūdē propter se diligimus. quod omnino falsum est: nā & prior in vltimū tadē refertur. Quādoq; vt omniū operū fructū & emolumentū nobis cupimus, & nō deo, cui oīno inutiles sum⁹: ita & merita & p̄mia nosq; ac oīa in eius finalē ducimus laudē & gloriā. Amamus igitur beatitudinē nobis: illā tñ & nos in deo & ppter eū summe dilectū volumus. vñ loquēs de hoc Augustinus. Beata (inqt) vita, si nō amatur: nō habetur. Porro si amatur & habetur: ceteris omnibus rebus excellentius necesse est ametur, quoniā propter hanc amandū est quicquid aliud amatur. Sic ille.

Apoca. iii.

Apoca. ii.

Matth. xx.

Lib. de ciuitate di. xliii. ca. xxv.

Propositio. XXIX.

Confutatio.

Si de⁹ sic vestit herba agrī: quāto magis nos nulla nra sollicitudine vestiet? Non possum nō vehemētē demirari hominē hūc cōtra hominū omniū certā notitiā, cōtra ppria & quotidiana facta loqui. Deus (inqt) nulla nostra sollicitudine, quod est nihil agētibus nobis & curātibus, vestiet nos. hoc si ageret deus: naturę omnino quę dedit ipse peruerteretur ordo, & oīa fere p miracula operaretur deus. Proinde a politia artes oēs mechanicę forēt eliminādę. si em̄ nulla nostra sollicitudine deus nos vestiturus est: nō cōgregā dīnūmī, vt inde nobis pannos cōparemus: nō adeundus etiā empto panno artifex, qui vestē cōponat. & ita de ceteris omnibus, quę nō nisi nostra sollicitudine p cōmunē dei cōcursum fieri possūt. Queratur ab Iacobo, si vel calciamētū nulla sollicitudine vnq; cōsecutus est. & cū vt pdiximus notissimū sit nulla vestimētōꝝ cuiq; secūdū regularē a deo statutū modum dari citra humanā sollicitudinē: q̄ euidēter a recto deliret hic Iacobus: q̄s nō videat: quo p negocio videri possunt citata p nos cōfutatiōe. vii. sup hos euāgeliorū cōmētarios: sunt etēim rei huic satis accōmoda. A mera aut theologie ignorātia cōtigit Fabro putare, Christū dñm illo verbo, Dico vobis ne solliciti sitis anime vestre quid manducetis, neq; corpori vestro quid induamini. &c. omnē nobis prohibuisse sollicitudinē: cū in scripturis multiplicariam vt sollicitus sit homo ipse p̄cipiat. Populo nāq; suo per sanctū Iohue locutus est dicens. Confortamini & estote solliciti vt custodiatis cūcta q̄ scripta sunt in volumine legis. Homini aut p Micheā prophetā dixit. Indicabo tibi o homo qd sit bonū, & qd dñs requirat a te. vtiq; facere iudiciū & diligere misericordiā: & sollicitū ambulare cū deo tuo. Ap̄s insuper dicit. Qui sine vxore est: sollicitus est quę dñi sunt, quō placeat deo. Ephesius vero scribens

P

Matth. vi.

Iosu. xliii.

Miche. vi.

i. Cor. vii.

Ephes. iiii. ait. Supportantes inuicē in charitate, solliciti seruare vnitatē spiritus in vinctulo pacis. Romanis item. Qui preest (inquit) in sollicitudine. & rursus. Roma. xii. Sollicitudine nō pigri. Corinthios autē cōmēdat dicēs. Abūdatīs fide & sermone & sciētia, & omni sollicitudine. & de se alio loco eisdem loquens ait.

**Q**uā iustitia mea cotidiana: sollicitudo omnīū ecclesiarū. Ecce q̄ varie deus in scripturis sollicitudinē, aut p̄cipit gerendā, aut gestā laudat. Inspiciēter igit̄ opinatus est Iacobus ita oēm culpā: vt diceret deū nos vestibus operturū nulla nostra sollicitudine. Dicit em̄ Augustin⁹. Sicut p̄postera securitas in periculū impellit: ita ordinata sollicitudo securitatē parit. Cōmēdat igitur per scripturas deus sollicitudinē oēm, qua homo vigilāter curat q̄ ppriā & aliorū p̄mouere possunt salutē. Omne itē sollicitudinē scriptura damnat, q̄ p̄stituit sibi nō dei gloriā, sed dūtātaxat temporariū cōmodū. Prior dici potest spiritualis, p̄uidētīę aut necessitatīs nature: Altera vocari merito potest sollicitudo sup̄fluitatis aut diffidētīę. Nā & sup̄ hoc loco Matthei Hieronymus: Q̄ d̄ inquit, oibus natura tribuit, & iumentis ac bestiis hominibusq; cōmune est: huius cura nō penitus liberamur: sed p̄cipitur nobis ne solliciti simus qd comedamus: quia in sudore vultus p̄paramus nobis panē. labor exercendus: sollicitudo tollenda. & paulopost. Ceterū (ait Hieronymus) de spiritualibus cibis & vestimentis: semper debemus esse solliciti.

¶ Propositio. XXX.

**Matth. vi.** Iustitia nouę legis, de qua loquitur Christus dicēs: Querite ergo primū regnū dei & iustitiā eius: duplex est. quędā operū, quā imitādo Christū & mā data eius implendo assequimur: altera fidei, qua a deo iustificamur. & hęc iustitia gratię est, & fidē cōsummatā sequitur: vt opera bona virtus.

¶ Propositio. XXXI.

Iustitia fidei est vt lux de sursum descēdens, omnia purificās, omnia pandēs & ornans, cōsummans & perficiens. Iustitia operū est vt habitus & pulcher thalamus luci suscipiendę paratus vt pulchrior fiat.

¶ Confutatio.

**R** Quod hęc de duplicis iustitię discrepātia resumit Iacobus Faber: plene reprobātū est cōfutatione. xiiii. in ep̄las beati Pauli, aliisq; ibidē locis: & monstratū merū esse somniū aut figmētū qd̄ adinuenit hęc & illic Faber. qui vollet ea legat: quę ob id scripsimus in annotationibus illis. Si qs aut̄ maturi⁹ horū Iacobi seriē appendat sermonū: eos sane pugnare secū inueniet. Nō em̄ cohętere valēt hęc: Primio iustitia fidei est qua iustificamur: & q̄ illa fidē cōsummatā sequit̄. Nēpe (vt in superiorib⁹ crebro diximus) iustificatur homo qn̄ de iniusto fit iustus, hoc est qn̄ in eo de⁹ iniquitates delet seu iniustitias vel peccata: qd̄ p̄ nouā charitatis infusionē formaliter fieri certū est, & meritorie p̄ p̄nitētīę actus, q̄ sunt humana opa. & est qd̄ beatus Iacobus cōclufit dicēs. Vidētis qm̄ ex opibus iustificat̄ homo: & nō ex fide tm̄. Qn̄ aut̄ felix eiusmodi in hoīe celebratur iustificatio, id est de criminoso & dei inimico innocēs fit & amicus dei: tm̄ primo statū seu gradū incipiētū ingreditur ille. Absit igit̄ vt in hmōi hoīe fides cōsummata sit. Pręterea certū est cuiq; in diuinis vel mediocriter erudito: de hoīe iusto & fideli nō p̄dita fide iniu-

Iaco. ii.

stissimū fieri posse: vtpote q̄ nihil errās in fide, hoc est nulli eorū dissentiens quę per fidē nosse obligatur: in crimina varia p̄labitur, ceu passim fieri cernimus. Si ergo ille respiscat, iustificabitur p̄ p̄nitētīā: quę opus est liberi arbitrii, a gratia dei p̄ueniente & fide seruata p̄cedēs. Cur itaq; fidei tribuit Iacobus iustitiā, quasi illius sit solius: ipse viderit. Rursus neq; simul stant, q̄ p̄ eiusmodi iustitiā quā fidei vocat iustificemur: & q̄ illa sit cōsummas & perficiens. Ad hęc si existimat Iacobus illā quā fidei fabricat iustitiā, ita de sursum aduenire quasi in cęlo eā deus creet, & iam creatā in hominū mittat corda: aut illā quā finxit operū, nō de sursum etiā aduenire: absurdissime erant, & aduersatur scripturę q̄ dicit. Omne datū optimū & oē bonū perfectū: de sursum est, descēdēs a patre luminū. ceterisq; innumeris eiusdē scripturę eloquiis, iā nō semel citatis: qbus aperte docemur nullū in qualibet creatura posse bonū inueniri cuius primarius & p̄cipuus non sit author deus. Oīa quidē per ipsum facta sunt: qui est factor omnīū visibilīū & inuisibilīū.

Iaco. prio.

Ioan. i.  
In symbolo  
Niceno.

¶ Propositio. XXXII.

¶ Idem vir fuisse creditur Cleophas & Alpheus: Iacobi. s. minoris, & fratrum eius pater.

¶ Confutatio.

Hęc errorē in opusculo cui nomē est Apologia pro filiabus & nepotibus S beatę Annę, pro nostris viribus confutauimus Anno salutis. Mdxix. & hoc quidē, secūde cōsiderationis propositione sexta. Illic scripta hęc repetere nō placet, quia facile volētēs illa suo possunt loco videre: & cū prolixē multū rē edisseruerimus quę sibi colligatur: operosum nimis & forsā modici fructus iam reor, ipsa illinc huc transfundere.

Cap. x.

¶ Propositio. XXXIII.

Si Apostoli cogitarēt & meditarētur quō aut quid loqui deberēt, putarēt suū esse qd̄ dicerēt. At cū nulla sollicitudine eius rei torquentur: verbo dñi plenissime fidentes qui dixit eis: Cū tradent vos, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini: dabitur em̄ vobis in illa hora quid loquamini: tūc manifeste cognoscūt nō suū esse qd̄ loquūtur: vt nō sibi quicq; sed soli deo oīa tribuāt: qui dignatus est eos sua facere instrumenta per quos operaretur.

Matth. x.

¶ Propositio. XXXIII.

¶ Quemadmodū cithara animos audientium, nec allicit nec immutat, sed qui mouet eam: neq; huiusce operis laus aut gloria est citharę, sed mouētis citharę: pari modo dei & spiritus ei⁹ erat laus oīs dictorū & factorū ap̄lorū, & cuiuscūq; alius, quę deus dignatur suū facere instrumentum.

¶ Propositio. XXXV.

Opus quod in homine non sic est dei solius: solum humanū est inane & frigidum, & quod non (nisi a carne) probari potest, a spiritu autem reicitur: qualia sunt omnia, solo studio humano adinuenta.

¶ Confutatio.

Omnia fere quę hęc iterat Faber in superioribus explosa fuere, & quidem frequētius. hinc perpaucis nos absoluem⁹. Deuiat in primis a recto verbo Christi sensu: existimās phibitos fuisse ap̄los in obeūdo p̄dicationis officio agere quicq; cū dei vniuersali auxilio possent & citra miraculū. Hoc siquē

T

(vt cōfutatione. vii. sup his euāg eliis mōstratū est) tentare deū contra eius mandatū oīno esset. Alioquin si nihil curare oportebat beatos ipsos legis Christi primos p̄dicatores: cur ipse Paulus etiā aliorū req̄siuit fidelīū curā studiū & precū instantiā: quo illis adiutus potentius exequi valeret imposi- tū sibi a Christo mun⁹: nō vs̄quequaq; sibi cōfissus, & minime p̄sumēs (negle- cto eo qđ cū vniuersali dei auxilio poterat) deū tentare, per miraculū vide- licet expectādo qđ alias assequi datū erat. Lōgissime dubio procul absunt: qđ hic putauit Faber, & q̄ egit & agēdo fieri oportere docuit Ap̄ls. Ille di- cit Ap̄los nō debere meditari aut cogitare simpliciter, quidnā locuturi pro salute peccatorū essent: neq; curā aliquā gerere sup ea res: sed tāq̄ inanimatū eorū quisq; instrumentū foret, pure passiue sese debere habere. Ap̄ls vero di- uersa oīno via incēdēs nihil negligit eorū q̄ potest: sed in dei obsequiū (sicuti prius ostēs sum est) etiā cōuertit q̄ in Gētiliū didicerat scriptis: Instat omni cura & sollicitudine apud deū, quo asseq̄ valeat vt digne opus impositū p̄fi- ciat, & vnde cūq; pōt adiutores sibi cōciliat. Thessalonicēsisibus nāq; scribēs. De cætero fratres, ait, orate p̄ nobis: vt sermo dei currat & clarificetur. Ro- ma. xv. De cætero fratres, ait, orate p̄ nobis: vt sermo dei currat & clarificetur. Ro- manus insup̄ obtestat̄ dicēs. Obsecro vos fratres p̄ dñm nostrū Iesum Chri- stū, per charitatē sancti spūs: vt adiuuetis me in orationib⁹ p̄ me ad deū. & Ad Col. iiii. Colossensibus. Orationi instate (inqt) vigilātes in ea & gratiarū actione: orātes simul & p̄ nobis, vt deus aperiat nobis ostiū sermonis ad loquendū mysteriū Christi (p̄pter qđ etiā vincit⁹ sum) vt manifestē illud, ita vt opor- tet me loqui. Hęc nimirū verba nō sunt hois: q̄ nō cogitat aut meditat̄ quo modo aut quid debeat loqui p̄dicādo euāgelii. Iacobus Faber dicit Ap̄los nulla fuisse cura sollicitos sup̄ executione oneris eis impositū. Beatus vero Paulus impēfissime āxiatur, curat, sollicitudine vritur: nō p̄sumit cū Fabro a solo deo p̄dere, omniū p̄ adiutorio impetrādo preces q̄rit, mēdicat. Neq; putet Iacobus alios ap̄los hac in functione p̄dicādi euāgelii, secus atq; Pau- lus se habuisse: hoc est nihil suo studio & via humana laborasse: nihil p̄ su- as & aliorū p̄ces vrente sollicitudine curasse. Porro beata illa prima disci- pulorū cōcio, q̄bus cor vnū erat & aīa vna: pro oībus ap̄lis & aliis euāgelii cē legis p̄dicatoribus summā gerētes curā, Dño (vt est in Ap̄licis actib⁹) dicebāt. Da seruis tuis dñe cū omni fiducia loqui verbū tuū: in eo q̄ manū tuā extendas ad sanitates, & signa, & prodigia fieri p̄ nomen sancti filii tui Iesu. Et cū orassent motus est locus in quo erāt congregati: & repleti sunt oēs spiritu sancto, & loquebātur verbū dei cū fiducia. Eia sancti Ap̄li, disci- puli, & fideles reliqui, sciebāt Christū prophetaſse dicēdo. Signa aut̄ eos q̄ crediderint: hęc sequētur. In nomine meo dæmonia eiciēt, linguis loquen- tur nouis, serpentes tollent: & si mortiferum quid biberint, nō eis nocebit. super egros manus imponent, & bene habebunt. Indubie ergo credebant id futurum esse. Non tamen sese vt nuda instrumenta, hoc est vt moti tm̄ & nihil agentes (sicut delirās putauit Faber) gerunt: sed omni vigilātia & sollicitudine petūt, q̄rūt, pulsant, vt per eos illa operetur deus. id est vt ipsi dei cōfortati virtute & cooperāte gratia eius agāt, que infallibiliter acturi erāt. Da (inquit) o dñe seruis tuis cū omni fiducia loqui verbū tuū: in eo

ii. Theſ. iiii.  
Roma. xv.

Ad Col. iiii

V

Actu. iiii.

Marc. vii.

q̄ manū tuā extēdas ad sanitates & signa & prodigia fieri per nomen sancti filii tui Iesu. Agūt igitur beati apostoli & ceteri primūq; ecclesie duces, qđ valent. cur hoc? quia certe pie sentiebant naturę dona & acquisita adiuuante dei gratia ociosa esse nō debere: quoniā quidē dominū audiuerāt decernere, plectendū illū esse qui lucrū de acceptis talentis nō fecerat. Mira igitur in- s̄piētia sapuit Iacobus Faber, ex illo Christi verbo: Cū tradēt vos nolite cogitare quomodo aut quid loquamini. &c. simpliciter eos q̄bus loquebatur dñs, nihil debere cogitare aut sollicitos esse super agēdis per ipsos eo in of- ficio: quando aliud prorsus non intendebat Christus, nisi q̄ vbi eis deesset (humano modo prius tērato) qđ foret gerēde rei imposi- tē cōducibile: illud suppleret cui nihil deesse potest dñs illos mittēs. & hoc certissime ipsi intellexerūt. hinc nō (sicut fabulatur Iacobus & p̄sump̄it) omiserūt studia, curā postposuerūt expectātes per miracula a deo illustrari in illis: quæ via cōmuni cōsequi valebāt tā per se q̄ fidelīū p̄ximorū per orationes & suffra- gia auxiliis. qđ ergo loquebātur, qđ laborabāt, qđ pmouebāt apli p̄dicā- tes: & suū erat, & dei dono id sese habere humiliter cognoscebāt. Alioqn si- cut in superioribus mōstratū est, nō dixisset Paulus. Ego plus oībus labora- ui: nō ego solus. s. sed gratia dei: nō itidē sola, sed mecū. Si autē nō ipsi⁹ erāt opa q̄ instruēdo p̄dicādo faciebat & agēdo: quomodo p̄ eiusmodi sibi te- staretur secūdū iustitiā dei coronā debere a iusto iudice deo: non errauit cer- te Ap̄ls hęc dicēs. quibus dissentaneę garries Faber: plane delirasse dicen- dus est. Cōtēdit siquidē nō licuisse Ap̄stolis, qn & vniuersis qui verbū dñi p̄dicādi onus susciperēt: p̄cogitare aut p̄meditari q̄ dicturi essent: quod esset euidēs dei tēratio. Vnde & ista edisserēs Augustin⁹ perpenſis dñi ver- bis q̄ iam in manibus versam⁹; Nolite cogitare quomodo aut qd loquamini: opposita oīno sentētia Iacobi dictis incedendū tradidit dicēs. Qui alios docēdi q̄ sunt religionis Christi prouinciā habet: ipsa hora iā vt dicat acce- dēs, priusq; exerat p̄ferentē linguā ad deū, leuet animā s̄tietē vt eructet qđ biberit, vel qđ impleuerit fundat. & paulopost. Quis facit vt qđ oportet & que admodū oportet dicatur a nobis: nisi in cui⁹ manu sunt & nos & sermo- nes nostris ac p̄ hoc discat quidē oīa q̄ docēda sunt q̄ & nosse vult & doce- re, facultatēq; docēdi vt decet virū ecclesiasticū cōparet. sequitur: Ad horā vero ipsius dictionis, illud potius bonę mentī cogitet cōuenire, qđ dñs ait. Nolite cogitare quomodo aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. non enim vos estis qui loquamini: sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Si ergo loquitur in eis spūs sanctus q̄ persequē- tibus tradūtur p̄ Christo: cur nō & in eis qui tradūt discētibus Christū. Sic Augustinus. Que p̄terea scripsit Iacobus dicēs: Euangelicos Christi p̄dica- tores eo in negotio instar citharę penitus habēdos, vt pote q̄ nihil agant, & proinde nulla laus, nulla illis debita sit gloria, plus q̄ mortuo & moto instrumēto: plane hēreticū esse ex iā dictis cōstat: & eodē iure qđ adiecit Fa- ber dicēs. Quicqd in hoīe est nō a solo deo factū: inane est, frigidū, & qđ so- la probat caro, sp̄ritus aut̄ reiciit. qualia (inquit) sunt omnia solo studio humano adiuuenta. quod enim supponit, artes videlicet seculares quas libe-

Matth. xv  
X  
Matth. x

i. Cor. xv.

ii. Tim. iiii.

Lib. iiii. de  
doctri. chr.  
ca. xv. pre  
operū. iiii.

Sapi. vii.

Matth. x.



rales vocant, item & mechanicas, solo humano studio adiuuentas, excluso dei adiutorio: plane erroneum est. nihil enim (vt mox & crebrius antea dictum est) boni aut veritatis in homine esse potest, etiā in vilissimis artibus, necessariis tamen: cuius non sit deus causa. Erroneum in fide præterea est dicere: opera nonnulla in homine esse, quorū solus deus causa est. & quoniam in superioribus de his amplior factus est sermo: ideo breuitatis amor vt in de taceam compellit.

¶ Propositio. XXXVI.

Fideles nō debēt corporis & animę mortē, id est gehennā timere: sed potius totis viribus, immo supra vires amare & venerari eū, qui potest illā inferre.

¶ Confutatio.

**Z** In priore huius asserti parte Christo cōtradicit Iacobus, & quidē apertissimē, etiā in plana quā hic contorquet litera. Dixit etenim dñs. Eū timete qui potest & animā & corpus perdere in gehennā. In Luca vero. Ostendā vobis quē timeatis. Timete eū qui postq̄ occiderit, habet potestatem mittere in gehennam: ita dico vobis, hūc timete. Quid, quęso, per hęc hominibus suadet Christus: nisi vt gehēnę formidine perterriti a recto nō discedāt: si timēdus est de⁹ ne æternā illā inferat pœnā: quomodo nō debet homo pœnā ipsam pertimescere? Si deus tm̄ vult vt ipsum diligamus, quia. s. summe bon⁹, sū me pius, liberalis & munificus est: & nō etiā vt velut iustū iudicē zelantem & omnīū iniquitatū & criminū punitorē metuamus: cur totiens in scripturis seueritatē iustitię suę peccatoribus inculcat, tum in veteri, tū in nouo instrumento? Per Malachiā em̄ protestatur dicēs. Ecce dies veniet succēsa sicut caminus: & erūt omnes superbi & oēs faciētes impietatē stipula: & inflāma bit eos dies veniens. & post. Dies dñi magnus & horribilis. Hinc (vt omit tam innumera) dicit Apłs. Scimus em̄ qui dixit: Mihi vindictā & ego retrī buā. & iterū: Iudicabit dñs populū suū. Horrendū est incidere in manus dei viuētis. Putas inferni tormēta nō horrebat Dauid, non semel clamans. Dñe in furore tuo arguas me: neq; in ira tua corripas me. Nouerat profecto certissima fidei luce ignē æternū paratū diabolo & oibus qui super nequitias suis nō egerūt pœnitentiā: sicut ipse Christus in die illa irę & terribili pręnūciauit sese dicturū. Discedite a me maledicti in ignē æternū: qui paratus est diabolo & angelis eius. Qz q; illic erit fletus & stridor dentium: vbi transibūt miseri ab aquis niuū ad calorē nīmiū. qa angeli diuinę executorēs iustitię separabūt malos de medio iustorū: & mittēt eos ī caminū ignis. Eiusmodi terrificis cōminationibus scripturas suas repleuit dñs. & Iacob⁹ dicit: Homines nō debēt gehennā timere. hoc autē asserit illo delusus errore: quo credidit nullū ad recte agendū debere puocari suppliciorū metu, q dicitur timor seruilis. De quo abūdātius iā nō semel disceptatū est. Quod vero subdit Faber, debere hominē deū amare & venerari supra vires: si velit verbo debere obligationē innuere, hoc est q; supra vires teneatur homo deū amare: plane desipit. si aliud vero p̄tēdit, qd̄ sane posset accipi: illud aperire debuerat. Nō certe p̄cepit deus vt eū homo supra vires diligat: sed tm̄ dicit Deute. vi. Diliges dominū Deum tuū ex toto corde tuo. &c.

¶ Propositio. XXXVII.

Si austeriorē vitam ducas q̄ olim Hilarion & omnis turba Thebaitarū & Tabaniotarum, & te respicias existimans opera tua te saluatura: crucē fers, sed non sequeris Christū, sed teipsum, cum tuā salutem in illis sitam esse putas. Salus tua miser nō sunt opera tua, sed opera Christi. tu te saluare nō potes, sed Christus: tua crux non te saluabit, sed crux Christi.

¶ Confutatio.

Astutissimo & vix perceptibili paralogismo Fabrū honorū hostis operum B diabolus circūuenit, quasi Dei sincere gloriā quæreret, cū nihil minus vellet. Suggestit quippe homini sibi placenti, & de se non parua speranti: via subtilissima, & non citra colorē, omnia in Dei gloriā fieri debere. quod verissimū est & piū. Quo iacto lapide, pergens inania esse quælibet hominū facta suadet, nihil prorsus præmiorū illis deberi: q; apud Deū nullum esse potest meritum, cū ille gratis omnia donet suę creaturę: q; sola fides iustificat, & proinde sunt omnia illi tribuēda, & nihil operibus: q; non est in hominis facultate vt saluetur: q; solus Christ⁹ meruit: quin & (cū pro omnīū peccatis satisfecit) nulla opus esse alia satisfactione. Quib⁹ omnibus consimilibusq; nō paucis, non id per Fabrū agere demon intēdit, vt homo humilietur, & de seipso diffusus pie in dei misericordiā speret: verum vt hoc circū uētus sophismate sensum & quasi imperceptibiliter ad operādum reddatur remissior, præsumptione reproba putās se absq; meritis salutē posse consequi. & ita mandatorū Dei obseruantia paulatim neglectū iri pręuidit inimicus homo. Qz tum autē hac inuētiōne rem suā promouerit, id est quot peruerterit fidelīū: heu plus satis notū factum est. Cæterū quia hæc omnia Fabri deliria in superiorib⁹ refutata sunt: nō est p̄ductior iā habēdus sermo.

¶ Propositio. XXXVIII.

In magnis celebratibus, vt in pascha, scenophegiis, Enceniis, & si qua sunt Cap. xii. his similia: prima dies erat magnū, ac primū, ac primo loco sabbatū: sex autem alii sequentes dies erant sabbata: sed secūdo loco sabbata. In vno ergo horum dierū ambulabat domin⁹ cum discipulis suis per viam iuxta quam erant segetum spicę. tum aliqui discipulorū vehementer esurientes paululū ad illas deflectentes cœperunt vellere ipsarum aliquot &c.

¶ Confutatio.

Ecce Iacobus Faber rerum ad religionē pertinentiū pene in omnibus noua C tor: nouū nobis & hic dogma tradit quod prius quidē non audieramus. dicit enim diem illū nō fuisse hebdomadę septimū, de quo ita Beatus scripsit Matthæus. In illo tēpore abiit Iesus per sata sabbato: discipuli autem eius esurientes, cœperunt vellere spicas & māducare. Occasionē autem eū vt sic diceret inde accepisse reor: q; Pharissæi illud cernētes & inde scandalizati Christo dixerūt. Ecce discipuli tui faciunt quod nō licet eis facere sabbatis. Quasi idē numero hominis opus fieri potuerit nō vnico: sed variis septimanę diebus. Quomodoq; autē accipiat pluralitatis nomē sabbatis, hoc est pro vno illorū sex quos expressit, siue alias: erroneum tamē in fide omnino reputari debet quod asserit, nō fuisse tūc diem hebdomadę septimū. Porro

cum Christo dixerint Pharissæi (qui legis madata exactius callebāt q̄ obseruarēt) discipuli tui faciunt quod nō licet: manifeste datur intelligi: quia tum septimus erat dies. de illo enim tantū dñs dixerat. Sex diebus operaberis, septima die cessabis: vt requiescat bos & asinus tuus &c. & rursum. *Septimo autem die sabbatū domini Dei tui est. Nō facies omne opus in eo: tu & filius tuus &c.* Hoc autē firmat non vulgariter, q̄ etsi festiuitates Iudæorum præcipue non vnū tantū sed multos clauderēt dies: non tamen illicitū erat operari nisi primo & vltimo, sicut variis veteris legis capitibus cōstat. Quando igitur mediis sex diebus operari quædā permittebat lex: nō dicerent legis periti dño Pharissæi, si vno sex illorū dierū spicas auulsas cōtriuissent: discipuli tui faciūt quod non licet. Alioquin in prōptu respondere dominus poterat immo legis indulgētia licet. quod nō opposuit: sed ad extremam (cui nulla posita lex est) necessitatē recurrendum esse docuit dicens. Non legistis quid fecerit Dauid &c. Nēpe de vno, id est septimo die solum præcepit Deus: vt in eo nihil operis agerēt Hebræi. Concludendum igitur omnino venit die septimo cōtigisse, quod vti prohibitū Moyse lege domino opponebant Pharissæi dicētes. discipuli tui faciunt quod nō licet. Neq̄ aduersatur quod dixerūt, discipulos ipsos facere quod nō licet sabbatis. Intellegendū enim est verbū illud, tanq̄ diceretur: nullo sabbatorū hoc est septimorum dierū licitum fuisse parare cibū. Quæadmodū in Luca dicitur de ipso Christo. Descēdit in Capharnaū, ciuitatem Galileæ: ibiq̄ docebat illos sabbatis. & q̄ id sit accipiendū solū de septimo quoq̄ die: inde apparet, quia eodem loco dicitur. Intrauit secundum consuetudinē suā die sabbati in synagogā: & surrexit legere. Cōsuetudo autē eiusmodi explicatur in actib⁹ apostolorum: vbi dicitur. Voces prophetarum, quæ per omne sabbatum leguntur. & iterum: Moyses enim a tēporibus antiquis habet in singulis ciuitatibus. **D** bus qui eū prædicent in synagogis: vbi per omne sabbatum legitur. Caterum q̄ oporteat vt dicimus Matthæi verbū accipere, q̄ scilicet dies illa qua discipuli spicarū grana in esum parauerūt, esset hebdomadæ septima, & nō vna præcedentiū sicut dicit Faber: hinc euidenter colligitur, q̄ in litera subdit Matthæus dicēs. Cum inde trāsisset Iesus, venit in synagogā eorum: & ecce homo manum habens aridā: & interrogabant eum si licet sabbatis curare vt accusarent eum &c. Nēpe ipso die septimo duntaxat prohibitum erat eis bos parare: & nō aliis solennitatis paschalis sex. quod aperte dñs in Exodo tradidit dicēs. Quicumq̄ comederit fermentū, peribit anima illa de Israel a primo die vsq̄ ad diē septimum. Dies prima erit sancta & solennis, & dies septima eadē solennitate venerabilis. nihil operis facietis in eis: exceptis his quæ ad vescēdum pertinent. En plane decernit licere quod dictum est. Pro sententia autem doctorum, tam Hebræorum q̄ Latinorum accipi debet istud: nisi cum prima illa dies azimorū vel vltima, in sabbato id est hebdomadæ septimo cadebat. In illo enim specialius & arctius omne opus facere inhibitum erat, etiā cibos coquere aut alia excepto tēpli cultu præparare: q̄ illi ab exordio creationis benedixit domin⁹. quia tunc requieuit a nouarum creaturarū productione. Vnde in Leuitico dicitur: Hæ sunt feriæ quas

vocabitis sanctas: sex diebus facietis opus: dies septim⁹ (quia sabbati reges est) vocabitur sanctus. Omne opus nō facietis in eo: sabbatū dñi est in cunctis habitationibus vestris. Omitto pleraq̄ in hanc sententiā tendentiā: quia hæc opinor sat esse, & compendium percipio vehementer.

¶ Propositio. XXXIX.

Blasphemix & peccata quæ in patrem vt pater est, in filiū vt filius est, & in spiritū sanctum vt talis est, cōmittuntur (qualia fuere Appellis, Arrii, Basilidis, & ceterorū hæreticorū pertinaciæ, quibus Deum vt Deus est blasphemauerunt) simpliciter irremissibilia sunt: sicut peccatum demonum quo in Deum peccauerunt vt Deus est.

¶ Confutatio.

Præcipuū quod hic asserit Iacobus, hæresum videlicet crimina, aliaq̄ in deū vt deus est cōmissa peccata, vt sunt infidelitas, idolatria, & similia, non aliter posse remitti a deo q̄ primū Luciferi peccatū: ex vitiosa diuinorū ignorantiā manauit. Quis enim theologiæ studentium non habet pro cōstanti, nulli mortaliū quantūlibet peruerso præclusam esse viam salutis? Nouit quippe quisquis vt cunq̄ scripturarū sanctarū vel in cōmunibus vim accepit: hominem omnē dum in via est, liberū prorsus habere, vt ad cor redeat. & de admittis sceleribus veniā promereat. Alioquin viator dici non posset: sed iam esset in damnationis termino. Cui sententiæ reclamationis scripturæ recta intelligentia, qua creditur posse hominem etiam peruersissima cōsuetudine facinorum deprauatū, q̄ diu mortalis est, ad vltimū vsq̄ suspirium a peccato resurgere. Non enim potuit fallere qui dixit. Si impi⁹ egerit pœnitentiā ab omnibus peccatis suis quæ operatus est, vita viuet & nō morietur. alia autē litera dicit. Quacunq̄ hora ingemuerit peccator: peccatorū eius non recordabor. Ista sunt notissima in theologorum scholis. Vident enim qui oculos habent sanos, quia si verum esset de quoq̄ peccatore mortali dicere q̄ eius peccata absolute sunt irremissibilia: inde confici recte, q̄ homo talis ad sibi simpliciter impossibile per dei legē obligaretur: hoc est vt a peccatis resurgat per pœnitentiā. Clamat etenim diuina lex & præcipit indiscriminatim hæreticis, blasphemis, infidelibus ceterisq̄ peruersis peccatoribus quibuscūq̄, vt cōuertantur ad dominum & agant pœnitentiā super omnibus sceleribus suis. si ergo hæreticorū peccata (ceu delirat Faber) absolute forent irremissibilia: ad id quod nō esset in eorū facultate, obnoxios esse illos veller de⁹. Nouerit itaq̄ nullū simpliciter in hac via irremissibile esse peccatum: ne illud quidem quo blasphemus quispiā & deprauatus, sæpius secū firmasset malle sese cū Lucifero danari, q̄ super propriis nequitias illas relinquēdo pœnitentiā agere. liber quippe est, & in potestate habet, prouocāte eum diuina (quæ præsto semper est) gratia, omni quo viuūt momēto respicere. Quæ in sanctorū piis narrationibus sæpenumero cōtigisse legitur. vt verbī gratia de Theophilo quodā, de Cipriano mago, qui sanctā Iustinam virginem & martyrem variis dæmonum (quib⁹ sese penitus deuouerat, sicut Theophilus) artib⁹ tentatis seducere cū nequiuisset: tandem ad sese rediit, & post conuersionem mirabilem & vitæ religiosæ data nō minima argumēta, episcopus

Exod. xlii.  
Exod. xx.

Matth. xii.  
i. Reg. xxi.

Luca. iiii.

Actu. xlii.  
Ibi. cap. xv.

Cap. xii.

Gen. ii.  
Leuit. xxiii.

Ezec. xviii.

F

scopus creatus est. & deniq; pro Christo (quē multo tēpore cū patre & spīritu sancto blasphemauerat) gloriosum subiuit martyriū. Potuit itaq; Appelles, Arrius, Basilides, & quicumq; aliorū hereticorū infidelīū aut blasphemorum, misericordiā suorū impetrare peccatorū, q̄ diu mortales vixerūt. toto enim tempore dies est, quo potest homo bene operari. Et quoniā hęc omnia pie & iuste ponderata, in fide nota cōspiciuntur: opus non est nos fatigari vt chartā hęc allegationibus depingamus. nulla siquidē aduersus hęc cōmunia, resultare queunt arma. Si quis vero studiosus cupiat quidnam sit peccatū irremissibile in spīritū sanctū, plenius dignoscere: aquilam doctorū legat Augustinū, sermone. xi. de verbis dñi in euangelio B. Matthæi. Quis quidē sermo etiā parte operū decima, in voluminis calce descriptus habetur: cui titulus est de blasphemia in spīritū sanctum. Rem sane hanc doctissimi me illic penetrat: quam cōfiteretur sibi diutissime nō satis fuisse perspectam. sic enim de ea, subiectis sibi fidelibus ait. Dico charitati vestræ fratres: nulla forte in oib; sanctis scripturis maior quæstio, nulla difficilior inuenitur. Vnde vt vobis aliqd de me ipso fatear: semper in sermonib; quos ad populum habui, huius q̄stionis (qua scilicet vestigamus de quo peccato locutus est Christus dicēs. Omne peccatū & blasphemia remittetur hominibus: spīritus autē blasphemia nō remittetur: Et quicumq; dixerit verbū cōtra filiū hominis, remittetur ei: qui autē dixerit contra spīritū sanctū, non remittetur ei neq; in hoc seculo, neq; in futuro) difficultatē molestiāq; vitauit. nō quia nihil haberē qd̄ inde vtrūq; cogitare: neq; em̄ in re tāta petere, quærere, pulsare negligere: sed quia ipsi intelligētīq; quę mihi aliquantulū aperiebat, verbis ad horā occurrētib; me posse sufficere nō putarē. O doctoris vere humilis laudabilē cōfessionē. nō temerat sancta q̄ non capit. differt quousq; studio, labore & orationibus Christi cōsecutus sit intelligentiā. non præsumit definire quale sit peccatum in spīritum sanctum, quod nō remittitur neq; in hoc seculo neq; in futuro. Vniuersis autē rite perpētis, tandē videt scripturis sane acceptis, docentib; quę præmissimus: nullū videlicet peccatū in viatore posse dari quod nō sit remissibile. Et hoc quidē post multa quę præclare edisserit sup re proposita paucis resoluit dicēs. Hęc ergo impcēnitētia: sic em̄ vno aliquo nomine possum; vtrūq; appellare & blasphemiā & verbū contra spm̄ sanctū, qd̄ remissionē non habet in æternū: hęc in quā impcēnitētia, cōtra quā clamāt & præco & Iudex dicētes: Pœnitentiā agite, appropinquabit enim regnū celorū. Cōtra quā dñs os euāgelicę predicationis aperuit, & cōtra quā ipsum etiā euāgelīū in toto orbe predīcādū esse pdixit, vbi posteaq; resurrexit a mortuis ait discipulis suis: Oportebat pati Christū & resurgere a mortuis tertio die, & prædicari in nomine eius pœnitentiā & remissionē peccatorū per omnes gētes, incipiendo ab Hierusalē. Hęc oīno impcēnitētia non habet remissionē, neq; in hoc seculo, neq; in futuro: quia pœnitētia impetrat remissionē in hoc seculo, quę valeat in futuro. Sed ista impcēnitētia, vel cor impcēnitēs, q̄ diu quisq; in hac carne viuūt, nō potest iudicari. De nullo em̄ desperandū est q̄ diu patiētia dei ad pœnitentiā adducit, nec de hac vita rapit impiū: q̄ nō mortē vult impiū, sed vt magis cōuertatur

Matth. xii.

Matth. iiii.  
& iiii.

Lucę. xxiii

Ezec. xviii.

& viuat. Paganus est hodie quis, Iudæus, aut infidelis: vnde scis quia cras I non credet in Christo: hæretic; est hodie: quid si cras sequatur catholicā veritatem: schismaticus est hodie: quid si cras amplectatur catholicā pacem? Quid si isti quos in quocunq; genere erroris notas, & tanq; desperatissimos modo dānas: anteq; finiāt istā vitam agant pœnitentiā, & inueniant veram vitam in futuro? Proinde fratres etiā ad hoc vos admoneat, quod ait Apłs. 2. Corin. iiii. Nolite ante tēpus iudicare. Hęc enim blasphemia spīritus, cui nunq; est vlla remissio, quoniam non omnē sed quandā intelleximus, eaq; perseverantē duritiā cordis impcēnitētis inuenimus: non potest in quoq; (vt dictū est) dum in hac adhuc vita est deprehēdi. Quod nō ideo videatur absurdū, quia cum homo vsq; in finē huius vitæ in dura impcēnitētia perseveras, diu multumq; loquatur aduersus hęc spīritus sancti gratiā: euangelium tamen tam longam contradictionē cordis impcēnitētis quasi breue aliquod verbū apellauit, dicēs. Quicumq; dixerit verbum contra filiū hominis, remittetur ei: qui autē dixerit contra spīritū sanctum: non remittetur ei, neq; in hoc seculo, neq; in futuro. Hęc enim quīs prolīxa sit & pluribus verbis cōtexta & producta blasphemia: solet tamē scriptura etiam multa verba verbum appellare. Neq; enim vnū verbum locutus est quicumq; propheta: & tamen sic legitur. Verbū quod factū est ad hūc vel illum prophetā. Et Apłs: Presbyteri (inquit) duplici honore sunt digni: maxime qui laborāt in verbo & doctrina. non ait in verbis, sed in verbo. Et sanctus Iacobus. Estote inquit factores verbi. nō ait ipse verborum, sed verbi: quīs tamē multa verba de scripturis sanctis in ecclesia celebriter & solemniter legatur, dicantur, audiantur. Hęc Augustinus. per quę luculenter Iacobi dogma non vnicū, sed multiplex reprobat. vt puta q̄ peccatū vocatū a Christo irremissibile: sit omne illud quod in patrē vt pater est cōmittitur: hoc est peccatum quod directe in deum fit: vt sunt hæreses, infidelitas, & blasphemia, aut idolatria: non autem verbi gratia luxuria, inuidia, auaritia, quæ etsi cōtra dei mandata sunt, non tamen in solum deum, sed & in proximū tendunt. quasi de natura priorum criminū sit, vt remitti nequeant. Cuius oppositū manifeste docet Augustinus, & experiētia id certū esse nouimus etiā his diebus. Porro hæreticorū innumerī, blasphemorū, & schismaticorū, in historiis leguntur tandē ad deū rediisse. In eo item plane errat Faber, q̄ existimat errorē in fide, cui annexa semel fuerit pertinacia, hoc est hæresim: suo genio absolute esse irremissibile peccatū. absit istud. Quid enim si ipse Iacobus multorū & prudentiū iudicio eiusmodi cēsendus omnino est: cum certū sit ipsum in pœne infinitis veritatum catholicarū articulis errare, & aduersus ecclesię traditiones multiphariā schismaticę & sapere & agere: vt ex iam dictis satis liquet. Quis autē non sine pertinacia videatur ita huc vsq; egisse: hinc probari putare posse aliqui: quia cū docente Augustino is merito pertinaciter errare dicitur, qui non querit cauta sollicitudine veritatē, parat; corrigi cum inuenerit. Alibi quoq; idem sanct; doctor: Qui in ecclesia inquit Christi morbīdum aliquid prauumq; sapiunt: si correpti vt sanum rectūq; sapiant, resistunt contumaciter, suaq; pestifera & mortifera dogmata emēdare nolūt, sed defensare per-

2. Corin. iiii

Matth. xii

1. Timot. v.  
Iaco. i.

K

In epist. 152  
cui; partē  
scripsit Gra  
tian;. xxiii  
questi. vlti.  
cap. Finali.  
Li. de Ciui.  
xviii. ca. li.

listunt: hæretici sunt. Quando igitur constat Iacobū a multis & quidem doctis theologis correptū fuisse super eius innumeris erroribus, quorū opposita aliquando cū ecclesia tenuerat quoad multa, quæ etiā olim per eandem ecclesiam fuere dānata: vnde fit vt per simplicē ignorantia dicit nō possit in compluribus errare, sed libere & sciēter vanitate & p̄sumptione sua delusus, neq; theologis audire voluit: Omnino ergo dicendū videtur, eū pertinaciter errare, quanq̄ existimet sese rectius sapere illis qui eum corripunt: q̄d eum minime excusat. Porro illud peculiare semper omnibus sciēter errantibus etiā hæresiarchis extitit. Putabant siquidē Arrius, Manichæus, Sabelius, Origenes, & cōsimiles, sed & Martinus Luther: omnē hominem q̄tumlibet in diuinis peritū, iustū, & p̄ium, qui secus atq; illi sapiebat: plane errare esseq; seductū. Ceterum num hoc (vt quæ actu sentimus solum hic attin-gam) Lutherū iustificat: quia sibi placēs credit seipsum & qui secū desipiūt tū esse catholicos, ceteros vero in tenebris iacere: minime quidem. Ita de Iacobo Fabro omnino videretur multis dicendum. Præterea dici posset in eo comprobata fuisse non pauca eorū quæ a doctoribus pro pertinaciē signis tradita comperiuntur. e quibus ista sunt.

Primū perri-  
naciē signi  
Secūdam. ¶ Dum quis veritatē fidei non solum non querit humiliter: sed declaratio-  
nem eius impedit ne ad lucem veniat.

¶ Dum quis veritatem ecclesie docentes seu determinātes odire se mōstrat & perseq; verbis aut factis: etiā si dicat seu protestetur se velle tenere quod tenet ecclesia & determinabit, & q; paratus est stare iuri: quia si facta con-tradicāt: hoc est æquitas simulata quæ duplex est iniquitas. Solent enim hæ-retici taliter protestari se catholicos esse: quod eos ab hæresi non excusat.

Tertium. ¶ Dum quis iurat aut protestatur se male mori: q̄ cōtra honorē suum per-mittere fieri quidq̄ in extirpatione errorum.

Quartum. ¶ Dum quis fouet errantem & defendit in iudicio vel quomodolibet alias: sciens aut scire debens illum errare.

Quintum. ¶ Dum quis nō resistit erroribus dū potest & debet, vel ex officio sicut iu-dex, vel ex fraterna charitate, sicut quisq; fidelium.

M Quis igitur conuictus omnino fuisset Iacobus etiā in iudicio fidei, q; here-ses dānatas restaurauit, secut⁹ sit & defenderit, q; sapius monitus a viris quibus credere merito tenebatur nondū errores proprios reuocauit, q; per se & per quoscūq; potuit curauit ne scripta sua examinarentur, & sic decla-raretur veritas & falsitas dānaretur: Quis illud procurare volentibus pro bono fidei fuerit insensus, & de eis sinistre locutus sit: quæ abunde sufficerēt vt posset hæreticus declarari: Si tamen etiā post cōclusam sententiā respici-feret ad pœnitentiā: eum reciperet ecclesia. Non est proinde peccatū here-sis irremissibile aliter reputandū q̄ alia, nisi forsan q; ad genus reducitur su-perbia: quæ difficillime curationē suscipit, nō tamē nullā. Ex dictis puto sa-tis constare: quoniā nullus fuit hæretic⁹ qui non potuerit q̄diu vixit erro-rem suum (q̄tuncq; pertinaciter ei etiam annis centū adhæsisset) reuocare & reuocare falsum ergo plane est dicere, errorē in fide cui adiecta est perti-nacia simpliciter irremissibile esse. Dein ita cōperitur verbū in spiritū san-

ctum, hoc est finalis impœnitētia, in peccatis cōtra proximū vel circa eum: vt in iis quæ in Deum sunt vt deus est. Quicumq; enim in peccato luxuria, avaritiæ vel inuidiæ, aut alio quolibet flagitio perseuerat, & sic mortē expe-ctat: verbū dicit in spiritum sanctū: quia per pœnitentiā spiritus sancti gra-tiam procurare cōtemnit. Quod insuper ait Augustinus: Pœnitentiā ipsam impetrare peccatorū remissionem in hoc sæculo, quæ valeat in futuro: votis Iacobi etiā aduersatur, qui dicit per pœnitentiā non iustificari quemq;. Igno-ranter deniq; asseruit Faber, peccatū in spiritum sanctū eiusdē esse qualita-tis cum peccato dæmonū: cum aliqua finalis impœnitentia (quæ sola sim-pliciter est irremissibilis) sit vt dictū est circa libidinē, alia circa avaritiā, alia circa gulam, & ita de cæteris. Falsum ergo est, peccatum in spiritū san-ctum duntaxat esse quo Deus offenditur, vt deus est. Cōplura hic dici pos-sent quæ sciens prætereorem sane pertesus, & finem cupiens.

¶ Propositio. XL.

¶ Oculi discipulorum videbant spiritualiter, & aures eorum similiter au-  
diebant: id nō erat discipulorum nisi vt deo ipsos conuertenti non reluctan-  
tium, sed Christi lumen & intelligentiam spiritus infundentis. Cap. XIII.

¶ Propositio. XLI.

Beatitudo ista, ex parte infundentis nō ex parte eorum quibus infunditur at-tendenda est. Ille ergo omnia agit, isti hoc solum q; non reluctantur.

¶ Propositio. XLII.

Si quid cooperentur discipuli, quod agunt, id solum humanū est nō etiam diuinū: vt calamus nō reluctās scribeti, si cooperet solū, id agit vt calam⁹.

¶ Propositio. XLIII.

Quod humanum est: id totum hominis est, et si gratia adiuti: quod supra ho-minem: totum Dei & gratiæ.

¶ Confutatio.

Quoniā quidem hæc omnia in superioribus refutata sunt: facile nos hic li-berabim⁹. Solū igitur aduertat qui studiosus est, q; & in philosophia sit per-se in falsitate notū, & rectæ scripturarū intelligentiæ dissonum: quod primo hic loco scribit Faber dicens, q; oculi discipulorum videbāt spiritualiter, & aures eorū similiter audiebant: non id erat eorū, nisi vt non reluctantiū. hoc est in nullo concurrente agebant, sed (vt in philosophia de materia prima dici solet) mere passiue sese habebant. hæc quippe cōnexio non fallit, sed ex ratione cōstat: homo videt vel audit. Proprio igitur actu (quē scilicet elicit ipse, & qui in anima eius est: cuius agēs, causa proxima est) videt vel audit. Et hoc ad verecundiam sit Fabro dictū, vt confundatur ad salutem: qui etiā hanc firmans absurditatē dicit, q; deus in Apostolis omnia agebat: illi au-tem id solum, q; non reluctabatur. rursum q; ipsi vt calamus hoc est instru-mentum mortuū motū, nihil autē agens, se habebant. q; si qd agebāt: id hu-manum totū erat &c. Super his omnibus vnum vel alterū Augustini theo-logorū doctorū principis audiamus sermonem: si forsan in superiorib⁹ non occurrerit nobis. nō enim propter memorię labilitatē, qua multū (deo gra-tias super omnibus agimus) remoramur: iam possumus recordari, id ne cir-

Cap. xxv. pte op. viii  
 Marcii. xi.  
 Lib. de cor. rep. & gratia. ca. & pte op. viii.  
 Psal. xxxiii.

tatum sit necne. libro itaq; de spiritu & isa vno sic ait loco. Si propterea non est opus dei, quia per nos agitur, vel quod illo donante nos agimus: nec illud est opus dei, ut mos transferatur in mare, quia per fidem hominum fieri posse dominus dixit, & hoc ipsorum operi attribuit dicens: Si habueritis in vobis fidem tantumquam granum sinapis: dicetis monti huic, Tollere & mittere in mare: & fiet: & nihil impossibile erit vobis. Certe vobis dixit non mihi aut patri: & tamen hoc nullo modo facit homo nisi illo donante & operante. Alibi quoque idem Augustinus. Non itaque ait se fallat qui dicunt: ut quod nobis predicatur atque predicatur, ut declinemus a malo & faciamus bonum, si hoc nos non agimus: sed id velle & operari, deus operatur in nobis: sed potius intelligant si filii sunt, spiritu dei se agi: ut quod agendum est agant: & cum egerint, illi a quo agitur gratias agant. Per haec, quae omni ex parte diuinis sunt eloquiis consentanea, plane constat somnia Iacobi explosa esse etiam si nihil aliud in superioribus contra ea fuisset productum. Quod impius autem semper gerat in factitias religiones animum, ex vno quod post ista addit verbo liquido monstratur. Sic enim ait. Granum sinapis minimum esse ex omnibus seminibus olerum, est religionem Christi in principio fuisse omnium religionum minimam. Alia semina & olera: aliarum religionum exordia & incrementa. Quae si cum fide conferantur Christi: omnes sunt quaedam veluti superstitiones & errores fidei. Deplorandum quippe etiam Fabro tam iniquum iudicium quo putat sacras patrum religiones Christi fide primitus & pro directionis praecipua regula non habere: quasi particulares quosdam viuendi modos voluntariis tradentes Beati Basilii, Augustini, Benedicti, & Francisci euangelium negauerint. quod omnino blasphemum est cogitasse.

¶ Propositio. XLIII.

Iacobus Iosus (is Ioseph est) Simon & Iudas: ex Egesippo & iis qui cum illa aetate vixerunt, historiae veritate cognoscere potuerunt: filii fuerint Cleophae, fratris Ioseph sponsum Mariae. Posteriores tamen multa de his fratribus somniarunt: & falsam texere historiam.

¶ Confutatio.

Libello illo, id est Apologia pro filiabus & nepotibus B. Annae, cuius paulo ante meminimus, putamus non leuibus testimoniis nos monstrasse: Cleopham patrem fuisse Mariae, quae nupsit Alpheo. Ex quo concepit & genuit quatuor hic nominatos beatos viros: Vnde fit ut Cleophas non eorum pater dici possit: cum fuerit eorum auus maternus. Ex omnium autem Iacobi rationum dissolutionibus constare putamus non obscure, ipsum non somniasse modo, quod aliis obtigisse hoc in negotio decernit: verum & damnabili errore delirasse ab ecclesiae ritu, & omnium pene catholicorum doctorum sententias: quas illic (prout dominus dedit) congesimus.

¶ Propositio. XLV.

Cap. xvi. Claves Petro promissae a Christo sunt claves fidei, id est credendorum, quae ligant: & non fidei, id est non credendorum, quae soluunt. non tamen sunt Petri, sed Christi.

¶ Propositio. XLVI.

Istas claves non solus a domino accepit Petrus, sed etiam ceteri omnes qui in fide aedificauerunt supra Christum iuxta Christi domini voluntatem, ecclesiam.

¶ Propositio. XLVII.

Claves regni caelorum pro doctrina fidei, doctrina Christi & verbo dei esse accipiendas, ex hoc Lucae. xi. intelligere possumus: Vah vobis legis peritis, quae tulistis clauem scientiae: ipsi non introistis: & eos qui introibant prohibuistis.

¶ Propositio. XLVIII.

Sunt qui claves, pontificiam ligandi soluendique intelligunt potestate. Verum Christus de hac fide, quae ipse esset filius dei viui (quae vna est clauis caelestis doctrinae) hic loquitur. & paulo post. Credere enim quod Christus est filius Dei viui, vna est clauis fidei quae ligat super terram & in caelis.

¶ Confutatio.

Ante ista quae annotamus praescripsit Iacobus, B. Petrum haud quaquam dici posse se petram super quam fundatur ecclesia. Quod falsum esse euidenter monstrauit egregius theologus Ioannes Eccius, libro suo primo de primatu Petri. Licet enim Petrus non sit prima & principalis petra, sed Christus, quae est lapis angularis quae reprobauerunt aedificantes &c. est tamen lapis seu petra inter suppositas & adiectas ipsi principali Christo, prima. Alioquin non dixisset per dilectum discipulum. Murus ciuitatis, id est ecclesiae, habes fundamenta duodecim: & in ipsis duodecim nomina duodecim apostolorum. Sed haec praetereo. Praemittit insuper Iacobus, & dicit: Pollicitus est dominus se daturum Petro claves regni caelorum: quae sunt claves fidei, claves ligandi atque soluendi. quaeque enim ex Christo credenda tradidit, credenda sunt: & quaecumque facienda mandauit, faciendasunt. & haec ligant super terram, & sunt ligata & in caelis: Quae vero dixit non credenda aut non facienda: soluit ea super terram, & sunt soluta & in caelis. sic Faber: & continuo subiunxit transcripta per nos: quae sunt arbitraria profus, & nulla ratione aut scriptura subsistunt, maleque coherent sibi. Et si enim doctrina, qua vera scripturarum aperitur intelligentia: merito a Christo clauis nomine (beatis euangelistis Mattheo & Luca narratibus) sic appellata: dum ait. Vah vobis quae tulistis clauem David &c. Christi quoque humilitas vel iustitia, ita idem & clauis vocatur, Esaia propheta dicente: Dabo clauem domus David super humerum eius. hinc in prouerbiis Salomon: Vbi humilitas, ibi & sapientia. Dicere tamen Christum promittentem Petro his verbis: Tibi dabo claves regni caelorum: intellexisse veram credendorum notitiam & non credendorum, aut ipsas catholicas veritates: & non duplicem praetatorum ecclesiae potestatem, videlicet discernendi inter lepra & non lepra, & post discussionem ferendi iudicium: omnino erroneum est & schismaticum uti luculenter docet praefatus doctor Eccius scripturis & doctorum cum graecorum tum latinorum assertionibus. Quis autem non videt: quod absurde claves fidei & non fidei fabricauerit iste Faber? vnica de scripturae intelligentia loquens legis peritis dominus clauem enunciauit, dicens: Vah quae tulistis clauem. non dicit claves, sed clauem. Vnica est enim, quam in duas partem praescripsit. Rursum iterum oino quod ait claves illas non fuisse Petri, Christi verbum, quo ait Tibi dabo claves. Ad hoc enim Christi promissionis verbum, conueniens oino est, ita tunc futurum. Dedit ergo Petro Christus eiusmodi claves: quod factum fuisse tradunt sancti doctores: quoniam ipsi Petro Christus dixit: Pasce agnos meos, pasce oues meas. Qui igitur cum Fabro argute vellet agere:

P  
 Ephe. ii.  
 Psal. cxvii.  
 Apoca. xxi.

Matt. xxi.  
 Lucae. xi.  
 Esai. xlii.  
 Prouet. xi.

Ioan. xxi.



concluderet apparentius multo, clauas ipsas Petri fuisse non Christi. Nempe donare alicui rem quamlibet siue ius aut beneficium: ex terminis, est illius rei datae dominiū a donatore in donatariū, id est eum cui donatur, transferre. Cum igitur vere Christus clauas Petro donauerit (ceu fateri plane cogit scripturae autoritas) post dationem clauium Petro factam, Petri erant clauas non amplius Christi. Hanc sane complexionem non facile posse Iacobum declinare puto. Quam igitur simpliciter Petrus ipse, Orbis terrarū, & vniuersi qui habitant in eo, Christi sint ut domini primū & supremū: cuius gloria militat etiā peruersa malorū opera propter iustitiā vigorem, quem illa puniendo exercet, vnde eius relucet rectitudo & iustitia: Non tamen dici potest Christi esse, potestatis concessā Petro executio: quae ministerialis est. Aliter enim Christo cōpetit ligare & soluere: aliter Petro & successoribus. & rursus aliter Christo ut aequalis est patri: aliter ut formā assumpsit seruū. Improbabile est ergo penitus, & claudens quod a recto plane abhorret: afferere clauas Petro datas a Christo, Petri non esse. Præterea si clauas illae aliud non fuerint & sint, quā cognitio credendorū & agendorū, quae (ut Faber somniauit) ligat super terrā, & non credendorū & non agendorū noticiā, quae soluit super terram &c. Benedicta dei mater plus Petro & cunctis clauas eiusmodi accepisset, utpote quae praeter cæteris credenda & agenda eorūque opposita plenius dignouit: quod non nisi absurdissime cogitari potest. Ceterum quid est quod ait Faber. Fides ligat: quod autē non est fidei, non ligat. Fides profecto neque proprie ligat neque soluit. Volūtatis enim diuinæ primo & consequenter creatae in ecclesiae ministris, est ligare & soluere: non intellectus, cuius est fides. Quid iterū precor est: clauas regni caelorum doctrina sunt fidei, doctrina Christi & verbum dei: si recte haec scripsit Faber: quando constat haec, id est fidei doctrinam & Christi, seu verbū eius, omnibus fuisse data: Quid est quod quasi pro confessionis Petri premio speciali, Christo quae dixerat, Tu es Christus filius dei viui, dñs illi contulisset, aut collaturū seipsum promississet dicens. Beatus es Simon Bariona &c. sequitur: & tibi dabo clauas regni caelorum, & quodcūque ligaueris super terrā &c. Magnū dubio procul & speciale aliquid Petro (qui pro toto sanctorū apostolorū collegio & discipulorū, domino responderat: qui non a Petro singulariter, sed a beata omnium concione quaesiuerat: vos autē quē me esse dicitis?) pro pietatis mercede repromissit Christus dicens. Et tibi dabo clauas regni caelorum. tibi inquit: & merito. Illi enim soli plenitudinē dedit potestatis: non autē Ioanni, Iacobo, aut cuiuslibet cæterorū. primatū soli Petro contulit. ideo dixit Tibi dabo. Non est certe parū momenti aut vulgare officium: clauigerum esse regni omnium saeculorū. Iacobus tamen Faber suis adinuentiōibus dicit illud non fuisse priuilegiū aliquod Petro impensum: verū & omnibus cōmune, qui in fide Christi aedificauerūt &c. Ut autē fateamur clauū ecclesiae praelatos omnes participes esse: principī tamen apostolorū Petro non nihil & arduū quidē, (ut dixim?) promissit & tandē contulit Christus, quā illi dūtaxat & successoribus fuit & est propriū. quā certe nullus vnquam detraxit fidelium: sed dūtaxat schismatici. Sunt itaque haec inuēta Iacobi veluti sanis diuinorū eloquiorū sensibus dissol-

Psal. xxiii.

R

na, & ecclesiae sanctae decretis aduersa: & pinde ut schismatica resurda penitus.

¶ Propositio. XLIX.

Quod in homine maxime deo placet: est fides, & recta credulitas cum plena fiducia.

¶ Confutatio.

Hoc Iacobi dogma mordicus (ut aiunt) tenuit & secutus est Martinus Luther. Ipsum enim e commentariis in Beati Pauli epistolas, ubi non semel illud posuit Faber: comparare sibi potuit Luther: quod plus satis reprobatur ex superioribus relinquatur.

¶ Propositio. L.

Frater in hoc Christi sermone: Si peccauerit in te frater tuus &c. dicitur qui spiritualis homo est. non est autem spiritualis: siue viua fide, spe, & charitate. Et quicumque ante talem manifeste transgreditur Dei mandatum, facit sicut ue illi siue alii cuiusque offensa Deo iniuriam: peccat in fratrem.

¶ Propositio. LI.

Quid si quis peccator fuerit, & forte maior quam alter qui ante eum peccat: nunquam quid aggredietur corrumpere illum? Probet seipsum homo. nam si peccator fuerit, minime aggredi debet: prohibente domini sententia: Erice inquit primum trabem de oculo tuo &c.

¶ Propositio. LII.

Ad viros igitur spirituales & perfectos hic sermo Dei est. Spirituales ergo quem zelus offensa dei ducit pariter & charitas, aggredietur: sed quē eum certe, ad quē possit esse charitas. Is autē est spiritualis: sed qui ideo a spiritu lapsus est aut labitur, quia non habet qui ipsum erigat ad spiritum.

¶ Confutatio.

Per haec Iacobi verba, quibus audacter plurimum fraternae correctionis negotium ad suū sensum resoluendo intorquet, duo haec colligimur praecipua. Primum, ad eiusmodi correctionem non obligari nisi eum hominem, qui spiritualis est. qua assertionem quid ignorantius in theologia dici potest: hoc siquidem eius dogmate, nemo ad praecipuum eiusdem fraternae correctionis obligabitur. Quippe nemo est aut aliquando fuit: qui simpliciter sese spirituale esse iudicare potuerit: Si ergo tamen homini qui vere spiritualis esset loqueretur Christus dicens: Si peccauerit in te frater tuus &c. & nulli vnquam licuerit id de se fixe iudicare, quod scilicet spiritualis esset: nullus igitur deuinctus hoc Christi erit mandato. Dicit enim homo quo fuerit spiritualior, humilior: aggredi fratrem peccantem non teneor, cum spiritualis non sim. Inane erit igitur de fraterna correctione a Christo datum mandatum. Et quod homo qui trabem in oculo habet, id est crimen aliquod grade in conscientia, aut plurasi neglectis illis alios aggreditur corrumpere, delinquat: non inde tamen absolui a fraternae correctionis praecipuo censendus est. Alioquin homini tali propria patrocineret malitia: quod a dei iustitia oino abhorret. In proptu enim habet omnis homo qui trabem in oculo gerit, quolibet momento per poenitentiam deponere illam. si ergo sui non prius miseretur quam alterius salutem procurare satagat: eius culpa est, quae ipsum ab his quae deus mandat exemptum reddere non potest. Quod vero sit inopinabile ac erroneum in fide quod adiicit Faber, non praecipere videlicet Christi

Mat. xviii.

stum hac fraternę correctionis via hominē quempiam esse reprehendendū, nisi qui etiā spiritualis est, quis nō intueatur: ita tamen dicit docens. Is autē est, quē scilicet corripiendo debemus aggredi, spiritualis: qui ideo a spiritu lapsus est aut labitur: quoniam nō habet qui ipsum erigat ad spiritū. Exhibi-  
**V** latione quidem digna magis sunt hęc: q̄ discussione. & presertim quia testatur ipse Faber spiritualem hominem nō esse sine viua fide, spe, & charitate. vbi etiam superflue nomē viua, ignorās posuit: siquidē charitas (sicut sapi⁹ monstratū est) vita est fidei omniūq; virtutum. Quomodo igitur spiritua-  
 lis homo dici potest: qui in deū admittit crimen: aut qui spiritualis fuit, hoc est dei spiritu aliquando directus vixit: quomodo carere dici potest homine qui ipsum in spiritū dirigat: Si spiritū prius nouit, & forsan (vt accidit) pas-  
 sione aliqua, aut ignorātia, vel fragilitate a spiritu lapsus est: ei facillimū esse potest recordari viarū quib⁹ ad eundē reuertatur spiritū. In his certe (vt  
 ferme in ceteris oibus) pro euāgelicę veritatis luce quā afferre mundo er-  
 ranti sese credidit Iacobus: nō aliud tradit q̄ tenebras euāgelicę veritati cō-  
 trarias, aut ei dissentaneas inuēctiones. Nō est autē presētis indaginis, nego-  
 cium fraternę correctionis statuere: Altius enim est q̄ quod poruisset a Iacobo ad liquidum resolui, & per nos breuitate quā querimus coartari. Sat nobis est vtcunq; aperuisse, rem ipsam non vt oportebat illum differuisse.

¶ Propositio. LIII.

Contristatur angelī, qm̄ contra diuinā imitationē, a qua ipsi nunq̄ egrediuntur, nō nihil homines moluntur.

¶ Confutatio.

Errorem hunc in superioribus satis putamus nos reprobasse.

¶ Propositio. LIIII.

Capi. xx.

Vsque adeo bonus est Deus, vt iis qui in vltima vitę particula mittuntur: si viueq; domini (quę est lex gratię) reliquum vitę suę quantulūcunq; sit im-  
 pendant, tantam fruitionem & gloriā impertiatur, quātam ex conductione in prima, aut promissione in mediā: vt gloria & merces nō imputetur operibus: sed bonitati, liberalitati, & gratię eius.

¶ Propositio. LV.

Sunt qui tam parui sensus sunt: vt qui a principio conducti sunt, ipsos plus glorię accepturos existiment: quia diutius certando & sudando contra feruorem perturbationum euincendarum operati sunt.

¶ Propositio. LVI.

Quod reddit operariis deus, nō debetur eorum operibus: sed gratię est. & pactum quod nobiscū fecit: est pactum gratię & misericordię suę, pactum quidem non se obligantis.

¶ Confutatio.

**X** Hęc omnia iuste satis fuere in precedētibus reuulsa: breui⁹ proinde & hic agemus. Si diceret Iacobus operarios mane conductos, missos sero, & aliis diei horis hoc est diuersis vel mundi vel ætatum hominū temporibus, eandem fruitionem & gloriā accepturos, quoniā omnes vitam æternam eandem consequentur, qui pro patrisfamilias intētionē fuerint operati: sensum

Christi his expressū verbis: Ex denario cōuenisti mecū: & Volo autē & huic nouissimo dare: sicut & tibi: Sic erūt nouissimi primi, & primi nouissimi: catholice fuisset affectus. Quando autem scribit tantam omnes & singulos  
 Matthe. xx. fruitionem & gloriā a domino accepturos, hoc est æqualē modis omnibus Dei percipere visionē & fruitionē, vt illa non correspōdeat meritis, aut imputetur operibus, sed mere gratis donata sit: nequaquā sacrōrum Christi sermo tenet intelligētia: sed sensum plane hæreticum expromit: Videlicet qd omnes animę saluatę, æquali & pari absolute gaudent beatitudine. qđ hæresum quorundā qui Cathari vel Patarini vocati sunt, articulus vn⁹ est: quo dicebant omnes æquales esse in gloria vel pœna. Dānati autem decernuntur a Gregorio, nomine hoc nono: in quadā epistola decretali, vt videri potest in antiquis titulo de hæreticis. Quod autem dogma istud probe dicamus hæreticum: hinc liquido cōstat, qd aperte scripturis aduersatur, ceu mōstrat Augustinus exponens illud Christi. In domo patris mei mansiones multę sunt. Vbi etiam verā dicti hic de denario diurno aperit & tradit intelligentiam, ita inquit. Hoc Christi sermone recreantur Apostoli a perturbatione: certi ac fidentes etiam post pericula tentationū se apud Deum cū Christo esse mansuros: quia etiā aliū est alio fortior, aliū alio sapiētior, aliū alio iustior, ali⁹ alio sanctior: In domo patris mei mansiones multę sunt. Nullus eorum alienabitur ab illa domo: vbi mansionē pro suo quisq; accepturus est merito. Denarius quidē ille æqualis est omnibus, quę paterfamilias eis qui operati sunt in vinea iubet dari omnibus: nō in eo discernens, qui minus & qui amplius laborarunt. quo vtiq; denario vita significatur æternæ: vbi amplius alio nemo viuūt, quoniam viuendi non est diuersa in æternitate mensura: Sed multę mansiones: diuersas meritorum in vna vita æterna significāt dignitates. Alia est enim claritas solis, alia claritas lunę, & alia claritas stellarū: Stella enim a stella differt in claritate. sic & resurrectio mortuorum. Tanq̄ stellę sancti diuersas mansiones, diuersas claritates, tanq̄ in celo fortiuntur in regno: sed propter vnū denarium nullus separatur a regno. Atq; ita Deus erit omnia in omnibus: vt quoniā Deus charitas est, per charitatem fiat, vt quod habēt singuli, cōmune sit omnibus. Sic enim quisq; etiam ipse habet, cum amat in altero quod ipse non habet. Non erit itaq; aliqua inuidia imparis claritatis: quoniam in omnibus regnabit vnitas charitatis. Alibi quoq; ait Augustin⁹: Ibi hoc est in regno, sanctā & indiuiduā trinitatem, sicuti est homo videbit: plus tamen vel abundantius q̄tum plus in via operando meruerit, clarius videbit. sic Augustinus. Sati⁹ vtiq; fuerat Iacobo ab hoc magistro Augustino cæterisq; sacris ecclesię doctoribus emendicare nobiscum humiliter catholicam scripturarum intelligentiam: quę (eodem dicente Augustino) vbi sunt apertę, pascunt: vbi vero obscurę exercent: q̄ eis (vt in præfatione confessus est) spretis, miraculose a Deo velle illustrari ab eoq; solo pendere. quę cogitatio vt dictum est vera fuit immisso in cor Iacobi per angelum sathanę, sese in angelum lucis transferētem. Si enim deuotus legisset patrum scripta Faber: potius per eum docuisset Deus, & nō permisisset illum in tam euidenter erronea do-

Ca. penult. scilicet Ex. communi camus. Ioan. xiiii. Y Trac. lxvii. super Ioan.

Matthe. xx.

i. Corin. xv.

Vbi supra i. Ioan. iiii.

Serm. xliiii. ad fratres in hære. Z

gmata & olim dānata prolabi. Quid enim iniqui<sup>9</sup> absurdū sive cogitare poterat: q̄ credere non a domino iusto iudice plus dari bonorū in regno (verbi causa) suae sanctae genitrici, aut Baptistae Ioanni, Petro, Paulo, aut discipulo quē diligebat: q̄ iis qui dū adhuc in incipientium statu forēt, vita sunt functi, in gratia tamē: Charta p̄fecto nō sufficeret capere absurditates, quae istud Iacobi olim execratum dogma sequuntur: q̄ scilicet omnes beati sunt in gloria aequales. At vrget cōcupita breuitas perstringere: & p̄sertim q̄ illarū complures cuilibet studioso paruo labore occurrere possunt. Q̄ tamen ita desuperit Iacobus, vt desipere autumaret quoscuq̄ cū ecclesia catholica recte & nō cū eo sapientes: inde plane colligitur. ait enim. Sunt, homines scilicet, qui tam parui sensus sunt, vt qui a principio cōducti sunt (vt exempli causa, beata Dei mater & Ioānes: qui scilicet ab infantia Deo famulari cōeperunt altissimis virtutū actibus, nec villo desiterunt tpe) plus gloriae accepturos existimēt: quia diutius certando & sudādo operati sunt. igno-  
 A rātes id (hoc est mercedem quam operariis reddi iubet dominus secundum iustitiae leges) non deberi operibus. Ecce palam & non in prouerbio asserit Faber parui esse sensus homines quoslibet: qui existimant plus gloriae accepturos dei milites, qui amplius certando & sudādo fuerint operati. Omnes igitur & singulos qui saluantur credidit omnifariam consecuturos aequalem esse gloriam. Apostolus ergo qui docuit mortuorum resurrectionē quoad praemiorum seu reddendae mercedis proportionē, & distributiuae iustitiae diuinā rationem, esse intelligendam & certo credendam secundum solis, lunae, & stellarum varietatem, quoad claritatum differentia: parui fuit sensus, hallucinatusq̄ est. Si autem verum dixit Paulus ipse, asserēs glorias beatorum sese habere ad inuicē, vt visibilis caeli luminaria in claritate (qua doctrinae experientia non aequaliter lucere cognoscimus) dum ait: Alia est claritas solis, alia stellarum, q̄q̄ stella in claritate differt a stella, & q̄ sic erit resurrectio mortuorū: inuitabiliter colligitur haeticum plane esse quod hic asserit Iacobus, videlicet gloriam seu beatitudinem aequalem beatos omnes & singulos, ac parem & nullaten<sup>9</sup> in qualibet proportione diuersam accipere. Possent & hic alia nō pauca dici: sed haec sufficere iudicantes, proferamus ad reliqua.

¶ Propositio. LVII.

Ad vineam patrisfamilias excolendam vocati sunt omnes, qui euangelium Christi audierunt. Sed non omnes electione saluari dicuntur, sed quidam pactione, & quidam promissione plus minusue operātes: Electione autē, quidam piam vel perexiguum operantes: vt latro in cruce. & hi sunt pauci.

¶ Confutatio.

B Hae Iacobi traditiones: merē sunt in fidei doctrina nebulae. Cū enim domini vineam, militantē esse ecclesiam aut omnium in terris degentium hominum collectionē: haud sit in dubium reuocādū: quae inquā ecclesia ab Abel iusto (assertore Gregorio magno) cōcepit, & in ultimo saluadorum finem tandē accipiet: Nobis dicat Iacobus, ad excolendam domini vineam, num missus est Seth & Enos, qui cōcepit inuocare nomen dñi: sed & Enoch, Noe, Abra-

ham, Isaac, Iacob, Moyses, Samuel, Dauid, Helias, Helisaeus, Eliaias, ceteriq̄ sancti pphetā, Dominici verbi praedicatores. Hi dubio procul omnesq̄ similes a dño missi sunt ad vineā ecclesiae excolendā: licet Christi euangelium carnis auribus nō audierint. quod non obscure euangelisti docens Christus ostendit Iudaeis inquis. Ecce ego mitto ad vos prophetas & sapientes & scribas &c. sequitur: Vt veniat super vos omnis sanguis iust<sup>9</sup>, qui effusus est super terram a sanguine Abel iusti &c. Longe autē apertius id ipsum quod dicitur, in parabola idē Christus dñs expressit, p̄fatos cōpellans Iudaeos, vbi ait. Homo erat paterfamilias: q̄ plantauit vineā, & sepem circūdedit ei, & for-  
 Matt. xxii. dit in ea torcular, & edificauit turrim: & locauit eā agricolis. & paulo post. Agricole apprehensis seruis eius, alium ceciderunt, alium occiderunt, alium vero lapidauerunt. Iterū misit alios seruos plures prioribus: & fecerunt illis similiter. Nouissime autē misit ad eos filium suum dicēs: Verebuntur forsan filium meum &c. En liquido testatur Christus Deum ad excolendā vineam (quam vnicā ab exordio mundi plantauit) variis saeculi temporibus seruos suos misisse: hoc est patriarchas (vt docet ecclesiae beati magistri) & prophetas: ad eandem inquam vineā: ad quā & deniq̄ deus pater filium misit excolendam. Fal-  
 sum igitur est & scripturis nō consentiens quod innuit Faber: vocatos scilicet ad vineam excolendam tm̄ eos, qui Christi audierunt euangelium. Et si non istud velit, cū eius tamen id praetendant verba: merito illum in hoc arguimus, quia nō clare docuit. Quod vero deinde subiungit: non omnes electione saluari, sed quosdā pactione &c. Fabri vanū est somnium. Quotquot siquidē ab Abel ad vltimū vsq̄ saluabuntur: diuina electione consequentur salutem. Et hanc ob rationem omnium multitudo saluandorum: numerus dicitur electorum. Ego scio (inquit Christus) quos elegerim. De tota autem ad  
 Ioan. xiiii. eiusdem domini cultum vocatorū collectione, declarauit dicens: Multi enim sunt vocati: pauci vero electi. Omnes itaq̄ saluandos electione saluari, simpliciter credendū est. Quod vero dicit Iacob<sup>9</sup>, quosdā pactione saluari, quosdā promissione &c. figmentum merū est, & delusio scripturae sanctae. Quicūq̄ enim saluati fuere & restant saluandi: electione (vt dictū est, ad salutem vocati sunt, p̄cto & promissione ad illam sequendam tracti. Quod manifeste etiam in praesenti de operariis parabola dominus voluit nos edocere: de omnium vocatorum inquis multitudo, q̄ exiit conducere operarios in vineam: & de praemio cōuenit cum eis &c. Ad haec autem sunt innumera scripturarum & sanctorum doctorum testimonia: quae sciens omitto, q̄ videam nullum peritorum fidelium super his quicūq̄ desiderare, cum in fide apud catholicos certissima reputentur. Conductus indubie fuit interno motu, pendens in cruce latro: & promissione tract<sup>9</sup>, huic dixit: Domine, memeto mei dum veneris in regnum tuū. Ecce fidei lumine denarium diurnum suspicit, id est eternam mercedē. Regnum certe promissum intelligit: qui sic loquitur. Illud proinde perdere nolens: Memento (inquit) mei domine, dum veneris in regnum tuum: tecum toto corde iam cupio regnare. Quādo igitur constat illum beatū latronem electione, pactione & promissione saluatum: quis non euidenter intelligit Iacobi cōmetā, aut fictiones stulti cordis eius?

i. Corin. xv.

Homil. xix.

Gen. iiii.

¶ Propositio. LVIII.

Capl. xxi. Quod pueri Hebræorū Christo decima primī mēsis super asinam & pullum in Hierusalem properanti dicebāt: Osanna filio Dauid, (refero quod legit ecclesia: nō quod gręcissans loquitur Faber) perinde est ac si dixissent deo Saluū fac obsecro filiū Dauid: saluū fac inquā, tu qui es in altissimis.

¶ Propositio. LIX.

Psal. cxvii. Hęc laus & bona imprecatio, qua scilicet dixerunt pueri illi: Saluum fac obsecro filiū Dauid: sumpta videtur ex Psalmo. cxvii. O domine saluum fac, o domine bene prosperare. Benedictus qui venit in nomine dñi. & tunc turbis & pueris a spiritu sancto infusa.

¶ Propositio. LX.

Vox igitur illa, erat & gaudiū in spiritu sancto, & laudis & bonę imprecationis. Laudis quidem & patris & Christi, quatenus erat deus: bonę autem imprecationis itidem Christi, quatenus erat homo.

¶ Confutatio.

E In hoc Iacobi multiloquio id vnū vt impiū & blasphemū cuiq; fidelīū iudicamus debere merito displicere: quo ait turbā & puero (spiritu sancto specialiter eis hoc infundēte) pro Christo quatenus homo est Deum exorasse, bonaq; illi suis imprecationū votis ab eo postulasse. Quicūq; enim a spiritu fuerunt vnq; super Christi (etiā vt homo fuit) conditione illuminati: firmis sine cognouerunt & tenuerunt q; ille secundū q; homo peccatorū omnium redemptor esset, q; vt talis nullius potuit aut suffragiis precū aut auxiliis quibuscūq; egere. Absit igitur absit, vt Dei spiritu mouēte turba & pueri Hebræorū pro Christo orauerint, aut fuerint illi bona quælibet imprecati. pro se orabant, pro ecclesia postulabant ipsum Christū: vt scilicet ipsi & alii electi digni efficerentur promissionibus eius. sic em̄ ordinauit (vti est prius dictum) vt ipsi ad beatitudinē prædestinati & vocati non ad illam peruenirent: nisi eorum propriis meritis, hoc est desideriis, precibus, & iustis operibus. Quod igitur dicebant, salua obsecro: pro Christi loquebātur mēbris, & nequaq; pro ipso capite. Alioquin spū dei mouente, credidissent ipsum Christum miserorū egere precibus peccatorū. Quod (sicuti diximus) impiū est & blasphemū cogitare: vt scilicet redēptor opus habeat a redimendis adiuarī, & saluator a dānatis quos liberaturus est opem vel auxiliū expectet. Quā autem ipse Christus per voces prophetarū vt orans creberrime designatur: non id pro se, sed pro membrīs corporis sui quod est ecclesia egit.

¶ Propositio. LXI.

F Fides de qua loquitur Christus, Matthæi. xxi. dicens. Si habueritis fidem, & non hēstaueritis &c. imago est veritatis. Quæ q̄to est veritati Christi similitior tanto potētior est. Et vt imago solis nō nisi a sole infunditur, neq; quæuis alia nisi a re cuius fuerit: sic & fides de qua Christus hic loquitur: Fides infusa intelligēda est, cui semper sua adest veritas. Et non quæ ex nobis ipsis nascitur: aut humanitus per auditum infunditur: neq; qua fit quod volum⁹, sed quod Deus ipse vult.

¶ Propositio. LXII.

¶ Talis erat fides in Helia quando clausit cœlū, quando ignem elicit de iiii. Re. xvii. cœlo, quando percussit Giesi lepra. & adeo potens est, vt nihil sit ei impossibile: quia deo nihil est impossibile.

¶ Propositio. LXIII.

Qui in tali fide orant, hoc est infusa: obtinent quicquid petunt. vt Helias, Qui cum illa fide oraret: obtinuit tot annis & mēibus claudī cœlū. Nam tūc orat spiritus fidei non homo vt huiusmodi, sed vt plenus spiritus dei.

¶ Confutatio.

Noua illustratus fide Iacobus, noua quēdā hic de fide nostris ingerit auribus dogmata: quę re vera intelligi a quoq; posse, reor difficillimum. Quid, precor, in primis libi vult istud: fides infusa imago est veritatis. a Iacobo peto quod a Christo petitur Pilatus. Quid est veritas? Cuiusnā est veritatis infusa fides imago: an cuiuscūq; siue ad philosophiā rationalem, naturalē, aut moralem, alia ve liberales artes pertineat: siue alicuius alterius? omnis sane veritas a deo est. Quæro ergo a Iacobo quid velit dicēs infusam fidem, imaginem esse veritatis. Hoc debuit ipse nouus theologus explicare. quod quia certe nō poterat suis hęcens principiis: dicamus nos paucis Iacobum in his omnibus miserabili laborasse ignorantia: vt pote cū res sit quę nullū latet pie philosophatiū: dum ait, Fidem infusam imaginē esse veritatis. &c. Nepe clamat philosophię veritas, habitus siue infusus, siue acquisitos actibus exclusis nihil profus intellectui significare. Mauent enim suapte natura in plene dormiente. Nullus siquidē vnicus vt dici solet, nisi actu proprio cognitiue immutatur. Infusus igitur fidei habitus: nullius veritatis omnino potest imago esse, neq; etiā probabilitatis, vel apparentię quicūq; habet. Immo secundū philosophię (quā in reb⁹ deus indidit) veritatē: per sese falsum est dicere, q; quāto est fides infusa (de hac enim loquitur Iacobus) veritati Christi similitior: tāto potētior est. Nullus quippe philosophorū nescit, quia verum & falsum, & in vniuerso signū quodcūq; aut imago vt sic, haudquaquē susceptura sunt incrementi aut decrementi: hoc est (vt philosophię discipulis dicitur) magis aut minus. Quęq; enim infusa fides, cuiuscūq; alteri eiusdē speciei (vt dicitur) specialissime omnino est. & q̄q; in se per intētionē suscipiat incrementū, id est augeatur, fitq; in vno maior seu intensior, in altero remissior: quoniā tamen (ceu habet cōmunis hominū conceptio) magnū & parū nō variāt speciem, intensior fides dici non potest veritati Christi alia similitior: neq; res quęcūq; in ratione imaginis, suscipit (vt dictū est) magis & minus. At quidnam esse potest, fides quanto est veritati Christi similitior: tāto est potētior? vna siquē catholica veritas non est magis q̄ alia Christi. Illius quippe æque & pari omnino iure, sunt vniuersę. quin eiusdē Christi & vt deus est, & vt homo, sunt cūctę veritates. Fatemur tamen quod verissimū est, fidem ipsam quo fuerit intensior, fortius habentis mētem ad credendum inclinare seu iuuare: seclusa tamen acquisita, hoc est humano credendū actu, nihil profus in intellectu operatur infusus (vt dictum est) habitus. Vnde & fidei meritū magis attribuitur acquisitę fidei: immo solis hominis actibus. Dicens enim dñs de Centurione: Non inueni tantā fidem in Israel: Matt. viii.

Matth. xv. Et Chananeę. O mulier magna est fides tua: actum & acquisitã fidem magis respicere videtur, q̄ infusã. Quoniã aut̄ hęc sunt ad speculationem spectantia, quę differere haud multum hic conducere potest: omitto loqui amplius. De ratione tamẽ ipsius infusę fidei nõ improbabiliter diceretur esse, ad priora credibilia principalius aut primo credenda, animũ mouere. & puto ego omnium primũ istud esse: Deus est. de quo loquens Apostolus dixit:

Hebr. xi. Credere oportet accedẽtem ad deum: quia est. cui & secũdũ adiciẽt inquirẽs: & inquirẽtibus se remunerator sit, credendum scilicet loco secundo. quasi primã omnium Deo cõpetentium proprietatum exprimere voluerit: quia scilicet bonus, deinde iustus, potens, sapiẽs, &c. ita de ceteris suis gradibus. Per hęc satis elucescere crediderim: q̄ ignorãter subdit Faber fidei infusę suã semp adesse veritatem. &c. q̄q̄ per eam quę ex nobis nascitur, aut humanus per auditum infunditur, sit quod volumus: per infusã vero quã vult deus. Errat enim, sicut homo qui ignota sibi penitẽ tractat. Per Ap̄lm nãq̄ clamat dñs. Fides est ex auditu. & q̄ actus ipse credendũ, donũ dei est: Datũ est (in q̄) vobis: vt in eũ credatis. Nimirum loqui videtur Iacobus, quasi alii essent actus infusę fidei, alii acquisitę. quod est pueriliter falli. Ceterũ q̄ scribit Heliam Giezi lepra percussisse: humanus lapsus est, & venia omnino dignus. q̄ scilicet inaduertenter Helie tribuit in hoc quod non illi cõtigat, sed Heliseo: quemadmodũ ex libri quarti Regũ capite quinto constat. Quod deniq̄ asserit orantes in fide infusa obtinere quicquid petunt, quia tũc orat spiritus fidei non homo vt huiusmodi: eiusdẽ est farine cũ precedentibus, id est erronea falsitas. Non enim sunt (vt dictum est) alii & alii, sed iidem prorsus infusę & acquisitę fidei actus. Atqui in infusa fide, id est ea per actũ dirigente orabat Apostolus dominũ, poscẽs vt carnis stimulo sese liberaret: & nõ obtinuit. Et sanctus Propheta Hieremias, pie pro Hebræis orabat: dominus tamen respondit illi. Tu nolĩ orare pro populo hoc. &c. Ad hoc siquidẽ q̄ sit oratio exaudibilis: non sat est q̄ pie fiat. Alia quedã insuper requiruntur: vt sancti docẽt, & maxime Augustinus super illo Ioannis. Si quid petieritis patrẽ in nomine meo: dabit vobis. Illa videat, cui fuerit cordi.

## ¶ Propositio. LXIII.

Cap. xxi. ¶ Christus Phariseis (a quibus rogauerat cuiusnam Christus filius esset: & respõdẽtibus Dauid) opponens: quomodo ergo Dauid in spiritu vocat eum dominũ dicẽs: Dixit dominus domino meo: &c. Innuit non Dauid, sed spiritũ dei vocasse eum dominũ: Dauid autem ipsius spiritus fuisse instrumentum: vt qui non ageret, sed ageretur.

## ¶ Propositio. LXV.

Vtinam cũ quidpiã agimus, vt cũ scribimus aut loquimur, nõq̄ ageremus, sed ageremur, agẽtes hoc est diuina patietes, sola prestaremus instrumenta.

## ¶ Confutatio.

K Hęc Iacobi perpendens ego scripta stupeo (fateor) totus christianũ conũderans hominẽ in philosophia præcellentẽ vsque adeo seductũ fuisse: vt quę scribit hic, vera esse cogitare potuerit. videlicet ex his Christi verbis: quomodo ergo Dauid in spiritu vocat eum dñm dicẽs: Dixit dñs dño meo. &c.

absolute fieri vt verba illa non fuerint Dauid: sed tm̄ spiritus domini. q̄ quidẽ libentius credidisse eũ opinor, quia sibi placens arte mira, ad hoc aspi rare videtur: vt mũdus existimet eũ eiusmodi fuisse spiritus dei instrumentũ actũ & nõ agens. quo recepto: vt omnes Iacobi cõmentarii sint Christi euãgelium necesse est. Hac autẽ lusus opinatione videre non potuit: quę sequerentur suũ assertũ incõuenientia. Non hic tamen primũ id nobis inculcãdo prædicat: In superioribus enim non semel idẽ asseruit: Nam huius euãgelii capite decimo, apostolos & prophetas omnes vtĩ citharas esse omnino docuit: Dei autẽ spiritũ vt citharcedũ. Adiecitq̄ citharam ipsam neq̄ allidere neq̄ mouere animos audientiũ, sed tm̄ ipsum citharcedũ: conficiens inde apostolorũ & prophetarũ non esse quod loquebantur. quemadmodũ & hic asseuerat non Dauid vocare Christũ dominũ suũ: sed q̄ spiritus sanctus est qui sic illum vocat. & vt dixi nescio quo cecatus spiritu erroris videre tam apertam nequiuĩt blasphemiam, hoc est vesaniã Origenis & Arriũ: qua creditur & mũdum vniuersum (quod in se fuit) docuerũt spiritũ sanctũ seruũ esse & ministrum filii dei, & nõ eiusdẽ cũ filio substãtię: sicut filiũ ipsum etiam blasphemantes dixerũt nõ esse patri consubstãtialẽ. quę impiissima dogmata, in Nicena sacra synodo reiecta fuere: & ordinatũ, q̄ ex tũc concineret de filio ecclesia. Genitũ nõ factũ, cõsubstãtialẽ patri, per quẽ omnia facta sunt. Et postmodũ de spiritu sancto dicendũ esse ordinatum est. Qui ex patre filioq̄ procedit: qui cũ patre & filio simul adoratur & cõglorificatur. Non existimo autẽ Iacobum in his cũ Origene & Arrianis sapere. verũ eius hic assertũ blasphemiam illam de spiritu sancto cõplectitur, & ineuĩtabiliter refert. Nempe verã esse oportet hanc sententiã: Dixit dominus dño meo: sede a dextris meis. & Iacobus asserit hoc dicere spiritũ dei: & nõ Dauid. cum ergo literę illius sit iste sensus: Dominus scilicet pater in diuinis, dixit dño meo, id est vnigenito filio eius: euĩdẽter consequitur filium dominũ esse spiritus sancti. quia vere enũciauit dũ ait ipse spiritus & non Dauid: Dixit dñs dño meo, filio scilicet dei. quia igitur hoc nõ dixit, vt vult Faber, Dauid, nõ potest vere de eo accipi quod dicitur meo: necesse est enim posses suũ illud pronomen meo, loquentẽ referre & monstrare: qui est per Iacobũ non Dauid, sed spiritus sanctus qui loquens ait: Dixit dñs dño meo. Si itaq̄ spiritus sancti filius dominus est: necessitate dictionis filii seruus est aut minister spiritus sanctus: q̄ est in terminis Origenis & Arrii blasphemia. Ceterum qua presumpsit consideratione Faber cogitare & orbĩ scribere, non ibi Dauid loqui, sed ipsum dei spiritũ: quando in hoc Christo plane contradicit: qui connexionẽ logica vrgens Phariseos vt cõfunderẽtur ad salutẽ, vel saltẽ minus de se presumerẽt, accepta eorũ responsione qua dixerũt Christũ filium esse Dauid: contra eos colligens: Si ergo (inquit) Dauid vocat eũ dominũ: quomodo filius eius est: quasi diceret: puri hominis filius nequaquã patris sui dominus est. & nemo poterat ei respondere. Ecce quis prius dñs dixisset, quomodo ergo Dauid in spiritu vocat eũ dominũ: concludẽs tamẽ & resumens absolute dicit: Si ergo Dauid vocat eum dominũ. vnde palam sit vtraq̄ loquẽdi forma Christum omnino idẽ intellexisse. At literę ipsius



sententia necessario nos credere cōfiteri & defendere compellit ipsum Dauid hoc dixisse, & authorē proximū psalmi illius fuisse. neq; obstat quod ad didit Christus in spiritu: quod est non de corde suo seu humana cogitatione sed ipsum specialiter mouente & illustrāte dei spiritu, hoc est deo qui beata trinitas est: licet theologa attributione spiritui sancto eiusmodi donū ascribatur. Alioquin cogitur Faber concedere senem illū iustū Symeonem non accessisse templū vt Christum videret. quia Lucas ait: Et venit in spiritu in templū: sicut Christus de Dauid dixit: vocat in spiritu dñm. quod exhibita

**Luc. ii.** **M**tionē omnino dignū est. Pro se itaq; illud dixit Dauid. Neq; cogitari vere potest, q; spiritus sanctus per se in particulari illud, aut pro se dixerit: vt absurdissime scripsit Iacobus. Alioquin fateri cogemur ipm dei spiritū & non Dauid dixisse: Miserere mei deus secūdū magnā misericordiam tuā. & Tibi soli peccaui. & Amplius laua me dñe ab iniquitate mea: & a peccato meo mūda me. &c. Item: Conuerte nos deus salutaris noster: & auerte iram tuā a nobis. Et iterū: Deus in adiutoriū meū intēde: cū similibus innumeris. quod asserere impiūssimā spirat blasphemā. Omnium quippe psalmorū author (vt cū Augustino sentio) fuit Dauid, Nūc pro dei patris loquēs persona, vt ibi Postula a me: & dabo tibi gentes hereditatē tuā. Nūc pro filii psona: vt ibi, Ego autē constitutus sum rex ab eo sup Sion mōtē. Nūc pro spiritus sancti persona: vt ibi, Spiritu oris eius omnis virtus eorū. f. cceloz. & ita de ceteris. que in libro illo psalmoz occurrūt introductarū personarū diuersitatibus. Hēreticū igitur plane est dicere in eodē libro non loqui Dauid. quoniā, vt diximus, Christo aduerfatur: qui dixit Dauid per illa pmissa verba vocasse Christum dominū suū. Hinc & Petrus in actibus Apłoz dixit. Oportet impleri scripturā quā pdixit spūs sanctus p os Dauid. Spūs quidē, id est deus per Dauid dicitur locutus: quia vt sic loqretur Dauid, causa etiā specialis fuit. De his autē in superioribus sepius disleruimus. Nūc perpēdendū restat an pie & iuste exoptauerit Faber dicēs: Vtinā cū quidpiā agimus, vt cū scribimus aut loquimur: nūq; ageremus, sed ageremur diuina patientes. Si pfecto hoc fieret, vnicus esset vt sepius dictū est in ecclesia liber, id est biblia: q̄ iam nō valeret portatili vno cōcludi volumine, etiā si dūtaxat Iacobi recentia admitteret que religionē cōcernūt scripta: vt taceamus sanctorū ecclesie doctoz libros. Iacobus cupit oēs in theologie facultate scriptores prophetas esse aut apostolos. quem, vt dicimus, si audiret deus: ad sacram bibliam attingerent, & illius essent portio Fabri volumina ceterorūq; omnium qui in ea facultate scribere virorum: sacer textus omnia forent: nulli commētariū nullę expositiones, nullę postillę: omnia diuinū ius essent. Quis hęc Iacobi postulationē non excretur potius q̄ de ea disceptet? Nos tñ vtcūq; adigit susceptū munus vt vel in modico hominis aperiām? p̄sumptiones. Cupit vt deus in eo loquatur: cuius fiduciam q; ita fiat non paruā habere videtur, ceu ex iam scriptis constat. Scimus autem Moysen cum dominus ei committeret populi sui principatū, & offerret prophetię donū: hoc est vt diuini verbi minister foret, illū toto spiritu gratiā eiusmodi declinare voluisse. dicenti liquidē Moyfi dño: Veni & mittā te ad Pharaonem, vt educas popu-

lum meum filios Israel de Ægypto: Respondens, Quis sum ego (inquit) vt vadam ad Pharaonem & educam filios Israel de Ægypto? Et rursum. Obsecro dñe (inquit) mitte quē missurus es: non enim sum eloquens. &c. Exod. iiii. Esaias p̄terea non acquieuit dño dicenti: Quē mittam & quis ibit nobis? Esa. vi. (vt scilicet p̄dicationis exerceat officiū: annūciādo populo scelera eorū) respōdēs dicere: Ecce ego mitte me: donec vnus de seraphim volauit, & caliculo quē forcipe tulerat de altari, os Esaię tetigerit dicens illi: Ecce tetigisti labia tua, & auferetur iniquitas tua. quod est non nisi a dño p̄uentū & vocatum virū, non autē id cupientē aut petentē: prophetię donū & p̄dicandi officium accepisse. Hieremię autē instar Moyfi cū diceret dñs. Sanctificauit te & prophetam in gentibus dedi te: respondit ille dicens: Ha ha ha dñe deus: ecce nescio loqui, quia puer ego sum. &c. En viri sancti oblatū prophetię donū, & populos verbo & scriptis erudiendū officiū declinare sua volūt humilitate: nedum nō cupiunt aut ambiunt vel petūt illa. Iacobus autē, vt nam, ait, cū liquida scribimus aut loquimur, nūq; ageremus, sed ageremur: quod est plane (vt diximus) gratiā prophetię aut euangelizandi concupiscere. Petentibus certe aut ad illa anhelantibus non confert deus diuina id genus munera: & p̄sertim ad petentium salutē. Viderit itaq; Faber quod stimulatus spiritu optauit vt in eo dei spiritus per se omnia quę scripturus esset aut locuturus efficeret.

¶ Propositio. LXVI.

Cum vicinus mortis esset Christus, id est biduo ante mortem eius: vltimū in Bethania cum amicis suis qui erant loci illius celebrauit conuiuiū.

¶ Propositio. LXVII.

Si super id Matthæi: Accessit ad Iesum mulier habens alabastrum vnguētū preciosi: Rabanus aut quiuis alius p̄dicet populo dicens: Que quondam (vt Lucas scribit) peccatrix ad Christū veniens pedes eius lachrymis p̄nitentię rigauit: nūc vero iustificata, & familiaris facta domino, non trā pedes, vt Ioānes narrat, verū etiam caput &c. non p̄dicat euangelii: sed addit, & secūdum sensum suū aut aliorū cogitata p̄dicat, quod forte aduersatur euangelio spiritui: & id quoq; nihil ad p̄dicationem Christi. De hac autem vnctrice, id quod mea quidem sententia verisimilius est, in secunda disceptatione de Magdalena detexi.

¶ Confutatio.

Reuerendus ille Rossensis episcopus, theologus, hac tempestate nō parum utilis Christi ecclesie minister: Iacobi disceptationib; de vltimo Christi conuiuiō, deq; tribus Magdalenis respōdēs: quod merito sat illi esse ad instructionem debuerat, variis nisi fallor tradidit opusculis: Alii quoq; nonnulla nobiscum scripsere: e quibus possunt catholici diuinarum lectorum scripturarum si velint, concipere & tenere p̄ constanti: an Iacobus disceptādo variis libellis de tribus Magdalenis per eū emissis, euāgelii p̄dicauerit: an (quod scriptoribus, qui nō cū eo, sed cū ecclesie traditione sentiūt, ascribit) secūdū suū sensum quod euangelio aduersatur: iudiciū super his lectores ferant. Immo si ecclesie obcediunt, non disputēt vltērius de istiusmodi que

Exod. iiii.  
Esa. vi.

Hiere. i.

Matt. xxvi.

Luc. vii.

o

Luc. ii.

M

Psal. i.

Psal. lxxxiii.  
Psal. lxxix.

Psal. ii.

Psal. xxxii.

Act. ii.

Exo. iii.

stione, quā schismaticē restaurauit Faber, cū olim fuisset terminata, & qui  
esceret quoad illā ecclesiā. Inde siquidē illi obuenerit: vt magis ac amplius in  
ceteris fidei dogmatibus nō paucis miserabiliter aberrauerit.

¶ Propositio. LXVIII.

Mat. xviij ¶ In eo quod dominus dixit: Spiritus quidē promptus est. &c. nō spiritum  
qui nostri sensus est, sed qui desuper infunditur, & qui dei spiritus est: intel-  
ligimus. vt nihil nobis ipsis quod quicq̄ sit, tribuamus.

¶ Propositio. LXIX.

Quę iudicamus bona, recta intentione & feruenti animo facta: nō protinus  
bona sunt, si a nobis sunt, sed si a deo.

¶ Confutatio.

Hęc omnia quibus rursus contendit Faber, hominem operum arduorum  
quę in eo sunt authorem nō esse, sed tm̄ deum: q̄q̄ mere illa suscipit, nō autē  
agitiā decies velut heretica secūdū scripturas, & in philosophiā manifeste  
erronea, contradictionēq̄ illa claudere: in p̄scriptis monstratum est.

¶ Propositio. LXX.

Potentia hominis re vera non est potentia, sed potius imbecillitas: & si sit  
p̄sumpta potentia, & paulopost. Q̄ ergo fleuit Petrus amare: non Petro,  
sed aspicienti Petrum tribuendum est.

¶ Confutatio.

¶ En mirabilem cernis theologū & noua omnino ludentē p̄tia. neq̄ enim, di-  
cens nō esse secūdū veritatē in homine potentiā, cū scriptura loquitur, neq̄  
cū catholicis doctoribus aut philosophis. Porro si hęc admittitur assertio,  
nulla est humana potentia: & hanc admittere necesse erit, nullus est homo.  
non est enim potentia humana aliud q̄ homo potens, nec est homo potens  
nisi homo. Q̄uis autē solus deus suo modo sit, & hanc ob rem sese vocauit  
eus, quasi nomine quod ei soli ea ratione cōpetit: Moyse respondēs querētī  
Si dixerint mihi Hebręi, quod est nomen eius qui te misit: quid dicam eis?  
Dixit dominus. Ego sum qui sum. & rursus: Qui est, misit me ad vos. qui  
scilicet solus est per se & independenter, necessarioq̄ est. Non ideo tamen  
esse simpliciter a creaturis negatur in scripturis: neq̄ potentia aut potestas.  
et si ab homine tollatur, vt vult Faber: ab angelis quoq̄ vt tollatur conse-  
quens erit: Cum tamen ex nouem, ordo vnus nomine potētē aut potestatis  
peculiariter vocitetur. & dei spiritus per Iob de malo angelo loquens. Nō  
est (inquit) potestas super terram, hoc est in mortalibus creaturis, quę cō-  
paretur ei. Vnde Pilato dicenti Christos: Nescis quia habeo potestatem cru-  
cifigendi. &c. verum id esse confessus est dominus respondēs dum ait: Non  
haberes potestatem aduersum me vllam: nisi tibi datum esset desuper. Da-  
tam ergo desuper habebat veram & realem potestatem Pilatus: nō tm̄ p̄-  
sumptam, vt dicit Faber. Itidem & apostoli: quibus dominus dixit. Ecce dedi  
vobis potestatem calcandi supra serpentes. &c. Et de omnibus credentibus  
inquit Ioānes: dedit eis potestatem filios dei fieri, his qui credunt in nomine  
eius. Si homini nulla esset vera potentia: quomodo dixisset Corinthiis Apo-  
stolus. Fidelis autē deus q̄ non patietur vos tentari supra id quod potestis.

Exod. iij.

Iob. xli.

Ioan. xix.

Luc. x.

Ioan. i.

i. Corin. x.

Ipe etiā quomodo de se testaretur dicens: Omnia possum in eo qui me cō-  
fortat. Frustra omnino hic aliter aut amplius scripturas citaremus, vt appa-  
reat, q̄ dicens Faber potentiam hominis nō esse verā potentiam, sed potius  
impotentiā aut imbecillitatē: nō loquatur cū ipsis scripturis, sed eis omnino  
dissentaneę. & assertio talis in falsitate manifesta est, & cōtra omnē rectam  
intelligentiā. neq̄ inferri vllatenus potest ex ista quā admitti non est incon-  
gruū: creaturę quęlibet potētia ad dei omnipotentiā collata, magis videtur  
impotentia q̄ potentia. Quemadmodū non recte colligit, qui sic argumen-  
tatur: Nulla creatura, vt deus est, seu modū essendi dei habet: nulla igitur  
est. Quod vero subiecit Faber q̄ Petri fletus nō est ei tribuendus, sed Christo  
Petrum ad p̄nitentiā prouocanti & auxilianti: error perpetuus eius est re-  
uulsus iam antea decies.

¶ Propositio. LXXI.

Quicquid molitus fuit Pilatus ad Christi liberationem id potius instinctu  
maligni factum intelligitur: vt & illa sollicitatio mulieris eius, q̄ constan-  
tia iustitię & verę pietatis affectu. quod dictū volui ne quis aliter Pilato p̄-  
curanti liberare Christum bene afficiatur: q̄ diabolo. siue enim hoc, siue ali-  
ud faceret: minister eius erat.

¶ Confutatio.

Videntur hęc a Iacobo dicta nō parua cum temeritate: certum etenim esse  
cuilibet perito Christiano debet: ab initio diabolum: omnibus viis & modis  
Christi procurasse mortē per sacerdotes summos, per Phariseos, scribas, & Iudam.  
Iudam. Q̄ utiq̄ omnes illi Christum per inuidiam (vt sciebat Pilatus) & Mat. xxvii  
& Mar. xv. tradebant: id non p̄ter dæmonis artē & operā fiebat. De Iuda vero id cla-  
re enūciarūt eloquia dei. Cum diabolus (ait Ioannes) misisset in cor: vt tra-  
deret eum Iudas. &c. Istiusmodi ergo omnium in Christi necem coniuuratorū  
diu varieq̄ obsistens Pilatus conatibus: non profecto sollicitante dæmone  
agebat: verū ea in re (impellente iustitię cuiusdā amore & naturali pietate  
illū) resistebat: & eo vsq̄ vt & sathanę suggestionibus & studiis, ac omnium  
hominū improbis non cesserit instantiis: donec etiam illi & omnium bonorū  
& gratię perdendę Cæsaris proponerentur pericula. & quoniā plus sese &  
sęculi diligebat officia honores & bona, q̄ innocentis vitam Christi & in se  
ipso iustitię rectitudinem: tādē ne omnia perderet temporalia bona adiu-  
dicauit fieri petitioni eorum: & quę sciebat iniuste accusatū, se omniaq̄ per-  
dens damnauit. Si profecto per sinistras affectiones & agente diabolo (vt  
ait Faber) Christi liberationē Pilatus procurasset: nō diceret illi dominus:  
Qui tradidit me tibi: maius peccatū habet. quod autē mutata malitia non  
deposita ipse sathanas voluerit opus impedire, quod p̄cne ad finē vsq̄ per-  
duxerat: nihil hoc ad Pilatum. Vnde vt tam varie ageret ipse dæmon indu-  
ctus est, non siluerūt doctores: de quo etiam nihil ad p̄sens. Aliter autem  
omnino ad Pilatum, quilibet alias foret impius tyrānus, iniquus, & idolatra,  
q̄ diu vixit tenebatur quisq̄ affici: q̄ diabolo. Nūc vero nulla pia affectione  
in eum moueri debet fidelis, non inconueniens est tamen dicere illum ea in  
discepratione egisse multa de genere bona, quę si in vnū per fidē retulisset

Ioan. xliij.

Luc. xxiiij.

Ioan. xix.

Deum: bona simpliciter fuissent. Errorem deniq; in se conuoluit quod dicit: Pilatus siue hoc siue aliud faceret, semper diaboli erat minister. Inde enim fieri videtur, q; quicquid ageret: semper peccaret. quod est notorius error. Certe Pilatus si voluisset recte & pie agere: poterat & dei minister esse, vt Centuriones illi duo, alter de Capharnaü, alter Cornelius de Cæsarea, eiusdem cum Pilato & ordinis & prius professionis. Oppositum autem sentire, q; scilicet Pilatus pie agere nequiuisset: est, vt dixi, in fide erroneum.

Matt. viii.  
Actu. x.

¶ Finis Annotationū in Commentarios super Mattheum.

## ANNOTATIONES IN IACOBI FABRI COMMENTARIOS SVPER EVANGELIVM MARCI.

¶ Propositio. LXXII.

Cap. i.

Marcus euangelista Barnabæ fuit consobrinus & matrem Hierosolymis commorantem habebat, & fidelissimam quidem: quod ex duodecimo actio num apostolicarum cognoscitur.

¶ Confutatio.

R

**I**C Plane delusus est æquiuoco Iacobus. Duo em̄ fuerūt hoc nomine Marcus, inter primos euangelio credentes appellati: sed non ratione consimili. Nempe alterius nomen proprium Marcus erat, & is euangelista fuit: de quo ita scripsit Hieronymus in prologo euangelii Marci. Marcus euangelista dei electus, & Petri in baptisate filius, atq; in diuino sermone discipulus: sacerdotium in Israel agens secundum carnem leuita, cōuersus ad fidem Christi: euāgelium in Italia scripsit, ostendens in eo quid & generi suo deberet & Christo. Sc. Alterius vero nomen Marcus non proprium fuit nomen, sed cognomen: sicut aperte dicitur in actibus apostolorū, vbi ita legitur. Petrus venit ad domū Marię matris Ioannis, qui cognominatus est Marcus. Et alibi rursum. Barnabas autē volebat secū assumere & Ioannē, qui cognominabatur Marcus. Et iste Ioannes cognomento Marcus non dicitur fuisse de Leui genere, & sacerdos, a Petro baptizatus vel peculiaris eius discipulus, aut illi adhæsisse vel fuisse illū secutus: at potius beatis Paulo vel Barnabæ fuisse obsecutus. De eo enim Collossensibus Apostolus scribit dicēs. Salutem vos & Marcus cōsobrinus Barnabę, de quo accepistis mādata: si venerit ad vos, suscipite illum. Marcus igitur euangelista de genere Leui sacerdos fuit, qui Petro baptisatę eius vnice copulatus est. & q; non fuerit Ioannes cognomēto Marcus, Barnabę cōsobrinus: vti nominū similitudine falsus credidit Faber: hinc euidenter colligitur, q; euāgelista Alexandriam Ægypti, posteaq; aliquot annos Aquileiensem protoepiscopus rexerit ecclesiam, Deo ad id illum vocante & consentiente Petro petiit. vbi tandem post admiranda eius opera gloriosum pro Christo martyrium sustinuit. Ioannes vero Marcus Barnabę consobrinus, Apoliniaensis legitur fuisse episcopus.

Actu. xii.

Actu. xv.

Ad Col. iiii

¶ Propositio. LXXIII.

¶ Nullę traditiones p̄ter diuinas aut quę ex illis pendent, nos mouere debent: quas nec sub vilius hominum nomine dare aut accipere debemus, sed sub solius Dei.

¶ Confutatio.

En pergīt Faber in schismate concepto. nō vult admittatur in Christianitate lex aliqua aut viuendi norma, p̄ter diuinam. ius quippe diuinū est quicquid a dei traditionibus p̄det: id est quod ex eis infertur. Reuicē itaq; & Cæsarea iura & pontificia, in quibus non pauca statuūtur vtiliter: quę tamen anteq̄ decernerentur, de se ad dei legem indifferentia prorsus erant, neq; ab ea pendebant, plus q̄ eorum opposita. Sp̄nēda item docet Faber, quęcūq; suis factitiis regulis vltra id quod de diuino complectūtur iure, tradiderūt beati patres Basilius, Augustinus, Benedictus, & Frācisus. Sub nullius (inquit) nomine dare aut accipere debemus qualibet traditiones p̄ter diuinas, & quę ex eis pendent. Tenere quidem horis certis, verbī gratia, aut locis, in sacris claustris silentium: non pendet secundum se a diuino iure. Impertinens est enim ad illud, cum de se omnino sit indifferentis. & ita de diueritate vestitus tam in formis q̄ materia: & sic de innumeris quę tamen sunt ordinata pie, & non sine merito obseruantur. De his autem in superioribus plus satis dictum est.

¶ Propositio. LXXIII.

Non ex operibus salus nostra prouenit, sed ex gratia: quā amor parit, & diuinis iussis p̄stita obœdientia eam nobis adsciscit atq; conciliat.

¶ Confutatio.

Toties antea nihil humanis deberi operibus Faber hominibus suadere molitus est: quod & priore huius assertionis particula resumit. Omnia autē eius in eū scopum dogmata: refutata nō inualidis fuisse putamus cū authoritatū tum rationū argumentis. Et si forsan minus videantur cuiuspiam sufficere, nobis nō accommodans auditum: vel Iacobo hac in parte fidem adhibeat. Ille siquidem suis in verbis nescius nobis quoad hoc quod per omnia abstulerat prius, restituit. Porro hucusq; contestatus est semper, operibus nihil deberi, per ea neminem posse iustificari, salutem nostram haud in nostra esse facultate: aliaq; eius generis complura. Hic vero Salutem nostrā, inquit, parit amor & diuinis iussis p̄stita obœdientia. Recte nimirum & optime hoc nobis retulit Iacobus. At iā dicat, amor Dei & iussis eius p̄stita obœdientia sunt ne humana opera: sunt: necesse est vt id confiteatur. Quid enim est in homine amor Dei & obœdientia p̄stita mandatis eius, aliud, q̄ actus voluntatis humanę efficaces, quos vbi oportet necessario consequuntur externa facta? Donans itaq; modo istud aut referens Iacobus, scilicet q; amor & diuinis iussis p̄stita obœdientia nobis parit salutem, quod est illam mereri: nihil quoad hoc amplius debere merito censerī possit, si ista sciens & volens prateritorum ductus pœnitentia loqueretur. Quando vero nondum, q; ista dixerit exosus asserta prius, constat: Quid aliud ex ipsius hic depromptis sermonibus colligendum est, nisi q; neq; sibi constat, neq; seipsum capit: sed arbitrarie modo hic, modo illic

effundit quę occurrit. & merito quidē hominē hūc permittit deus ita a se diuersum fieri: qui pręsumpsit cupere vt a deo instar prophetarū & apłoz illustraretur, cęteroz omniū in re theologica vigilias & sudores aspernatus.

¶ Propositio. LXXV.

Cap. xii. ¶ Hoc legis mandato, Diliges proximū tuū sicut teipsum: Dominus secundum humanitatem designatur, quod in parabola Samaritani Lucę decimo ipse declarare dignatus est.

Leuiti. xix.  
Matt. xxii.

¶ Propositio. LXXVI.

Hac itaq; dilectione proximū in omnibus nō diligitur nisi Christus.

¶ Confutatio.

V Q; in illo dñi pcepto, Diliges proximū tuū sicut teipsum, vocabulo proximū nō intellexerit legislator Deus Christum secundū humanitatem, sicut somniavit hic Iacobus: inde colligi potest euidenter, q; a tēpore datę legis, hoc est ab anno exitus Israel de Ægypto, ad annū vsq; dominicę incarnationis: fluxerūt (ceu clare satis ex scripturis elicuerūt & tradiderūt catholici doctores) anni mille trecenti & circiter triginta. quo toto tēpore cum nō esset Messias aut Christus: quomō toti populo & cuilibet psonę iuberet deus diligere Christū q; nō erat homo: Mere igitur somniū cogitauit Faber dicēs, nomine proximū in illa de dilectione proximū iussione diuina, Christū esse intelligēdū. Item & qđ subdit, ip̄s proximū dilectione nō nisi Christū ipsum intelligi: manifeste hereticū est. Qđ verbo Apostoli cōprobatur. Sic em̄ ille Romanis scripsit: Reddite ergo omnibus debita: cui tributū tributū. &c. Sequitur paulopost. Nemini quicq; debeat: nisi vt inuicē diligatis. Qui em̄ diligit proximū: legē impleuit. Nam nō adulterabis: Nō occides: Nō furaberis: Nō falsum testimoniū dices: Nō cōcupisces: et si qđ est aliud mādātū: in hoc verbo instauratur. Diliges proximū tuū sicut teipsum. Apertis autē quonā pacto mādata illa quę expressit, in hoc vno instauratur verbo, Diliges pximū tuū sicut teipsum: subiūgit dicēs. Dilectio pximi malū nō operatur. tāq; diceret. Qui vere pximū diligit sicut seipsum: nullū damnū aut iniuriā inferre volet plusq; sibi. Nullā igitur ledet personā siue adulatorio, siue homicidio, siue furto, siue alio quouis crimine, qđ in pximū cōmitti a nō diligēte cōtingit. En planū efficiūt apostoli certissima verba qđ dicimus: nomine illo. s. proximū, in dei pcepto Diliges pximū tuū sicut teipsum, nō debere vel tm̄ (vt innuere videt Faber) vel maxime intelligi Christū: sed quęlibet hominē. & proinde illa dilectione aliud a Christo, immo & ab eius mēbris, id est Christianis, diligi. illo nimirū pcepto iubetur (vt dictū est) quisq; omni homini salutē cupere, infidelibus & Iudeis vt ad veritatis cognitionem perueniāt, & tandē dei regnū consequantur. Nemini (inquit Paulus) quicq; debeat: nisi vt inuicē diligatis. Nō enim dicit, nisi vt Christū secundū q; homo est diligatis: explicans legis de dilectione pximi mādātū, sed ait, vt inuicē diligatis. Et quonā hęc oīno plana sunt & certissima cur Iacobus tā crebro pfert quę sunt inopinabilia prorsus. Et qđ fortassis in nōnullis nō eū pretēderit quę oppugnamus sensum: nō ppter ea tm̄ nobis tacēdū, tū q; nemo iure deuinctus est in Iacobi scriptis eius scrutari sensus.

Roma. xiii.

X

honorem hūc primo diuinis scripturis seruamus: q; certo credimus in quolibet earū particula verā esse intelligētia. loco dein secūdo etiā doctoz quos probauit ecclesia scriptis vplurimū id impēdimus reuerentię: vt nō facile per eos tradita refutemus: verū vbi improprię aut suspectę de falsitate occurrūt sententię: illas ad propriū & piū reducimus intellectū: eū nō dubitemus eos sanam habuisse mētem, & vix aliqua aduersus eloquiā dei illos scripsisse. non sic est autē de Iacobo Fabro, cęterisq; nostri tēporis scriptoribus. Tum q; litera ipsius Iacobi quā arguim⁹, in cōpluribus acciperetur a lectoribus in eo quę damnamus sensu: & prima apprehensione illū iudicat.

¶ Propositio. LXXVII.

Gemina dilectio, dei scilicet & proximū, nūq; implebitur: donec Christus pure annūcietur, donec solum dei verbum honoretur. Omnia autē cętera sicut adiectitia & superflua, si non etiā noxia: reiciantur.

¶ Propositio. LXXVIII.

Christus est omnia, verbum dei omnia: cętera tāq; nihilum & inane.

¶ Confutatio.

Hęc omnia velut temeraria erronea & schismatica crebro fuerunt in superioribus confutata. Super hoc euāgelii beati Marci capite. xii. sic vno loco scribens Iacobus inquit capite quinto Matthei numera. xxxvii. polliciti sumus nos dicturos hic ordinationes mandatorū, quas illic nō posuimus: idcirco quomodo nūc Hebręi illa ponūt, & quomodo Christiani subiiciēdū diximus. prestās autē & exhibēs qđ pollicitatione obnoxius erat: Primo vno ordine mādata legis decē, id est ip̄m decalogū scđm Hebręos (vt loquit) describit. vbi p arbitrio suo nōnulla vnit, & vnū in duo secat, modo q; seq̄.

¶ Propositio. LXXIX.

Hęc dei verba, Ego dñs deus tuus qui eduxi te de terra Ægypti, de domo seruitutis: primū secundū Hebręos est dñi pceptum. Et hęc, Non habebis deos alienos coram me: non facies tibi sculptile. &c. secundū faciūt mandatum. Ista vero: Non concupisces domū proximū tuū, nec desiderabis vxorem eius, non seruū, non ancillam, non bouem, non asinū, nec omnia quę illius sunt: pro decimo sunt posita pcepto.

¶ Confutatio.

Quis non hęc scribat verba Faber: hanc tamen omnino pretēdit sententiā, quādoquidē de primo pcepto, duo efficit, & ita depingit: & postrema duo in vnū colligat. Ceterū dicēti illi, ita Hebręos eiusmodi ordinare legis mādata: nō adhibēda est fides. Porro certū est Hebręoz doctores tenuisse deū decem tradidisse verba, hoc est pcepta. quę vtrū hac vel illa partitione diuiserint aut discreuerint ab inuicem: non magnopere curandū hic puto. At quādo euidēs est quonā iste domini sermo, Ego dñs deus tuus qui eduxi te de terra Ægypti, de domo seruitutis: est simpliciter indicatiuus, quo neq; deus mandat quicq; pcepti aut prohibens: neutiq; illū pro primo positū fuisse a deo vel Hebręis pcepto credendum est. non mādatum certe eius modi est sermo diuinus: sed orationum decem quę vim includunt imperatiuā, p̄fatō quędā aut prolocutio. Qui sane perpēderit pbe literę Exodi Cap. xx.

ratione: cōperiet vnāquāq; illoꝝ decē dñi verboꝝ sententiā, exprimere diuine volūtatis p̄ceptiū loquēdi modū. In singulis em̄ ita scribi voluit sp̄ritus dei. Nō habebis deos alienos, Nō assumes nomē dei tui in vanū, aut Me mēto vt diē sabbati sanctifices. vel in forma imperatur. vt illud, Honora patre tuū. &c. In ceteris oibus plane phibitio exprimitur. Ait em̄ textus sacer Nō occides, Nō mœchaberis, Nō furtū facies, Nō loqueris cōtra proximū tuū falsum testimoniū: & ita in reliquis. Improbabile igitur oīno est dicere. primū decalogi p̄ceptū illis cōtineri verbis. Ego dñs deus tuꝝ. &c. quę sunt assertio pure ad speculationē p̄tinēs: & nihil de vita actiua, hoc est agēdis significās vel euitādīs, qđ tñ p̄priū cuiusq; esse p̄cepti notū relinquitur.

¶ Propositio. LXXX.

Alius est ordo p̄ceptoꝝ decalogi apud Hebręos: aliꝝ apud Christianos.

¶ Confutatio.

**Z** Istud & verbis & operibus Faber tradidit: qđ plane esse in fide erroneū nemo fidelium, modo vel mediocriter institutus in re theologica fuerit, in dubiū reuocabit, si liberaliter appendat p̄ omni tēpore ab exordio creationis humane, naturalis legis easdē prorsus p̄ceptiones ac inhibitiōes extitisse nec illas vllō vnq; variari tēpore. secus autē ( ceu iā in superioribus dictū est) de positio a dño tradito iure. Quādo itaq; verba illa decē ( quę sola in

Exo. xxxij. & xxxiiii. lapide digito dei exarata Moyses in monte Oreb accepit) non aliud sint q̄ primōꝝ legis nature duōꝝ p̄ceptoꝝ explicatio & dearticulata manifesta

Matth. vii. tio: quōꝝ quidē duōꝝ p̄ceptoꝝ, Christus ip̄e positio in sua lege magnifice

Thob. iiii. repetere voluit (Matthęo referēte) dicens: Omnia ergo quęcūq; vultis vt faciāt vobis homines: ita & vos facite illis. Negatiū vero dei sp̄ritus per

Thob. iiii. Thobiā filiū instruētē enūciauerat olim, his verbis. Quod ab alio oderis fieri tibi: vide ne aliqñ tu alteri facias: certū euadit decalogi mādāta decē eadē

dem penitus fuisse & inuariata, & in statu innocētię, id est prius q̄ peccaret Adam, & post eiꝝ lapsū, perseverabūtq; immota nō modo sub nostro euāgelicę legis tēpore ( vt ante Moysi steterūt legē & sub ea) sed & in cęlesti

regno: suā vim retinet, in eternūq; retinebūt. Erroneū ergo prorsus decernēdū est, cōtendere aliā secūdū Hebręos, hoc est sub lege Moysi, fuisse ordinatiōē decalogi, immo aliū ( qđ affirmat Faber) decalogū: & aliū sub Christi lege. Q̄ si his nō assentit rerū ipse nouator ( cū tñ sint inexpugnabilia) audiat saltē Christū ipsum dominū. Replicato em̄ primo illo legis nature

Matth. vii. p̄cepto: Omnia quęcūq; vultis vt faciāt vobis homines: eadē & vos facite illis. mox subiūxit. Hęc est em̄ lex & prophetę. hoc est, ad id singula respiciūt & legis p̄cepta & documēta p̄phetarū: vt hoc vnū sincere obseruet homo ( sub qualibet vixerit lege) naturalis mandatū legis: Oīa quęcūq; vultis &c. quod ex Ap̄lo p̄xime licet sub aliis terminis, idē tñ oīno p̄tendētibz

Roma. xiii. docebamus: vbi dictū est. Qui diligit proximū, legē impleuit: & q̄ in eo verū

A bo quicqd lex iubet, restauratur. Hinc & ipse Christus cuidā petēti, quidnā etiā sub eius euāgelica lege esset illi p̄ adipiscēda salute agēdū: aliud non respōdit in euāgelio qđ p̄dicabat, p̄ceptū esse ad salutē necessariū, q̄ ip̄iꝝ decalogi executionē. Vnde illi dūtaxat contestatus est, dicens. Si vis ad vitā

ingredi, serua mādāta. Existimās autē ille aut subdubitās ne forsan Christus ip̄e docere vellet necessario aliā esse obseruāda quoad moralia, sub ea quā p̄dicabat lege, q̄ sub lege Moysi: perrexit instās & petiuit: quę sunt. s. mādāta de quibus mihi loqueris, dicens: Si vis ad vitā ingredi, serua mādāta. Respondens autē Christus, ad noua nulla remittit illū ( quę certe nō extāt) sed ait. Non homicidiū facies: Nō adulterabis, Non facies furtū, & quę illic leguntur. vnde sine cōtradictione colligitur, qđ aduersus Iacobū opponimꝝ: erroneū videlicet esse in fide, qđ ip̄e docuit, aliā fuisse in lege Moysi decalogi ordinatiōē, immo & aliū decalogū, q̄ sub Christi euangelio.

¶ Propositio. LXXXI.

In decalogo Christianoꝝ p̄ secūdo p̄cepto istđ est: Diliges proximū tuū sicut teip̄m. Ego autē dico vobis: Diligite inimicos vestros: benefacite his qui oderūt vos. &c. quę hūc legis articulum declarādo adiecit Christus. Pro tertio autē eiusdē decalogi mādāto, apud Christianos hoc traditur. Nō perirabis. Ego autē dico vobis nō iurare oīno, neq; p̄ cęlū, q̄a thronꝝ dei est. & cetera p̄ Christū quoad hoc addita. Septimo autē mādāto ita habēt Christiani. Non mœchaberis. ego autē dico vobis q̄a oīs qui viderit mulierē ad cōcupiscēdū eā: iam mœchatus est in corde suo. Octauū autē eiusmodi est: Non furaberis. Nō fraudē facies. sed & ei qui vult tecū in iudicio cōtendere, & tunicā tuā tollere: dimitte ei & pallium. & cetera ad hoc lecta in Matthęo.

¶ Confutatio.

In his nouis Iacobi legislatoris ordinatiōibus id in genere primo cuiq; difplicere debet, qđ p̄xime nūc attigimus: aliū videlicet esse sub euāgelica lege decalogū aliāve eius ordinatiōē, & aliā veteris legis currēte tēpore. Et deinceps q̄ nōnulla asserit sub nostra lege ( q̄ in antiqua nō erāt) phibita esse aut p̄cepta: vtputa dilectionē inimicoꝝ: & cetera q̄ expressit dicens. Diligite inimicos vestros: benefacite his: & quę sequūtur. Itē qđ dicit, Nō iurare oīno. &c. p̄tērea istud Qui viderit mulierē ad cōcupiscēdū eā. &c. qđ certe neq; p̄ceptū est nouū: sed legis nature mādātū declaratiō. Insup haud recipiēdū est: qđ de cōsiliis Christi absolute p̄cepta facit Iacobus. Dū verbī causa scribit mādātū eē decalogi p̄ Christianis, vt volētī cōtēdere nobiscū in iudicio & tollere tunicā, nō obstitamus: sed & palliū illi tribuamꝝ. q̄ oīa in fide & moribus erronea esse in superioribus est mōstratū: qm̄ p̄ sanctoꝝ & ecclesię traditionibus hęc oīa sanę diuinoꝝ eloquioꝝ intelligentię dissōna sunt, & p̄inde p̄ eadē reprobata ecclesiā. Q̄ si Iacobꝝ aut q̄q; eius addictus verbis cōtēdere, moliat illū nō intellexisse hęc oīa, vim p̄ceptoꝝ decalogi habere, aut q̄ ad eoꝝ sint singuli obseruatiā obligati sub criminis incurrēdi dāno: Illi obiectioni aduersat eiusdē authoris verbū, quo post vtrāq; suo arbitrio p̄ceptoꝝ positā seriē addidit & dixit: hęc sunt ordinatiōes p̄ceptoꝝ: &c. Exoriss vero dixerat: polliciti sumus nos hic dicturos ordinatiōes mādatorum.

¶ Propositio. LXXXII.

Hęc mihi in Christo fiducia est, q̄ tādē vbiq; Christi pure p̄dicabit euāgelii, nō admixtis traditionibꝝ humanis: qđ adhuc nequāq; fit. Nā Christus est oīa, & solus sua doctrina saluare oīa potēs & sufficiēs.

¶ Confutatio.

Matth. v.

Cap. xii.



C Auditum frequētius extitit, Iacobū Fabrū familiaribus discipulis suis etiā qui nō gradibus in infimis agebāt, aperuisse: sese quasi a dño in visu accepit se futurū, qđ hic toti significat mūdo semetipsum expectare. Non est igitur reuelatio ei facta iā in aure vel in cubiculis, quasi archanū quodlibet susurro referēdū, aut inter Iacobi apud Meldas auditores pro secreto reputādū: qđ orbī ab hinc triēnio significauit. videlicet qđ immutādus est prorsus ecclesie status quoad hęc: videlicet qđ oēs particulares quę in christianismo vidētur religiones, cuiusmodi sunt sanctoꝝ Augustini, Benedicti, & Frāncisci ordines & similes ad nihilū redigerētur: oēs artes liberales, leges singulę pontificū & imperatoꝝ, cōstitutionesq; ceterę humanę ac doctrinę hominū abrogarētur, solo relicto p oibus Christi euāgelio: & ita nullus in particulari remaneret sanctoꝝ cultus, nulli speciales essent illis ad celebritatē vltra deputati dies: nullus ciboꝝ pro abstinentiis ac ieiuniis delectus. & sic de aliis (quę in ecclesia obseruātur) innumeris. qđ hęc oīa asseruit Faber in euāgelio nō contineri: sed ecclesie rectoꝝ quasi tyrānie quadā paulatim fuisse velut graue iugū fidelīū ceruicibꝰ imposita: & p hmōi seruitutes eliminata (vt ait) pene oīs est euāgelica libertas: vt nō sint Christiani liberi, sed velut ecclesie prelatoꝝ mācipia. Hęc aut cōsimilia pphetauit (vt fertur) Iacobus, sed re vera hoc de corde suo. Quicqđ autē de hoc sit, super quo nihil affirmo: certū est etiā his diebus & multiphariā experiētia cognitū: corda multoꝝ ita seduxisse callidū humanę salutis hostē, & eos miris p̄stigiis vsq; adeo demētasse: vt partim desiderii licētioris vitę, p̄tim libertatis spe, aut rerū mutationis & nouitatū cupiditate, animos induxerint, vt eiusmodi ecclesiasticę politię mutādā faciē oīno crederēt. Si autē Iacobus Faber inuentionis huius author fuerit vel imitator: nō habeo (vt mox innuebā) p cōstāti. At quātū ex eiꝰ scriptis maturius perpēsis cōiicere licet: vehemēs de hoc est p̄sumptio iuris cōtra eū. Quid em̄, p̄cor, istud est (vt hic cetera sileamꝰ) Fiducia mihi est qđ tādē vbiq; pure p̄dicabitur euāgelii nō admixtis traditionibus humanis: nisi qđ hic expressum est: & nescio quo delusus spiritu nō videt, quia si id fiet: eius q̄cūq; scripta necesse est de ecclesia semoueri & sup̄primi: quādoquidē euāgelii nō sunt, sed certe in q̄ plurimis cū euāgelio pugnant. Hęc vero Iacobi fiducia q̄ ecclesie sit cōtumeliosa, quis nō videat: quā qđ huc vsq; nō pure fidelibus tradiderit euāgelii, insimulat: quasi ipse qđ grecizantes ceteri hac tēpestate illud fidelius edisseruerint, & magis pie qđ antea ceteri oēs sancti & catholici doctores explanauerint populo. qđ aperta sapit primo in spiritū sanctū blasphemā. quoniā si probe exoptat Faber, & recte ipse cū asseclis iudicat: nō rexit vt oportebat ecclesiā ipse dñi spūs, Christi vsq; eā reliquit: qui tñ ei se pmiserat dicēs. Ecce ego vobiscū sum vsq; ad cōsummationē seculi. Sapit dein execrādā in his scriptoribus p̄sumptio nē qđ iactitāt & superbiā: qđ magis est velut impia & schismatica cēsuris ecclesie plectēda, qđ agitāda sermonibꝰ. Modo aut plusqđ cęci facti sunt Faber & sui cōsimiles: si nō attendūt quales ecclesie seu fidelibus obuenerūt fructus, ex quo nouis suis artibus, linguis loquentes pluribus diuinas edisserere cōeperunt literas latine, gręce, gallice, teutonice, & si ipsi non vident:

Matt. vlti.

vident tamē qui non egros habent mentis oculos, mundū hęcibus oppletum, mandatorū transgressiones, innumeratq; blasphemias in sanctam Dei matrem & sanctos alios, ac schismata rebellionesq; & id genus facinora susceperunt in immensum: quę vtinā vel fero ad p̄nitentiā intelligant. qđ enim eiusmodi homines rei ecclesiasticę suis linguis consulere putauerūt: euidentis fuit p̄sumptio, vt sepius iam est dictum.

¶ Propositio. LXXXIII.

¶ Prima dies azymorū, qua scilicet agnus paschalis immolabatur, mactabatur, parabatur vt comederetur nocte: erat feria sexta, quę & dicitur dies Veneris. qua incepta pascha & azyma nocte comedebantur. Cap. xiiii.

¶ Propositio. LXXXIII.

At dices. Die Iouis interrogatus dominus a discipulis vbi pararent pascha misit eos in Hierusalem: quare dies azymorum etiam dies Iouis dicebatur. vtrūq; imus inficias. Nam cępta pasche interrogatus est dominus: & misit discipulos suos.

¶ Confutatio.

Non est nostri consilii, impresentiarū varia quę super hoc negotio a doctoribus disceptata sunt, huc aduocare. Nō em̄ sustineret illud nostrarū virium imbecillitas: & quę sit breuitati obuiat tā longū texere sermonē, qui certe nec modo necessariū esse videtur. sat nobis fuerit, paucis aperire: nō posse subsistere quę hic in Iacobo annotauimus. In primis asserens ille feria sexta quę dies Veneris est, in vespera agnū fuisse immolatū. &c. cū certū sit sub cœna illa qua comestus est typicus agnus, Christū dñm altaris sacrosanctū instituisse sacramētū, & postridie illius cœnę mortē in cruce pertulisse pro hominis redēptione: In duobꝰ rei totius huiꝰ piissimæ, ab ecclesie dissentit doctrina & ritu: scilicet quoniā vniuersalis ecclesia & verbis docet & factis, qđ feria quinta, id est vespere post solis occasum die Iouis, Christus ipse corporis & sanguinis sui sacramētū ordinauit. Vnde & feria illa quinta ab ecclesie primitiue & nascētis exordio ob rei illius cōmemorationē, solēnitatē fere parē cū die dominicę resurrectionis sortita est. & adhuc modo eadē quęta feria, illo respectu celeberrime agitur dies festus corporis Christi. Vnde nullus nisi schismaticē inficiari valet, Christū vltimā cœnā accepisse cū apostolis, & altaris sanctū instituisse sacramētū in vespera, hoc est, vt diximus, post occasum solis die Iouis. i. feria quinta. Fatemur autē ab illo solis occasu secūdū Hebręos incepisse pasche, id est feriā sextā seu diē Veneris. At nō hoc prospicere videtur Faber. Hic errat intolerabiliter, doctrinę vniuersalis ecclesie & obseruatię dissentiens: non in hoc tñ, sed & in altero: quia si recte scribit, Christus dñs in sabbato, & nō feria sexta, id est die Veneris, passus est. Hęc p̄fecto Fabri dogmata vltione digniora puto flāmarū qđ disceptatione verboꝝ. qđ si dicat ipse aut p eo quispiā, nō ita illū despuisse vt negaret Christū die Veneris passum: cōtradicit illi proprius eiusdē Fabri sermo, quo ait. Imꝰ inficias ap̄los die Iouis dominū interrogasse, dicētes: Quo vis vt eamus & paremus tibi. &c. asserens expressis verbis id factum feriā sexta. Pasche (inquit) cępta interrogatus est dominus. Manifestum

est autem hoc sero non potuisse fieri, hoc est post solis recessum die Iouis: ubi initium suum habebat feria sexta. tunc enim hora erat comedendi agnum non preparandi. Vnde hoc in articulo temporis per Fabrum designati absurdissime delirat ipse. Interdum enim oportuit Christum discipulos interrogasse: & eos mitti de villa in ciuitate. Porro multa erant tanto negotio expedienda: que re pēte fieri nequibant. In die ergo precesserunt Petrus & Ioannes ut dicitur Lucæ xxii. quo tempore omnia disponderet: Nam & litera beati Marci hic expresse sic habet. Vespere autem facta venit Iesus cum duodecim. &c. vnde necessario concludendum: quod loco & omnibus ad cœnæ celebritate necessariis rite preparatis, ipsi qui ob hoc missi fuerant Petrus & Ioannes, ad veterum dominum sunt reuersi, nunciaturi sese quod mandauerat fuisse executos: omniaque disposita in domo quam illis prædixerat. Alioquin quomodo verum Marcus enunciauit dicens. Vespere autem facta, hoc est cœna iam parata, venit Iesus cum duodecim. & cum Iacobus hæc facta fuisse die Iouis inficias eat: sed asserit quod die Veneris, hoc est in parasceue: inuētabiliter colligitur Christum cœnā illā vltimā (si verum loquitur Faber) celebrasse in vespera diei Veneris. Vnde rursum fit ut mortuus sit non feria sexta, sed sabbato: quod est ut diximus doctrinæ sanctæ, matris ecclesiæ ordinationibus & ritui plane repugnans, ac pugnans aduersus euangelicam veritatem, & quidem impiissime. hoc tamē plane sonant verba Iacobi, quibus ait. Dies prima azymorum qua parabatur agnus

**G** vt comederetur nocte: feria sexta erat, que & dies Veneris dicitur. In eo autem reor Fabrum fuisse delusum: quod si intellexit quod præmisimus, feriā scilicet sextā quæ dies Veneris est, Hebræorum more a vespere præcedētis noctis, hoc est ab occasu solis diei Iouis cœpisse: vidit tamē sanctos euangelistas non vsque quaque instar Iudeorum de ipsis loqui feriis. Nam cum fateamur primum ipsum diē azymorum ex Moyse lege & Iudaici populi obseruatiā, esse re vera ipsam parasceuem: cuius initium erat a recessu solis die Iouis, & finis in eodem solis occasu die Veneris: De die tamē Iouis seu feria quinta agēs dicit Mattheus

**Matt. xxvi.** vi. Prima autem die azimorum accesserunt discipuli ad Iesum dicentes: Vbi vis paremus. &c. Pertinaciter itaque literam hanc sequitur, quasi Iudæus foret Faber: & cum dies azymorum primus secundum Hebræos esset parasceue, id est dies Veneris: conuincere ex Matthei verbo (quo ait: Prima autem die azymorum accesserunt) se indubie putat: quod non die Iouis Christum interrogauerunt discipuli. &c. sed die Veneris. Cœpta (inquit) parasceue, interrogatus est dominus. Quod plane falsum & erroneum est, quin & inopinabile.

**Matt. xiiii.** Illud tamē etiam se firmatum habere autumat, ex Marci itidem verbo: ubi dicitur, Primo die azimorum quando pascha immolabant. &c. Et ut homo non aduertit, quod cum ipsi Euangelistæ scripserunt: non iam more Iudeorum apud eos viguisse, sed sub lege euangelii, multos ante annos per Christum eis & aliis traditi agebant: quando scilicet iam non præcedebat diem nox, sed contra. Idcirco non ad amissim voluisse spiritum sanctum ipsos scribendo in omnibus modum loquendi antiquatæ quoad hoc Mosaicæ legis tenere. Vnde primum azymorum diem vocauerunt feriā quintam: quia post illius solis occasum

**H** pascha immolabatur, & azymis veluti eos lex cogebat. Et quod necessario ita

sapere nobiscum Iacobus debeat, aut in cōcepto errore (heu heu) senescere: hinc liquet & quidem apertissime, quod discipulis, qui prima die azymorum dominum interrogauerant &c. sic illis narrante Mattheo respondit: Ite in ciuitatem ad quendam, & dicite ei: Magister dicit: tempus meum prope est &c. sequitur. Fecerunt discipuli sicut constituit illis Iesus: & parauerunt pascha. Marci autem referente dixit etiā Christus: Occurret vobis homo lagenam aquæ baiulans: sequimini eum, & quocumque introierit dicite domino domus &c. sequitur paulo post: Et ipse vobis demonstrabit cœnaculum græde stratum: & illic parate nobis. Prosecutus dein historiam dicit Marcus. Abierunt discipuli eius, scilicet Petrus & Ioannes, ut dicit Lucas: & venerunt in ciuitatem, de Bethania scilicet: aut alio quopiam a ciuitate distate loco: & inuenerunt sicut dixerat illis: & parauerunt pascha. seqt. Vespere autem facta venit Iesus, scilicet cum duodecim. Ex huius connexionē sermonis euidenter colligitur quod diximus, scilicet feria quinta, id est die Iouis, interdum, hoc est multas ante solis ab oculis recessum horas, de villa in Hierusalem missos fuisse Petrum & Ioannem &c. quam quidem feriam quintam appellare voluerunt euangelistæ sacri, primum diem azymorum, quod iam ad ipsum diem Iouis pertinerent sequentes & vespera & nox. & hoc suo loquendi nouo modo erant inuēntes ecclesiā, ac intelligere dātes illi: quod cœnæ illius & omnium quæ Christus in illo egit cœnaculo vesperæ diei illius, die Iouis memoriā agere deberet in æternū. Quod certe Ioannes euidenter docet: nam de eadē cœnæ loquens hora, quæ licet secundum Hebræos pars prior diei paschæ esset, dicit tamē ante diē festum paschæ, hoc est ante parasceuem seu diē veneris. per hunc siquidem sermonē non obscure tradit Ioannes, quod præ tendimus: videlicet quod secundum euangelistarū loquēdi formā vespera illa feriæ quintæ ad diem ipsam Iouis pertinebat: quam ob id merito vocauerunt primā diem azymorum causa paulo ante explicata. Neque putet Iacobus in hoc illusam fuisse ecclesiā: sed se metipsum redarguat, & cum sanctis de hoc in posterum loquatur, curiosa perosus & noua maleque examinata.

## ¶ Propositio. LXXXV.

Hæc Maria Magdalene (de qua in hoc Marci loco dicitur: Surgens Iesus mane prima sabbati apparuit primo Mariæ Magdalene: de qua eiecerat septem dæmonia) erat ne Maria soror Marthæ: mihi non videtur, cum ob multa alia, tum ob id quod non sequebatur dominum a Galilæa &c.

## ¶ Confutatio.

**Q**uod misere hallucinatissimè Iacobus de vna prius faciēs Magdalenas tres, de tribus dein vnam perimens, aut nescio qua alia mutatione instar lunæ menstruæ mulieribus tribus, quas ille fabrefecit non euāgelium, distribuere præsumpsit, quæ cum apostolica sede fidelium cœtus vni Marthæ sorori tribuit, Mariæ scilicet Magdalene: luculenter aperuit egregius theologus ille doctissimus Rossensis episcopus. Super quo non nihil etiam scripsimus superioribus annis: & alii quidā. **Q**uod autem omnibus pro ecclesiæ sententiā scriptis aduersus hunc de Magdalene Fabri errorem, nihil voluit ille moueri: potius malens in semel cōcepta (quæuis foret & improbabilis & olim damnata)

opinatione persistere: argumentū profecto non debile prębuit prudenter & sobrie sapientibus: q̄ fuerit & humilis & docibilis dei. Illius & nostri miseratur pater misericordiarū. Quęcunq; dubio procul Iacobus edidit, vt cōtra ecclesię consuetudinē mōstraret (quod hic quoq; replicat) Mariam sci licet Marthę fororē non fuisse Magdalenā peccatricē, de qua eiecit Christus septem demōnia: vlticibus iustissime cōmitterentur flammis. Scatent etenim variis erroribus: Pręter id q̄ impie sanctę ecclesię dissentit traditionibus, ignoratięq; eā arguit. quod certe intolerabilis est temeritas in sanctā ecclesiam & deploranda superbia. Videat Faber vbi propitium inuenire poterit, & clementem patrem: qui de ecclesia omnium fidelium pientissima matre, tam impie garrere non erubuit.

## ¶ Propositio. LXXXVI.

Deus solus est inuocandus, colendus, & adorandus, & illius dona magis q̄ qui ea habent attendenda, sed ipse pręcipue in eis. Ne quis populari errore seductus dicat. Fecit miracula, ergo sanctus, ergo publico suffragio colendus quasi communem cum Deo conditionem sortitus. Quę nemo sua virtute miracula facit, sed Deus, sed diuinum donum diuinęq; virtus.

## ¶ Confutatio.

**K** Plane hic Iacobus venerationi sanctorū detrahit: de quo vt in superioribus diximus sentiendū est. Quod vero dicit errorē esse popularē, credere hominem qui miracula facit sanctū esse, & publico suffragio colendum, quasi cōmunem cum deo sortitus sit conditionē: indicat non obscure quid honoris & deuotionis ad sanctos animo ipse gerat. Si profecto nō male eis afficeretur: minime iudicaret ecclesiā aut fideles, sanctos pie colendo, eos pari cum deo cōditiōe habere. Quod quidē impiū iudicium cū omnino falsum sit: nō nisi ex peruersa in ipsos sanctos procedit affectione: ex abundantia enim cordis os loquitur. Schismaticam autē hanc cogitationē in cor Iacobi seuit homo ille malus, id est dæmon: q̄ bono Dei semini superfeminavit zizania mirabili calliditate, quasi videlicet pro dei zelaret gloriā, de qua scribit in eiꝰ persona Esaías dicens: Gloriā meā alteri nō dabo: ecce diabolus quasi ægre ferret deū debito sibi honore fraudari: Iacobo vt indignē acciperet persuasit, & per illum nō paucis aliorū hominum, q̄ ecclesia & Christiani sanctos qui creaturę sunt honorant & glorificant: & nō pręsentit miser hamū late re sub mellito demōnis bolo. Neq; perpēdere voluit, quoniam ante beatę dei genitricis, aut cuiuslibet alterius sancti imaginē, dum genua flectit aut procumbit homo pius, dicens exempli causa. Sancta Maria, ora pro nobis. Sancte Michael, ora pro nobis. Sancte Ioannes, ora pro nobis: & ita de quibuscunq; quas statuit illis porrigi ecclesia precibus: honorem & gloriā sic eis impensam, dulciā, aut hyperdulciā esse non latrā. Nō igitur eos pari cum deo cōditiōe censet quispiam: sicut veneratione ipsorū offensus Faber **L** perperam fieri cōfingit. Et q̄q; compertū sit plene nullius sanctitatē ex sola miraculorum perpetratiōe certo posse cōcludi: cū domino permittēte, aut etiam in particulari cooperante, multos peruersos miracula egisse notum sit: vt Pharaonis magos: & Christus Mattheo refente dixit. Surgēt pseudo

Matth. xii.  
Mat. xiii.

Esa. xlii.

Exo. vii.  
Mar. xiiii.

christi & pseudoprophetę: & dabunt signa magna & prodigia &c. modo tamen miracula agētis vita pia sit: vt plurimū ad sanctitatis cōprobationem argumentum sufficiens est miraculorū efficacia. In eo deniq; quod subdit Iacobus, neminem sua virtute miracula facere: sed Deū, sed diuinū donum diuinęq; virtutē: propriū continuat errorē quo centies asseuerat, ardua quę in homine sunt opera, non ab homine, sed a deo solo fieri. Quando autem fidelium ambigit nemo, citra diuinū concursum aut cooperationē nullam posse creaturarum quicq; agere, nedum hominē vllum: quid sibi vult qđ dixit, nemo sua virtute miracula facit: q̄ autē sit cōfitendum, hominē illa facere: primo cōuincitur ex verbo Christi paulo ante citato. dixit em̄: Pseudochristi & pseudoprophetę dabunt, hoc est faciēt, signa &c. de Magis vero Ægypti itidē scriptura dicit. Vocauit Pharaon Sapiētes & Maleficos: & fecerunt etiam ipsi per incātationes Ægyptiacas, & archana quędā similiter, scilicet sicut fecerat Moyses virgā in colubrū mutando. Dicat quęso Iacobus num hęc pseudo Christi & prophetę ac Pharaonis Magorū signa & prodigia solus deus & non homo peregit: si respōderit Deum solum illa miracula fuisse operatū: in deum blasphemat: quę per se authorē effectūū asserit extitisse, quę duntaxat in peruersum tendebāt finem. sin illorū & deū & hominē causas fuisse effectiuas fateatur (hominē enim secluso Dei vt diximꝰ concursu effecisse talia mira: nō admittit cōmunis omnium fides Christianorū) cur id de viris sanctis inficiatur? Nepe Dei sermo Fabri assertionibus merito pręiudiciū asserre debet. Christus autē (Marco narrante) in litera quam hic cōtorquet: absolute de credētibus euangelio testatur dicens. Signa autē eos qui crediderint, hęc sequentur. In nomine meo dæmonia eiiciēt: linguis loquetur nouis: serpētes tollēt. Ecce nō dicit Christus: Eiiciā ego ad credentiū preces dæmonia &c. sed ait: Illi ad mei nominis inuocationē eiiciēt: eos miraculorū autores virtute tamē eis concessa decernēs. Verissimū itaq; esse confitemur deum miracula quęcūq; facere etiā quę per homines fiunt. Innumerabilia autē absq; creaturarum ministerio operatꝰ est, & propterea de eo scripsit Dauid dicens: Qui facit miracula solus. deus enim est vnus, q̄ potest solus miracula seu miracula efficere: sancti vero nō sine eo, nec mirum quidem, cū nihil eo nō primo agente fieri potest. Quibus autē modis & mediis, vel ministeriis perficiantur ipsa miracula, scrutari velle: curiositatis singularitatē magis redoleret q̄ ædificationē. Hinc super rei huius definitiōne (quis vtcunq; B. Augustino locus id agendi opportunꝰ videretur oblat) ille tamen sobrie volens sapere, sic ait. Siue deus ipse per seipsum miro modo quo res tēporales operatur æternus, siue p̄ suos ministros ista faciat, & eadem ipsa quę per ministros facit: siue quędā faciat etiam per martyrum spiritus sicut per homines adhuc in corpore constitutos, siue omnia ista per angelos, quibus inuisibiliter, immutabiliter, & incorporaliter imperat, operetur: vel quę per martyres fieri dicuntur, eis orantibus tantū & impetrantibus, non etiā operantibus fiant: siue alia istis, siue alia illis modis, quę nullo modo cōprehendī a mortalibus possunt ei profecto attestant hęc fidei, in qua carnis in æternū resurrectio prędicatur. hęc Augustinus. Beatus ve

Exo. vii.

Marci. xvi.

M

Psal. lxxi.

Li. de ciui.  
cap. ix.

ro Gregorius, discipulo suo Petro: qui post multorum narrationem miraculorum eundem interrogauerat dicens: Velim nosse, hæc tanta miracula si virtute semper orationis impetrabat, scilicet sanctus Benedictus: an aliquando etiam solo voluntatis exhibebat nutu. his respondit verbis. Qui deuota mente deo adherent, cum rerum necessitas exposcit: exhibere signa modo utroque solent, ut mira quæque aliquando ex prece faciant; aliquando ex potestate. cum enim Ioannes dicat: Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios dei fieri: Qui filii dei ex potestate sunt, quid mirum si signa facere ex potestate valeant? Quia enim utroque modo miracula exhibeant testatur Petrus: qui Thabitam mortuam orando suscitauit: Ananiam vero & Saphiram mentientes morti increpando tradidit. Neque enim orasse in eorum extinctione legitur, sed solummodo culpam quam perpetrauerat increpasse. Constat ergo quod aliquando hæc ex potestate, aliquando vero exhibent ex postulatione: dum & istis vitam increpando abstulit: & illi reddidit orando. Nam duo quoque fidelis famuli dei Benedicti facta nunc replico: in quibus aperte clareat aliud hunc accepta diuinitus ex potestate, aliud ex oratione potuisse.

¶ Finis Annot. in Commentarios Iacobi Fabri super Euangelium Marci.

## ANNOTATIONES IN IACOBI FABRI COMMENTARIOS SVPER EVANGELIVM LVCÆ.

¶ Propositio. LXXXVII.

Ca. primo. Exo. iiii. Angeli inferiores, qui a superioribus mittuntur, in persona mittentium loquuntur. ut angelus qui missus fuit Moysi: in persona dei, id est mittentis, loquebatur: Ego dominus Deus tuus.

¶ Propositio. LXXXVIII.

Hinc fit ut videri possit angelus in persona mittentis loquitur: Ego sum Gabriel, qui asto ante deum. Gabrielem enim primatē, qui est vnus e septem angelis vicinibus astantibus ante deum hoc nosse mysterium certum est: ut cui incarnationis filii Dei nunciandæ archanum demandatum sit.

¶ Propositio. LXXXIX.

Et proinde qui venit ad nunciandum præconem, nomine eius missum fuisse par esse. Sed talem ad seruum nuntiandum qualem decuit: & talem ad dominum omnium regem nunciandum, qualem decuit.

¶ Confutatio.

**S**i diuinis consentaneum sit scripturis, sanctorumque post B. Dionysium doctorum traditionibus: inferiores sanctos angelos a deo superiorum ministerio in multis illustrari, hoc est quoad ea que mundi huius & præsertim generis humani administratione, concernunt: ceu intelligere dedit Ap[osto]lus dicens Hebræis. Nonne omnes sunt administratorii spiritus in ministerium missi propter eos qui hereditatem capiunt salutis: hoc est propter homines que ad numerum pertinet electorum ad salutem. Nunquam tamen monstratur est Iacobus Faber per scripturam, aut san-

ctorum documenta, vel ratione que valida sit: quæcunque beatorum spirituum in ministerium transmissorum in persona cuiusvis superiorum fuisse locutum. quia igitur (quæ admodum in alio quodam pari negotio dicit Hieronymus.) hoc Fabri assertum nullam ex scripturis habet auctoritatem: eadem facilitate contemnitur qua probatur: hoc est omnino sperni debet: quia nulla auctoritate fulcitur aut ratione. Et præsertim quia si quis eruditorum rem ipsam maturius appenderit: intelliget facile id (ut nusquam factum legitur) ita nec factum fuisse possibile. Porro pia post B. Dionysium, ecclesie patrum doctrina, quoad angelorum officia, hæc est: ut summi agenda mediis, mediis vero demadent infimis. Si igitur spiritus vnus de primo ordinum, gerendum quodlibet hoc in inferiori mundo, alteri de secundum, hoc est Cherubin: & is vni de thronorum ordine, ille dein angelo de gradu dominantium, qui alteri principatum, principatus quoque potestati, potestas virtuti, virtus archangelo, ille nuncio: alicui infimorum, id est angelorum, postremus committitur: Omnium horum octo ordinum superiorum (qui dati a Deo mandati executione curauerunt) cuius quæso assumet sibi nomen nunciorum vltimus: hoc est qui rem cuiuspiam mortaliū significauit: verbi causa, qui ad Abraham ut principalis missus est, qui ad Loth, qui ad Iosue, ad patrem Sanson, & ita de ceteris qui ad diuersos sub veteri ac noua fuerunt lege delegati: nullum sane cuiquam in particulari nunciauit aliquid: qui se a deo non testaretur delegatum. Somnium merum igitur est quod nobis hic Faber tradidit. Nempe Imperatorum & regum nuntii, etsi a manu eorum deferendas non accipiant tabulas, vel nuncia verbo significanda non ex ore audiant imperiali aut regio, sed crebro pluriū ministerio personarum: ut puta rex duci rem committere poterit dicens: cura hoc vel illud studiose fiat: Dux Cæturioni, Centurio cuidam officio mandabit, ut negotium cum nuncio expediat. Compellentes tamē ad quos regis vel imperatoris nuncia pertulerunt nuntii: nequaquam dicturi sunt, dux aut Centurio vel officium quodlibet inferius me misit ad te: cuius hæc sunt nuncia. Verum quod rei veritas habet, Te rex dicit salutat, qui huc me legauit: hæc & hæc tibi nomine illius significo. Quanto autem absurdius nomen vnus eorum qui inter regem & se mediū in negotii ipsius iniunctione fuerunt arrogaret dices: Ego sum dux, Cæturio, aut miles, qui ab rege missus te accessit. Sic profecto & non dissimili modo de angelorum sapiendum est ministerio. neque ad rem pertinet, quod angelus ad Moysen legatus Dei mittentis in persona loquebatur, dicens: Ego dominus deus tuus: quin & iure potiore hoc fabriliter aduersatur inuento. non enim ait: Ego sum Seraphin, Thronus, Dominatio, aut princeps, & ita de ceteris: cum tamē credatur missum illum non fuisse absque superiorum ministerio: sed dei personam assumit, qui re ipsa solus mittit angelos. Quæ admodum enim arroganter & falso diceret nuncio regio miles: Proficiscere, ecce mitto te: cum veraciter non ille, sed rex solus mittit: ita si non per se accessit Zachariam, & benedictam virginem Mariam Gabriel, sed solum dei nuncia ituro alteri cuiuspiam angelorum tradidit: haud poterit mittens dici, utpote qui illum minime mittat. Sunt igitur hæc Iacobi cogitata, & erronea, & inopinabilia penitus. Deinde pueriliter falsus est pro ratione capiens, quod in persona Gabriel delabi in terram nequiverit: quod sit vnus de septem angelis, qui vi-

Exod. iiii.

p

Li. ii. dialo. ca. xxx.

Ioan. i.

Actu. ix.

Ibi. ca. v.

Ca. primo. Exo. iiii.

Li. de cele. hierar.

Hebra. i.

Daniel. x. cinius astant ante deum. Porro non putatur Gabriel de altiori fuisse angelorum ordine quam Michael, quem tamen certum est ad minorafuisse transmissum ministeria quam foret Christi nuncianda incarnatio, de eo siquidem, id est Michael, angelus qui Danieli loquebatur dixit illi: Ecce Michael, vnus de principibus primis: venit in adiutorium meum. & rursus: Nemo est adiutor meus in omnibus his, nisi Michael princeps vester. Raphael vero qui de infimo angelorum ordine putari potest fuisse, propriusque iunioris Thobias custus vnus ex septem, qui astant ante deum. Fere autem in scripturis & presertim vbi de angelicis agitur spiritibus, nomen septem, vel pro numeri vniuersitate, aut alio quodam incerto ponitur: vt constare potest facillime ex primorum lectura capitulum libri Apocal. B. Ioannis: vnde vno sic legitur loco: Ecce vidi agnum stantem &c. sequitur: Habentem cornua septem, & oculos septem: qui sunt septem spiritus dei missi in omnem terram. Certum est autem quia hic presertim nomen septem non indicat tria & quatuor. Id autem quod potissimum his in verbis Faber docere nititur: probabile videlicet esse, quod Gabriel non venit in persona ad Zachariam & mundi dominam, sed in altero minoris gradus angelo: stultissime cogitatum est, extremaque temeritate scriptum. Quandoquidem assertio haec: Gabriel non venit &c. manifeste haeretica est, cum scripturae angeli sermones referenti apertissime contradicat, quibus ait: Ego sum Gabriel, qui astant ante deum, qui missus sum loqui ad te, & haec tibi euangelizare. & deinceps ait Lucas. In mense autem sexto missus est angelus Gabriel a Deo in ciuitate Galilee, quae dicitur Nazareth: ad virginem desponsatam &c. in hoc vtiq; primo capite Lucas (vt & sequentibus proxime tribus) pure gestam rem instar historici scriptoris ecclesiae tradidit: non agit in parabolis, non allegoricis, vel aliis locutionum tropis haec scripsit. ad litteram igitur verissima esse oportet, quae Gabrielem dixisse refert: Ego sum Gabriel qui missus sum: & quod ipse de eo asserens ait: Missus est Gabriel angelus a Deo. Omitto copendii nomine sanctorum doctorum innumera (quae ad hoc tendunt) testimonia: Quae videlicet non quilibet ordinis inferioris angelus, ad dominicae incarnationis commercium referendum missus est, sed ipse Gabriel archangelus. in haec enim consentiunt verba catholici doctores, & dicunt. Ad Mariam virginem non quilibet angelus mittitur. Ad hoc quippe ministerium, summum angelum venire dignum fuerat: qui summum omnium nunciabat.

Propositio. XC.

Cap. iij. Quae stulti sunt, qui a natiuitate, ad purificationem vsque sabbatis carniuum usum ob virginis puerperium (quasi tunc virgo ipsa mollioribus cibis ob partum indigerent) permittunt. Insana profecto est haec representatio: qua neque magis probanda est gulosa illa non pietas, sed indulgentia, quae quis a spiritu Dei esse putet?

Confutatio.

Q. Hac Iacobus dictione, & praelatos diocesum vbi sabbatis illis carniuum usus permittitur, immodestia haud parua stultos declarat: & omnes ea videntes

indulgentia, vitiose testatur agere. Quamquam autem videretur religiosa magis eorum, qui diebus illis abstinentiam non resoluunt consuetam, intentio & poenitentia: praesumptuosum tamen & multis obnoxium periculis omnino est censendum, ita in vniuersum danare quod tam numerosi populi per duas illas insignes prouincias (vt audio) Senonensem & Remensem, nullo scrupulo agunt. in quibus sunt (scio ego) etiam hac in ciuitate Parisiorum viri omni eruditione clari, & deum timentes, ac mulieres consimiliter pie: qui pro constanti habent id eis licere: immo & sic agentes, deo quod gratum est efficere. quibus non desunt, cur id volentibus liceat: non omnino improbabiles rationes. Certum est autem, diebus sabbati a carniuum abstinere esu, non esse iure diuino expressae mandatum: at piam illam abstinentiam rectores ecclesiae (prompta fidelium obcedentia eam acceptante) introduxisse: vt constat ex patrum sententiis, quarum quam plurimas in volumen illud quod magnum vocant decretum, non citra laborem coadunauit Gratianus vt est, ex Augustino in libro ad quaestiones Ianuarii: quod transcripsit in distinctio. xii. Alibi item sic dicitur: quia dies sabbati apud sanctos patres nostros in abstinentia celebris est habitus: nos eorum auctoritatem sequentes salubriter admonemus, vt quicumque christianam religionem participem se esse desiderat, ab esu carniuum eodem die (nisi maiore festiuitate interueniente vel infirmitate impediente) absteat. Ista autem cum possint relaxari: vel concessione rectorum, iustis ad hoc eos mouentibus causis, ceu de feria sexta (dum in ea cadit dominicae natiuitatis dies) factum fuisse, legimus epistola vna decretali: vbi sic authore Honorio tertio dicitur. Illi qui nec voto nec regulari obseruatione sunt astricti, in sexta feria si festum natiuitatis dominicae die ipso venire contigerit: carniuum propter festi excellentiam vesci possunt secundum consuetudinem ecclesiae generalis. Nec tamen hi reprehendendi sunt, qui ob deuotionem voluerint abstinere: aut eorundem negligentia praelatorum: id scilicet videntium & non reclamantium. Quomodo certum tulisse potuit Faber iudicium super causa sibi ignota, & mille milia hominum criminis danare: qui nescit an speciali sedis apostolicae, aut alias legitime obtenta venia, id agant nominatissimae duae illae prouinciae, aut consuetudine iuste firmata. Male profecto Apostolicam audiuit instructionem: qua in pari negotio monet, dicens Romanis: Is qui manducat, non manducatem non spernat: & qui non manducat, manducantem non iudicet. Fit autem in his & vicinis prouinciis quod subsecutus adiecit Aplos. Qui manducat, domino manducat: gratias enim agit deo: & qui non manducat, domino non manducat, & gratias agit deo. Hic scilicet quod abstinendi gratiam ei Deus impartitur: ille super indulta sibi permissione. In hoc acuti motis gymnasio sabbatis illis abstinere etiam studentes diuitum filii: Nunquid ob hoc eis licebit alios iudicare studentes: qui in dioecesi indulta permissione vtuntur: absint. Nemo illis sabbatis carniuum vesci cogitur: liberum cuique est quod libet agere. Dixerunt autem expertissimi viri, moribus & diuinorum peritia praefulgentes: perniciosam esse in omni arte vel doctrina assertionem audacem & extremam, maxime vbi obseruatio communis obnititur obuiatque. Fit etenim saepius, vt per eiusmodi generales, publicas, duras & strictiores enunciationes praesertim in rebus non cer-

Ca. illa autem De consecra. distin. v. ca. Ixii. dies, & loquitur Gre. vii.

De obseruatione ieiuniorum in anri. capi. Explicari.

R. Roma. xliii



tissimis, quibus dicitur, verbi gratia (vt hic Faber audacissime scripsit) Omnes prelati qui permittunt carnibus vesci sabbatis illis, stulti sunt & delinquent, omnesque eorum subditi vescientes peccant: nequaquam eruantur homines a luto peccatorum. Quod insuper censet Faber, insanam esse eiusmodi indultum carniū esum representationē &c. ingenue fateor eos, qui per eam licentiā putant significari, beatā puerperam instar aliarū cum acerbis parturiuisse doloribus, illisque ita fuisse viribus exhaustam ac attenuatā: vt eguerit sicut ceteræ nouis restaurari & cibis & fomētis, insane delirare. At talis infidelitas certe non ascendit in corda piorum fidelium: qui nō ignorant sanctarum illam sanctam matrē, neque cum labore in vtero circūtulisse benedictum eius fructū, neque in dolore peperisse, vel quocūque modo ob partum fuisse defatigatam, verū potius miris cœlestiū consolationum beneficiis exultasse. Viderit itaque Faber quo actus spiritu sic præsumpsit meliores se dānare in re tam ancipiti. sic enim quodam loco scribit doctor Petrus Paludanus. In sabbato a carnibus abstinere iubet decretum: quod cōsuetudine abrogatum est in multis locis, & in Francia a natiuitate vsque ad purificationem. & paulopost. In Prouincia & Lombardia in aliquibus terris nō abstinēt a carnibus: scilicet diebus sabbati. sic ille.

Propositio. XCI.

Sic legi debet quod Pastoribus dixerunt angeli: Gloria in altissimis Deo: & in terra pax: in hominibus bona voluntas.

Confutatio.

Schismaticam hanc assertionē suam Faber cōprobat inquit, quoniam in græcis ita scriptum inuenitur codicibus. Non equidem sum, qui valeam de grecorum lingua, vel codicibus sententiā dicere: qui græce non sum imbutus. Audeo tamen asserere, verisimile haudquaquam esse: in vetustis & correctis grecorum exemplaribus ita scriptum haberi: tum quod linguæ illius doctores, vt Origenes, Chrysostomus, alique cōplures: latini item qui linguā illam non ignorauerunt, vt Ambrosius, Hieronymus, Augustinus, legunt & scribunt vt habent latina volumina. Tum & potissimum quod quicquid hic aduersus ecclesiæ lectionē oblatret ipse Faber: oratio illa quā præsumpsit introducere, scilicet: In terra pax: in hominibus bona voluntas: ineptum reddidit sensum. vult enim ille, angelos tria optasse tribus. vnum Deo in altissimis: Alterum, id est pax, terræ: & hominī tertium: quod est bona voluntas. quasi ipsum terræ elemētum pacis comprecatæ per beatos spiritus sit capax & susceptiuum: & cū dicitur Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis, aliud per terram intelligatur quā hominū multitudo que terrā incolit, vt per metonymiam positū continens pro contento sit. Vtrumque autem cogitasse: est cū Origene insanire, qui super illo Ezechiel. xiiii. Terra cū peccauerit mihi vt præuaricetur &c. somniauit accipiendū esse ibi terram pro ipso elemēto: sup quo illic absurdissima cōcepit, quæ literis infeliciter satis ad nos vsque peruenerūt. quibus in eo accedere omnino videtur Faber: quod distribuēs hoc in loco que solī cōpetere possunt hominī, pacem videlicet & voluntatē bonam: hoc relinquit hominī, illud terræ impartitus est: quasi illis angelorum

Lib. iiii. sen  
ren. distin.  
xv. quæsti.  
iiii. arti. iiii

Homil. iiii.  
sup Ezech.

loquelis, aliud sit nomine terræ, & aliud nomine hominū accipiendū. quod Origenis plane est cōfouere deliramēta. Dicere igitur angelos, qui Christi pastoribus recentissimā nunciabāt natiuitatē, vnū ex tribus, id est pacē, terræ exoptasse: & aliud hominū generi, scilicet bonā voluntatē: quasi (vt dictū est) per vocabulū terræ aliud sit intelligendū, & aliud per nomē hominū. quod plane esse erroneū decernendū est. Facti ergo pœniteat Fabrū, quo nō reformidauit (vt in aliis poene infinitis) ecclesiā inscitie aut inaduertētie reprehendere. quod vbi etiam cōpertum illi certo fuisset in antiquis grecorum libris inueniri quod asserit, quin & ita B. Lucā originaliter scripsisse: si humilis si pius ecclesiæ latinæ fuisset filius, quā vno omnium consensu secus legere videbat: nō debuerat odiosam hominū depromere editis libris nouitatē, qua nullo prius fructu totā ecclesiā taxat: quasi plus vnus Faber sapiat quā vniuersus reliquus mūdus. Quod autē ex quo illud præsumpsit, & simul in negociis Magdalenarū & filiarū B. Annæ, cōtra ecclesiæ cōes traditiones scribere, in humilitate & vera pietate ac sana doctrina p̄fecerit: vtinā vel modo recte p̄pendat.

Propositio. XCII.

Populus simplex qui in lege Moseos nullius erat sectæ, facile doctrinā meliorem capebat, & ad eā melius afficiebatur quā qui alicuius erāt sectæ, vt puta Pharissæorum vel Essæorum. verendū est ne idē nostris quoque temporibus accidat.

Confutatio.

Sacrorum ordinū Augustini, Benedicti, Francisci, & ceterorū probatorum inimicū (vbi cunq; opportunū putat offendisse locū) sese mōstrat Faber. At falsissimum esse cōstat ex dictis antea, quod hic repetit: Vbi Pharissæos per scripturas ostendimus fuisse sanctos Nicodemum, Gamalielē, & Paulum, in lege Moyse doctissimos viros: quosque obseruatiā illa Pharissæorum (quemadmodum & Nazaræorū & Rechabitarū) suapte natura eos intelligētiores eloquiorum dei reddebat, qui pie secundum eam viuebant. Quod autē sub Christi contigerit lege cōsumile penitus: nullus nō videt peritorū, nisi cuius mentis oculos obscurauit affectio praua. Notissimū etenim reputamus ex fidelibus historiis, summos ab ecclesiæ pueritiā hucusque in diuinarū literarum peritiā viros: particulariū sub omnium Christianorum generali religionū (quas & impie & impudēter sectas Faber vocitat) professores extitisse, & apud grecos & apud latinos. Aut nobis offerat ipse Faber quos possimus iure antepone, verbi causa, beatissimis ecclesiæ magistris Basilio, Gregorio Nazāzeno, Cirillo, Hieronymo, Augusti. Gregorio magno, venerabili Bedæ, Bernardo, Anselmo, Thomæ Aquinati, & Bonauenturæ. Odio sane eiusmodi religionum factitiarum turbatus Faber: cecutit nimium.

Propositio. XCIII.

Christus a Iordane recessit suscepto in Iordane baptismo: non Ioannis in aqua, qua solum, sed etiam suo in spiritu sancto.

Confutatio.

Errorem hunc ex superioribus confutatū reliquimus.

Propositio. XCIII.

Ex hoc Christi verbo: vinum nouum in vtres novos mittendum est, indica

tur, doctrinam nouam, doctrinam gratiæ, doctrinam spiritus, nouis vasis, id est mentibus, nõ veteri doctrina (hanc autẽ voco quæ ex humano sensu est) imbutis: esse committendam.

¶ Propositio. XCV.

¶ Qz si cuiquam veteri disciplina imbuto committatur noua, illum non protinus eammittere, sed dicere veterẽ quæ est humani sensus meliorem esse: humanum iudicando diuinum, immo diuino melius.

¶ Propositio. XCVI.

Adeo stulta sunt hominũ iudicia, vt humana diuinis lóge præferat, & haud scio an tẽpora nostra hac labe careat. faciat Iesu benignitas vt cito purget, & omnes cœlestẽ ambrosiam, vinũ semper nouum, vinũ euangelicũ bibant.

¶ Confutatio.

V Quis hæc Iacobi dogmata maturius appendes: non vehemẽter admiretur: quibus asserit imbutũ disciplinã humanis, quæ scilicet diuinæ non sunt: nõ esse vas aptũ cui diuinę committantur, quasi doctrinæ Christi seu euangelicę artes liberales aduersentur. Quid inopinabili? eumere poterat homo iste: quid magis propriis actionibus contrariũ? Porro ipse cum mentẽ suam cumulatissime refertã grãmatica, logica, physica, arithmetica, geometricis, ceterisq; (quæ humani sunt sensus) disciplinã haberet: quarũ magisterio numeris, lineis, figuris, & aliis artium illarũ instrumentis: præ cæteris, etiam efferens aut agitãs diuinã, miris artificio & inuentionibus vsus est. Qd probant per eũ picta & numerata in scriptis B. Dionysii, & cuiusdã Raymundi Lullii. Cum inquã ita esset veteri (vt ait) refertus omnigena disciplina: non se tamẽ indignum credidit, qui vinũ biberet nouum: sed vt qui iam se nouo plenu opinaretur cæteros docendo theologiã illud propinaret, non iudicauit extraneum. atqui non eumuerat vetera quæ vocat: quãdo aggressus est nouis perfundi. & quod aliis non obuenerat: se ipsum p se potauit. Quippe qui non dignatus est ab homine institui. sat sibi esse credidit vt archana quæq; scripturarum aliis fidelibus & doctius posset explanare: quæ linguarũ peritiã quæ ad grãmaticã pertinet, haberet & philosophiã. Nõ debuit profecto ampliori gaudere prerogatiua quã Paulinus ille presbyter, quã Hieronymo per epistolã (nuncio Ambrosio fratre quodã) requirebat: posset ne absq; homine præceptore sacrarũ intelligẽtiã consequi literarũ. Cui inter multa respondens Beatus pater Hieronymus, ita ait: Hęc a me perstricta sunt breuiter, vt intelligeres te in scripturis sacris sine præuio & mõstrante, semitam non posse ingredi. Taceo de grãmaticis & rhetoricis, philosophis, geometricis &c. sequitur. Ad minores artes veniam, & quæ non tam lingua quã manu administrantur. Agricola, cęmētariũ, fabri metallorum, lignorũq; caesores, lanarii quoq; & fullones, & ceteri qui variã supellectilem & vilia opuscula fabricant: absq; doctore esse non possunt quod cupiunt. Quod medicorum est promittunt medici: tractant fabria fabri: sola scripturæ ars est, quam sibi passim omnes vëdicant &c. sic Hieronymus. Quis precor posset æquo animo ferre, Iacobũ Fabrum (qui contra hanc diuini Hieronymi sententiã, nullo mõstrante sacrarũ ingressus est semitã literarũ, solis artium li

Episto. qua  
p toti? Bi-  
bliã prolo-  
go illi præ-  
mittitur,  
cap. vi.

Hora. epi. 2

X

beraliũ suffultus auxiliis) iam decernere, illas cuiuslibet potius impedimẽto esse, ne diuinis probe capiat: quod indignũ profecto fuit eũ scribere: cum sit manifeste falsum. Certũ est enim præcellẽtes ecclesiæ doctores priusq; diuinorũ eloquiorum campũ excolendũ intrarent: eiusmodi humanarũ disciplinarum traditionibus plurimũ valuissẽ. Vnde & libris de doctrina Christiana & scriptis cõtra Crestoniũ grãmaticũ, Donatistã varie monstrat Austerlinus, artes illas cuiuslibet theologo doctori aut esse necessarias, aut maxime cõducibiles. Sunt etenim ancillæ, quas ipsa misit dei sapiẽtia vt vocaret ad arcem. Quo dubio procul vigilãtius quis releget quæ hic Faber locutus est: eo insipitiũ cõsuisse probabit illũ. Dicit enim theologiã non posse committi nisi vasis nouis, id est mẽtibus quæ nõ fuerint veteri disciplina, hoc est humana imbutę. soli ergo illiterati capaces erunt theologiæ: illi tantũ vasa noua erunt. & nõ sese cõsiderauit homo seductus. Docere ille debuerat nos, quinam illi fuerũt qui eruditi prius in philosophicis disciplinis accepto diuinæ sapiẽtię vino prætulerũt (vt asserit) diuinis humana. Hoc certe minime ille posset: quæ scilicet eo ipso quæ quis in humanis quũuis peritus, notitiã sacrarum literarũ accepisset: illas nihilifaciens, plus solito priores magnificaret. Nempe modo simpliciter cõtrario accidit, vt ex cõmuni omniũ conceptione & certa experientia notũ est. Non em̃ habet (sicut dici solet) scientiã inimicũ, præter ignorantẽ. neq; sperni solet vinũ euangelicę doctrinę: nisi ab eis qui nihil de illo gustauerint. Hominiibus autẽ qui eiusmodi maxime efferunt humanas artes, gustato vero spiritu desipit omnis caro. Et hæc clare docuit Apostolus, Corinthiũs scribẽdo dicens: Animalis homo nõ percipit ea quæ sunt spiritus dei: stultitia enim est illi, & nõ potest intelligere. Improbabile igitur oĩno est dicere, homini veteri disciplina imbuto si committatur noua, eam mox reicere ipsum: & dicere veterem meliorẽ &c. cum vt dictum est nouam perceperint innumerũ & poetarũ & philosophũ. Quæ deniq; nescire se dicit Faber, an nostra tẽpora hac labe careant, hoc est humanarum studiis literarũ: cupitq; nos illis carere: hostem seipsum manifestat philosophiæ: cuius diuitiis tam suffarcinatus euasit, citra quam theologus (vt præmissum est) homo esse nequit.

¶ Propositio. XCVII.

Mulierem peccatricẽ, cuius conuersionem Lucas septimo capite refert: alii Cap. vii. Mariam Magdalenam, quæ domino ministrabat a Galilæa, esse dicunt: alii Mariam sororem Marthæ. Nos vero cum antiquis ex euangelista putamus innominatã, & etiam aliam fuisse.

¶ Confutatio.

En vides hominem pertinaciter cõceptę semel opiniononi adherere. cũ anti quis ait, nos &c. & sapere noluit cũ B. Augusti. & Grego. ceterisq; omnibus qui sunt eos secuti sacris doctoribus: qui perlectis antiquorũ hac super difficultate omnibus literis, quas neq; secũ, neq; cũ euangelica veritate cõgruere viderunt: tandẽ adiuuante gratiã dei recte intellexerũt & tradiderunt ecclesiæ, quod vno spiritu credit & retinet. A qua discrepãdo, Faber vere seipsum & impiũ & schismaticũ præstitit: super quo alibi plus satis est dictum.

## ¶ Propositio. XCVIII.

Cap. ix. Quid dominum sequimur, non est nostra voluntas, licet nostra voluntas contraria non sit: sed Dei voluntas eiusque vocatio.

## ¶ Confutatio.

Error iste iam crebro in præcedentibus refutatus est: & cõsimiliter ille qui sequitur, ad idem attinens rei argumentum.

## ¶ Propositio. XCIX.

Quid aliqui dederant operã vitæ spiritali, id nõ fuerat sua voluntas: etsi deo id volenti cõcors eorum esset volũtas. Stultũ igitur est derelicta illa vita alterã sectatos, suã volũtati tribuere, vt postea dñm sequi possint cũ voluerint.

## ¶ Propositio. C.

Cap. xi. Vnica est sapientia vera, ea facere quæ Deus mandat: & humana diuinis nõ addere, quæ addita, nihil perfectionis addunt: sed potius vt aqua vino mera cõsistimo adiecta imperficiunt.

## ¶ Propositio. CI.

Deo consulto non lauit prius dominus, vt ostenderet in lege Dei institutio nes humanas esse nihilipendendas: etsi speciem honestatis præferant.

## ¶ Propositio. CII.

Quare etiam & quæ speciẽ pietatis, deuotionis, ac religionis alterius, q̄ quæ per verbum Dei posita sit: supplendũ est, nihil sunt pendendæ.

## ¶ Confutatio.

Y Per hæc Iacobi dogmata facile est cuique videre: quãtum ille iuribus tribuat humanis, quãtum regulis sanctorũ patrum Basilii, Augustini, Benedicti, Francisci, quarũ meminisse totiens eius nos vrgẽt impietates. Non hic quippe loquitur in parabolis aut prouerbiis: palam scripta omnium damnat hominũ retinet duntaxat dei verbum, hoc est sanctã bibliam. reliqua omnia nihilipẽdenda decernit: quantalibet prætendant honestatẽ, religionem, aut pietatẽ, requitatemve. Relegat itaque homo vnus Faber a Christianorũ politia (sicu ti in superioribus dicebatur) summorũ pontificum, & ecclesie decreta quæcunq; & imperatorũ leges, ac omnium principantiũ constitutiones. Iam nullæ ecclesie vel episcoporũ synodi, nullę regum ordinationes: vim aliquam, si Iacobi sequi velimus (vt cupit ipse) theologiã, in se habere certum videbitur. vni vult Christi deferendũ esse euangelio. Et non videt miser & temerarius homo, per ipsum euangelium professoribus suis omnibus decies esse mandatum: vt dictis politias regentiũ laicam & ecclesiasticã, omnes humiliter audiant, in his quæ diuinę non fuerint aduersa legi, neque considerat quia sic definiens, se & sua omnia dãnãt scripta. se inquam, q̄ diuina temerando, sua (quæ humana esse, ipsum necesse est recognoscere) præsumpsit illis adiciere. Illa vero quã euangelium non sunt, sed in plurimis (vt præmissum non semel extitit) vim euangelio inferunt, illi cõtradiciunt aut discrepant. Ceterũ qui rumore populari mouentur, audientes annis superioribus Iacobum Fabrum summũ esse theologorũ, vix inter viuẽtes parem habere: q̄ linguis loqueretur nouis, q̄ omnia diuinę legis penetraret secreta, reprehederet ecclesie doctores præcipuos, corrigeret bibliam, sacros taxaret ecclesie ritus, no-

na omnia denique faceret: iam audientes illum scripsisse, nihilipendẽdas summorum, mediõrũ, ac ceterorũ Christi vicariorũ, sed & vniuersalis ecclesie sanctiones: nihilifaciendas itidem imperatorũ & regum leges ac iussiones: quid sũt dicturi, nisi quã in cõmuni versatur puerbio, Qui cito credit leuis est corde: q̄q; re vera mũdo miserabiliter imposuerit: q̄ scripta quibus eiusmodi sũmplicibus & cuiusque generis hoibus tradũtur dogmata, in Christi ferẽda non sũnt ecclesia, sed penitus supprimẽda & cõmittenda focis: Quis existimasset potuisse Iacobũ somnare, quia humana, hoc est hominum studia labores & vigiliã, diuinis addita, illa imperficiũt, vt aqua vinũ purũ: cur ergo sua adiecit: si eius cõmentarii (vt breuitatis causa ceteros sanctos omittã) sacris literis nihil afferunt luminis, sed suum ex illis desumũt: vt alibi ipse cõfessus est, & hic in substantia idẽ reiterat. quare calamũ corripuit: Quis autẽ sacer biblię textus p̄ admota sibi quorũcunq; scripta in se (vt sic loquar) nõ perficiatur essentialiter: illius tamen pia & familiaris explanatio seu expositio per cõmentarios, per glossemata, per quæstionũ argumentis ad partẽ vtrãque propositis decisiones, quibus concordia & symphonia monstrantur amicissimẽ habere scripturæ partes, quæ prima apprehensione secum putarẽtur pugnare: cur nõ dicentur diuino lucem afferre eloquio: hoc est obscuritate femota facere clarũ & peruium esse lectoribus, quod in se & nudũ, omnino clausum erat? Alioquin cur in superioribus admisit Faber, doctrinã qua aperitur seu pãditur obscurarũ sanctarũ scripturarum intelligẽtia: clauẽ esse: Vnde vt citatũ est, dixit dñs Pharissæis & Scribis: Vah vobis q̄ tulistis clauẽ scientiã &c. Idem autẽ omnino est sacrorũ textũ aperiẽte sensus & intelligẽtia: & eos explanare vel exponere. Et q̄ id sit lumẽ afferre scripturę, inde cõuincitur, q̄ per Ecclesiasticũ Sapientia dixit. Qui elucidat me, vitam æternã habebunt. Quid est precor elucidare scripturæ obscuritatẽ: nisi efficere vt explicacione clarescat, & fiat lucidũ ac transparens mentiũ oculis, quod illis inexplicatũ nõ lucebat: Et quoniam doctores istud esse debet propriũ munus ac officium, vt intelligẽtiã lumẽ ambiguũ aut clausũ vel obscuris dei eloquiis adiciant: iccirco de eis per Danielẽ dñs dixit. Qui docti fuerunt, fulgebunt quasi splendor firmamẽti: & qui ad iustitiã erudiũt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Dicere autẽ cõmentarios vel expositiones seu explicaciones euãgelii nõ afferre illi lumẽ, sed contra: per se notũ est in falsitate, & omnium peritorũ iudicio ac veritati aduersum. Et licet catholice explanationes sui roboris ac authoritatis vim ab ipsa sancta desumant scriptura, vt pote cui cõsentire glossemata omnia atq; cõmentarios quoscunq; necesse est, partesque obscuras, per alias q̄ claræ sunt aperiri, congruũ existat: non tamẽ per hoc tantũ, verum & per ipsas liberaliũ artium & moralis philosophiã traditiones fieri oportet. qui enim in illis nõ esset vel mediocriter institut: minime ad doctoris theologię exercẽdas fũctiones foret idoneus.

## ¶ Propositio. CIII.

In nulla lege videntur conspiraciones, societates, sodalitatesque probandæ: quatenus ad sectã veniunt, & iam sectã faciunt. A deo vt Paulus sub nomine suo & sub nomine Petri, sectas horruerit. & paulopost. Et certe Petrus in Cle-

Eccle. xix.

Z

Matt. xxiii.  
& Luc. xi.

Eccle. xxiii.

Daniel. xii.

Capi. xii.

mente, dicit institutionē malam: quę quid aliud est q̄ humana dogmata? sodalitates: quę quid etiā aliud sunt q̄ societates ad sectas, vt Pharissæorum & Saduceorum: consuetudinē prauam, colloquia non bona, & humanas præsumptiones: causas esse vt voluntas & diuinum cōsiliū nos lateat. Sic primo libro inquit. Voluntas & consiliū dei latuit homines multis ex causis: pro institutione mala, pro sodalitatib⁹ pessimis, pro cōsuetudine nequam, pro colloquiis non bonis, pro præsumptionibus minus rectis.

¶ Confutatio.

A Longam hic contexit Faber dictionē, vt quasi principis Apostolorum Petri autoritate (quam vt ait, Clemens literarū monumētis tradidit) munitus: patrum (vt sapius diximus) Augustini, Benedicti, Francisci, & similibus religiones disperdat aut euellat de terra potentius. Q̄ vero pertineant ad causam istam, id est illis sacris aduersentur ordinib⁹ verba eiusmodi, etiam si Beati Petri essent: de se satis liquet, nihil sane prorsus ad rem attinent. nō enim fuerunt regulę illorum patrum, institutiones malę: sed omnium optimę: non pessimę sodalitates, nequā adunatę cōsuetudine, aut colloquiis non bonis, vel præsumptionibus nō rectis: Quorum duntaxat in citatis per hæbrum ex Petro (vt credidit) verbis fit mētio. Verum sanctę societates vinculo charitatis iunctę: puris colloquiis ac sobriis mutuo conferentes. Quin autem in eiusmodi verbis ad cōfouendum conceptū perperam odium in factitias religiones, non nihil conducēs offendisse Faber sese opinatus, homilia perq̄ pulchra (sicut eius appendenti verba facile occurrit) persecutus est dicens. Petrus in Clemente dicit, Institutionem malam: quę quid aliud est q̄ humana dogmata? sodalitates: quę quid aliud etiam sunt q̄ societates ad sectas, vt Pharissæorū & Saduceorum? &c. Iusta trutina ponderent Iacobí conatus lectores: & paruo negotio videbūt, q̄ inique iudicauerit, per ordinū illorum sacrorum Augustini, Benedicti, Francisci, & consimilium erectiones, euangelicę detractū fuisse legi. Cæterū ne gloriaretur in imensum & excederet semetipsum, legēs in primo (vt ait) Clemētis libro dixisse Petrum &c. nosse ille debuerat ecclesiam libros illos decē itinerariū (vt illum qui disputationis Petri inscribitur) non probasse: sed (q̄ in illis erronea nō pauca figmenta & futilia post iustum eorū examen comperta fuere) decreuisse eorundem authorē Beatū Clemētem grauissimū & minime fabulosum virum haudquāq̄ extitisse. hinc inter apocrypha scripta, illa olim cōnumerauit, vt est in illo solemnī voluminis decretorū patrum, cap. sancta Romana. Nullo igitur fortior armorū genere factus est Iacobus, pugnans cōtra sanctos religionum sub Christianos: vniuersali professione institutos ordines, sermone quem ex apocryphis conduxit. Regulę enim Beatorū Augustini, Benedicti, & Francisci, nō continent somnia fabulosa, aut scripturę quoquo pacto dissentaneas traditiones: sed piās, iustas, ac religiosissimas. Quę certe stabunt aduersus Fabrum in Dei iudicio, qui eis neruis omnib⁹ vbiq̄ derogat: nisi super ea & cæteris impietatibus suis pœnitentiam egerit condignam, quod illi præstare dignetur qui venit vocare peccatores ad pœnitentiam Christus, Amen.

Distinc. xv.

Luca. v.

¶ Propositio. CIII.

Omnis timor seruilis est nobis prohibitus. & post multa, eodem tamen cap. Luca. xii. Timor quo quis ne saluetur, & ad regnū perueniat sempiternum, excutiendus est. & rursus. Excute ergo hunc stultum timorem.

¶ Confutatio.

Hęc plene fuerunt in superioribus reiecta scripturę & sanctorum testimoniiis. quibus & hęc adiciēda putauī ex præcipuo ecclesię magistro Augustino: ille enim quodā loco sic docet. Si volumus animos ad recte viuēdum frigidus & pigros, Christianis exhortationibus excitare & accendere, si iam Christiani sunt, & recte viuere negligunt: verberentur terrorib⁹, & præmiis laudibus erigantur. hęc Augustinus, vnde & Apostolus: Sciētes (inquit Corinthiis) timorem domini hominibus suademus, & præmiserat dicēs. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi: vt referat vnusq̄q̄ propria corporis, prout gessit siue bonum siue malum. Ecce palam hominibus Apostolus: timorē æternorum proponit suppliciorum, qui vere seruilis est. Iacobus vero Faber ait. Omnis timor seruilis, est nobis prohibitus. Quod quidem assertum propter hęc Apostoli verba, pleraq̄ alia prius in hunc citata finem: plane censemus hereticum.

¶ Propositio. CV.

Pulchra scilicet & bella sunt hęc iudicia quę auaritiā & ambitiones ad æqualitatē redigunt, & voluptates dispertuntur: qualia fere sunt iudicia sæculi, quę ob pecuniā dominia aut voluptates plurima cōtingunt: quę neq̄ Dei est facere, neq̄ sanctorum virorū. At tamen stupidus ille volebat vt dominus quasi iudex auaritię vtriusq̄, ipsius scilicet & fratris eius, iuberet satisfieri auaritię suę.

¶ Confutatio.

Contorquens Faber illud Lucę. Ait autem ei, scilicet Christo, quidā de turba: Magister dic fratri meo, vt diuidat mecum hereditatē. at ille dixit ei. Homo quis me constituit iudicē aut diuisorē super vos, dixitq̄ ad illos: Videte & caute ab omni auaritia: quę hic annotauimus inter alia scripsit. Quibus imprimis ridet ac spretui habet hominū iudicia: quibus ad æqualitatem rediguntur auaritię, ambitiones &c. quod qua potuerit modestia ipse viderit. Æquum certe omnino & rationi consentaneum est ad æqualitatem excessum quęcunq̄ redigere, siue ad auaritię spectet materiam, siue ambitionis, aut voluptatis. eos itaq̄ qui ad hoc iudiciis incumbunt iuriū periti, vt vitia quęq̄ ad æqualitatem redigantur, a Fabio taxari aut rideri: non video culpa posse carere. Pulchra ait & bella sunt hęc iudicia &c. quę certū est ironice ab eo & cogitata esse & literis mandata. Super quo iudices aduersus Fabrum (si sua vt dicitur credant interesse) tueantur munia propria. Nos autem pro theologico respectu quod nobis occurrit eloquimur: Illicitum videlicet omnino Iacobo & cui libet esse, ita in totum iudicia damnare sæculi, siue ob pecuniā, siue ob voluntatem obuēniāt. Quis enim in eis obeundis iniquitates & obliquationes admittantur non pauca: ipsa tamē non ideo ex se mala esse existimandum venit, sicuti in superioribus iam monstratum

est. Alioquin non dixisset per sanctū Dauid dominus: Beati qui custodiunt iudiciū, & faciunt iustitiam in omni tēpore. Nam & scimus Salomonem maximopere cōmendatum, q̄ etiā inter mulieres duas illas meretrices, quarum alterā super infantis morte iniuste lēdere moliebatur altera: rectū tulerit iudiciū. Porro cū prius dixisset: Afferte gladiū, & diuidite infantē viuū in duas partes: & date dimidiā partem vni, & dimidiā partē alteri: maluisse q̄ mater propriū perdere natū, q̄ vt in eius oculis crudeliter necaretur, dicens: Obsecro domine: date illi infantē viuū (autumabat quippe illa seruo fuisse regē locutum) & nolite interficere eum: quo verbo satis innuit se veraciter matrē pueruli esse, & non alterā, q̄ nulla pietate cōmota dicebat: nec mihi, nec tibi: sed diuidatur. Sententiā iccirco dicens Salomon ait: Date huic infantē viuū, & non occidatur: hec est enim mater eius. sequitur in textu. Audiuit itaq; omnis Israel iudiciū quod iudicasset rex, & timuerunt regem: videntes sapientiā Dei esse in eo ad faciendum iudiciū. & merito quidem confessus est populus dei sapientiā directū fuisse regem suum ad faciendum iudiciū: quoniam per eundē Salomonem ipsa postmodum proclamauit dicens, Per me reges regnāt, & legū conditores iusta decernunt: per me principes imperant, & potētes decernunt iustitiam. Hęc paulo productius ideo sum profectus: q̄ vel sola iustificat, quæ hic Iacob⁹ ridere ac redarguere velut illicita ausus est: & ita quæ antea super hoc iudiciorum forensium negotio producta per nos fuere, plane corroborant. Neq; existimet Faber errorē suum minimū coloris inde posse habere: q̄ alteri fratru respōderit Christus. O homo, quis me constituit iudicem aut diuisorem supra vos? prout manifeste tradunt hoc super loco doctores sancti. Vnde & in toto dānans ipse dominus auaritiā, dicendo Videte & caute ab omni auaritiā: hoc non ad fratrem qui poscebat illum inquiens: Magister dic, id est iube fratri meo, vt diuidat mecū hereditatē, dixit: sed ad Apostolos suos & discipulos, cunctosq; qui aderāt. Cur autē noluerit id domin⁹ agere, quod vt fieret forsā iustum erat: non siluerunt catholici scriptores multi. At satis fuerit pro compendio audire Beatū Ambrosium, super eo loco differentē, ita enim ait. Bene terrena declinat: qui propter diuina descēderat. Nec iudex esse dignatur litium & arbiter facultatum, viuorum habēs mortuorūq; iudiciū, arbitriumq; meritorū. Non ergo quid petas, sed a quo postules intuentū est: nec maioribus intentū animo putes minoribus obstrepēdum. vnde non im merito refutatur hic frater: qui dispensatorē cœlestium gestiebat corruptibilibus occupare: cum inter fratres patrimonium nō iudex mediū, sed pietas debeat sequestra diuidere. sic Ambrosius. Non ergo culpauit aut damnauit Christus q̄ ille aduersus fratrem (qui vt præsūmūt sancti inique aut hæreditatis partitionem differebat: aut alias circa eam fratrem conquerentem grauabat) postulabat: Verum q̄ hoc a non competente iudice: qui scilicet nō venerat ministrari, sed ministrare: nō in causarū molestiis, sed in spiritualibus animarū curis. Nam & postmodū declarauit se secundū assumptam nostrā naturam, in his quę terrenorum cōcernunt administrationem, nullam prorsus accepisse potestatis executionē, Regnum (inquit) meū non

Psal. cv.  
iii. Reg. iii.

prover. viii

D

Matth. xx.

Ioan. xix.

est de hoc mundo: et si ex mūdo hoc esset regnū meū, ministri mei utiq; decertarent, vt non traderer Iudeis. Nūc autē regnū meū non est hinc. Et licet ipse dominus potuisset recusantem fratrem, vel iubendo, aut quibus ei collibuisse modis, adigere vt iuste cū fratre sese gereret: noluit tamen, occupatis in spiritualibus prębens exemplū: vt illa (nisi eos necessitas ad hoc officii vrgeat: aut puocet charitas) nō intermittat, p tēporaliū dirimēdis causis. qđ etiā Ap̄ls Corinthios docuit: vt eplę primę ad eos capite sexto visum est.

¶ Propositio. CVI.

¶ Q̄ reduceris ab errore, nequaq; tuū est: sed dñi benignitas, perquisitio, inuentio. Q̄ respiscis: nō tuū est, sed dñi tui in ecclesiā inductio & angelorū.

Cap. xv.

¶ Confutatio.

Erronea in fide hęc asserta esse: in superioribus non semel ostendimus. Fate E mur autē, Dei misericordię solius esse: q̄ peccator vt ab errore auertatur ac peccatis, pulsatur, excitatur, & euocatur. sicut patet ex Psalmistę verbo quo ait. Deus meus: misericordia eius pręueniet me. Vocātē vero deum audire, P̄sal. lviij. pulsanti cordis aperire ostium, & obtemperare monenti, si nō esset hominis simul & dei: nō diceret sanctus Dauid. Et misericordia eius subsequetur me. P̄sal. xxii. neq; Deus per Ioannem. Sto ad ostium & pulso: si quis audierit vocē meam. Apoca. iij. (ecce arbitriū libertatē euidenter: innuit: & adhuc apertius, subdēs) & aperuerit ianuā: intrabo ad illum, & cenabo cū illo, & ipse mecū. Si profecto peccatoris ista respiscētia, solius esset Dei, & non etiā hominis: qui liberum habet Deo obcedere excitanti, vocanti, & adiuuare parato si velit: & si nolit, minime cogi de lege potest: Nō diceret per Salomonē peccatoribus deus: Conuertimini ad correptionem meā: en proferam vobis spiritum meum, & ostendā vobis verba mea. nolentibus autē vocātem & spiritū suū offerētem audire: nequaq; diceret. Quia vocaui & renuistis: extendi manū meam, & nō fuit qui aspiceret: despexistis omne cōsiliū meū, & increpationes meas neglexistis: ego quoq; i interitu vestro ridebo. His paucis cōstat indubie hereticū esse asserere: respiscētiā seu cōuersionē peccatoris nō esse illi⁹, sed soli⁹ dei.

P̄sal. lviij.

P̄sal. xxii.

Apoca. iij.

Prover. i.

¶ Propositio. CVII.

Si peccator id attendat q̄ scilicet dei sit conuersio peccatoris & nō sua: vere respiscens & solius dei semper gloriā attēdēs, & in eo semper confidens, & nunq̄ in se suave iustitia: Maius gaudiū est in cœlo super vno tali peccatore sic respiscēte, q̄ super nonagintanouē iustis qui suę iustitię fidūt, neq; putāt se pœnitentia egere. De talibus enim iustis hęc parabola proponitur.

¶ Propositio. CVIII.

Non tamē dico, quin deus talibus iustis (qui. i. iustitię suę fidunt: putātes se pœnitētia non egere) sit futurus propitiū. sed q̄ super illis qui nihil in se vnq̄ confidunt: quis etiā tum primū respiscant, magis gaudēt angeli, testi monio hic Saluatoris, q̄ super istis. Vidēt enī illos q̄ istos futuros sibi similiores: & ad maiorē gloriā superueniēte illa Dei benignitate euehēdos.

¶ Propositio. CIX.

Arbitror angelos, quātūcūq; sint gloriā & maiestate sublimes, nihil sibi sed omnia deo tribuere. Nil mirum ego si super talibus gaudent angeli: qui in



hoc ipso sunt sibi similiores.

¶ Confutatio .

**F** En & hic nouā nos docere theologiam perseuerat Faber: aut potius pro vera sacri textus huius parabolę sententiā, in carthis depinxit manifestos secū dum theologiam errores, & quod literę sacrę plane aduersatur. Porro si verū ille scripsit: Christus homines vere hypocritas superbos & presumptuos, iustos decernit, dum ait. Ita dico vobis, gaudium erit in cœlo coram angelis dei super vno peccatore pœnitentiā agēte, q̄ super nonagintanouem iustis. ait Faber. Parabola hæc intelligitur, non de his qui vere sunt resipiscētes: sed de his qui apparent iusti in sua. s. iustitia fidentes. & non videt p̄sumptione cecatus homo: quia impossibile est cuiq̄ peccata remitti, nisi veraciter & citra omnē fictionem resipuerit, propria scilicet scelera detestans propter deum, & proponens in posterum dei obseruare mādata, crimina omnia declinando. Deus enim cor intuetur. hinc nō potest per hypocrisim aut quomodolibet irrideri. Quē igitur non vere peccatorū pœnitet, quod est qui nō

Galat. vi. resipiscit veraciter: nō a peccatis purgatur quicquid foris agat: verū potius noua veteribus addit peccata. Quomō igit̄ eiusmodi nō vere pœnitētes, sed

**G** scelerosos fictos & simulatos iustos diceret Deus iustus iudex? At q̄ hoc in articulo absurdissime deliret Faber, asserens videlicet q̄ nomine iustis non veraciter resipiscētes (ad quod sequitur eos hypocritas, & vt dixi peccatis plenos adhuc esse) Christus intellexit: Hinc ineuitabiliter liquet quod adiecit ille dicens. Qui nō indigent pœnitentiā. De qualibus alibi dixit: Nō

Luc. v. veni vocare iustos ad pœnitentiā, quia scilicet nō sunt per peccata a me longe positi: sed mecū per gratiā manent, mea p̄cepta pro viribus obseruātes: sed veni vocare peccatores ad pœnitentiā: hoc est vt per pœnitentię actū cum sit longe a peccatoribus salus, ad me de regione lōginqua reuertātur.

Psal. cxviii. Qui ergo non habent crimina in conscientiis, sed dei acceptam seruant gratiam: cum Deo manent. quia dicente Ioanne. Qui manet in charitate: in deo manet, & Deus in eo. Suntq̄ illi vere iusti, de quibus hic loquitur Christus. neq̄ enī hoc Christi verbū, qui nō indigent pœnitentiā, curatiua scilicet, sed tm̄ conseruatiua: cōmentariū recipit Iacobi, quo errorem fucando ait. Non

**H** indigent, id est sese non indigere p̄sumūt. Porro Christus vt asserimus cū ecclesię doctoribus de vere iustis loquitur. Q̄ si nesciat intelligere Iacob⁹ quemadmodū plus angeli gaudeāt super vno peccatore pœnitentiā agēte, hoc est a Dei inimicis qbus proditiose cū patris æterni iniuria seipsum dediderant, ad eūdem patrem suppliciter redeunt: q̄ super nonagintanouem iustis qui non indigēt pœnitentiā, id est qui nō sunt per peccatum capitale a deo elongati: pergat domini verba per Lucam eodē capite. xv. exarata legendo, at non vt huc vsq̄ legit & relegit: maturius volo appendat quę continuo post parabolas de ouibus centum & dragma inuenta subiūgit in nominatissima alia de filio prodigo ad hoc attinētia negociū, q̄ domin⁹ tradidit. hoc siquidem angelorū gaudiū super peccatore pœnitentiā agēte illi ipse Christus proposuit publicanis peccatoribus & Phariseis. melioris vero indolis hominibus qui aderant insinuauit, non obscure referens q̄ cū perdi-

tionis ille filius fuisset, in se reuersus dicens. Quāti mertēnariū in domo patris mei abūdant panibus: ego autem hic fame pereō. surgam & ibo ad patrem meū & dicam ei. &c. (Ecce rursū in peccatore, ad resipiscendū libertatem arbitriū) & surgens venit ad patrē suū. &c. Sequitur. Dixitq̄ ei filius, Pater peccauī in cœlum & coram te: iam nō sum dignus vocari filius tuus. Mox dixit pater ad seruos suos: cito proferte stolam primā, & induite illū: & date annulum in manū eius, & calciamenta in pedes eius: & adducite vitulum saginatum & occidite, & manducemus & epulemur: quia hic filius meus mortuus erat, & reuixit: perierat, & inuentus est. & cœperunt epulari. Erat autē filius eius senior, qui scilicet a patre per peccatum nō discesserat, in agro. qui cū appropinquaret domū, audiuit symphoniā & chorū. &c. & interrogauit vnū de seruis patris sui, quid hæc essent. Isq̄ dixit illi: frater tuus venit, & occidit pater tuus vitulum saginatū, quia saluū illum recepit. Indignātū autē illi & nolenti introire, patriq̄ qui egressus rogare cœpit eū dicenti, Ecce tot annis seruiō tibi: & nūq̄ mandatum tuū p̄teriuī. &c. (Eneorū typum iustorū qui non indigent pœnitentiā) sed postq̄ filius tuus hic qui deuorauit substantiā suā cum meretricibus venit (ecce peccatorē pœnitētē) occidisti ei vitulum saginatū: Respondit pius pater. Fili, tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt, epulari autē & gaudere oportebat: quia frater tuus hic mortuus erat, & reuixit: perierat, & inuentus est. Agedū si vigilanti consideratione quis hæc perpendat: non sine animi letitia cognoscet quod noluit Iacobus huc vsq̄ intelligere. videlicet quemadmodum in cœlis speciale gaudiū est angelis omnibusq̄ sanctis, accidentale tamē: de vniuscuiusq̄ peccatoris conuersione, quę non habetur de his qui semper cum patre fuerunt manentes, qui nūq̄ mandatū eius p̄terierunt. Et istud cū sit experientia ciuili notissimū: mirū quomodo Iacobus vsque adeo rerū quas cernit oculis obliuiscitur, vt scripturas male torquēat: nesciens alioquin illarū haurire veros qui grati sint ei sensus: quoniā his quę iam referata sunt, nihil amabilius, nihil minus abstrusum. Rursū & absurde non parū a recto deuīat Faber dū ait, non negare se quin cū eis quos iustos, sed nō vere. &c. dicit: propitiū sit futurus deus: At q̄ angeli super peccatoribus qui veraciter pœnitentiā agūt, nihil suę tribuentes iustitię (sicut nec ipsi angeli) maius gaudium habent: q̄ super eos quos fabricauit iustos, cum sint, vt dictum est, dupliciter peccatores: quoniam vt inquit, illi angelis similiores quoad hoc sunt. Nempe haud secus iusti veraciter in terris militantes & regnantes in cœlo, Deo quod illius est tribuūt, & creature. Reddunt utiq̄ deo quod dei est: & naturę q̄ illius diuino munere est. nec sunt aliud hæc Fabri dogmata q̄ deliramēta quędā. Iusti etenim de qbus loquitur nūq̄ a deo misericordiā consecuturi sunt: nec illis in æternū propitiū fiet, nisi veraciter resipuerint, Deo tribuentes quod ille iussit. Indignissima sunt ergo quę legātur Fabri lia hæc, & p̄sertim quia addit vere pœnitentes ad maiorem gloriam euehendos. &c. quod manifestam claudit heresim. Fit enim ex illo q̄ sine superueniēte gratia dei & vera resipiscētia saluabūtur scelerosi, qui sunt hypocritæ, quo asserto nihil magis impiū & aduersum scripturis dici posset.

Recte tamen illud ex Iacobi dictis consequitur.

¶ Propositio. CX.

Cap. xvi. ¶ Lazarus olim in mundo pauper opem a diuitem malo petebat, & ei negata est: Diues nunc petit a Lazaro, & ei quoque denegatur. Ille perpetuo cum angelis est letaturus, iste cum daemonibus forte etiam perpetuo cruciandus.

¶ Confutatio.

K In his Iacobi verbis id duntaxat reprobamus, quod dicens, iste cum daemonibus forte. &c. in dubium reuocat, reprobissime sit ille diues necne. Cum autem ab omnibus sacris doctoribus & ecclesia, malus etiam nunc diues appelletur: quod Christus facinora eius atque flagitia quoad auaritiam, superbiam, luxum, & inhumanitatem retulerit, & in illis mortuum vitis delatum in infernum fuisse: unde fit ut super eiusmodi sceleribus haud egerit poenitentiam: quae unica via est adultis ad Deum redeundi: infidelitatis omnino est dubitare, utrum fuerit praescitus, an ad aeterna praedestinatus bona. si profecto moriens ad saluandorum pertineret numerum: minime in scriptura malus diceretur, sed vere bonus esset. Habet autem autoritas: quonia qui dubitat in fide, infidelis est. Super hac autem diuitis istius sorte multa deprompsit Faber, utinam tam feliciter quam loquaciter: quae pro amata breuitate studebimus paucis confutare, ait itaque exordiens.

¶ Propositio. CXI.

Ut hic de diuitem epulone illo non nihil repetamus, si omnino inficiaberis animas damnatorum posse bonum optare aliis: id ex hoc loco concedas oportet apud inferos expiationum esse locum, quem non pauci purgatorium appellant: in quo ipse diues esset, quippe cum bonum ipse optare videatur.

¶ Confutatio.

L Quando per haec & alia plurima quae audiemus conuincere se putat Faber, diuitem illum epulonem locum inuenisse apud deum misericordiae, hoc est de numero fuisse & esse electorum: hic vno breui sermone occludenda est illi via. Fatemur itaque damnatos ipsos cum homines tum daemones bona omnino vel le posse, hoc est quae de se honesta sunt aut de genere bonorum. quod inde probatur euidenter, quod Sathanas ipse per Pilati uxorem procurauit pro viribus apud illum Christi a morte liberationem: proponens Christum iustum omnino esse, & eam ob rem in Pilato futurum grande scelus, si immeritum damnet. Nihil inquit Pilato per mulierem callidissimus sophista diabolus: quasi rectus foret velut theologus bonus, aut equus consultor) nihil inquam ait tibi & iusto illi. Christum iustum testatur: quem si interficiendum Pilatus decreto pronunciet, non leui sese peccato contrinxerit. En bonum atque optimum, hoc est liberationem innocentis ab iniustissima nece, vult & promouet Sathan. Dicat ergo Faber colligens pro ipso: apud inferos locus expiatorius

M est: quod esse dicit, Daemonum illum principem in purgatorio fuisse. Id illi autem cum omnibus fidelibus inficiamur. non enim ut recte quis agat: sat

Li. ii. ethic. ca. iii. primi tract. est rectum operari. Atqui meminisse debuerat Faber, eorum quae olim ipsum Aristoteles docuerat: ubi monstrat, aliud esse iusta agere, aliud iuste. Ait enim & recte quidem, ea quae a virtutibus fiunt, non iuste aut temperate aguntur

si sint iusta aut temperata: sed si & agens sic sese habes agat: Primo quidem si sciens, deinde si eligens propter ipsa: hoc est propter finem debitum. & hoc sane nulli competere damnatorum potest. quorum irreparabiliter peruersa a deo facta est intentio, ut nihil in iustum finem vltimum qui deus est, referant. atque hoc quod trito fertur sermone: quonia non meremur nominibus, sed aduerbiis: quod fieri iubet Deus dicens: Quod iustum est, iuste exequere. Iustissimum ergo voluit Sathan & procurauit, absolutionem scilicet Christi. At quod id in iustissime agebat, quia ut generis hominum redemptionem impediret, quae tamen praesens illius morte iusti futuram: non inde commendabilis, sed bis culpandus: quia scilicet optimo pessime utitur. quod omnibus damnatis inaequaliter tamen est proprium. Ita ergo & anima improbi diuitis suorum voluit salutem fratrum procurare: quod omnino bonum est. sed quonia non ob dei gloriam, sed ne sibi contingeret eorum damnatione deterius, cui causam se dedisse tunc teste conscientia videbatur: id non recte egit. Falsus igitur suo paralogismo peritiliter fuit Iacobus, cogitans fieri ex eo quod bonum voluit anima illa, non perpetuo esse damnata. Porro qui philosophiae moralis vel prima gustarunt rudimenta: non se sinerent talibus connexionibus tam incaute circueeniri, cum cuique omnino appareant inualide. Quando igitur posset Iacobus per istiusmodi sophismata saluare damnatum epulonem vel sathanam?

¶ Propositio. CXII.

Ex eo erat populo epulo diues ille, qui sacrificiis & purificationibus satissaciebant peccato: siue, ut plerique dicunt, reatu atque culpe, etsi non poenae.

¶ Propositio. CXIII.

Ex hoc Abrahae verbo ad diuitem, Tu vero cruciaris: constat quia poena non erat illi dimissa. quod si culpe satisfecerat cum diues & splendidus esset, sed non poenae (sacrificia enim poenam non adimebant, sed reatum culpamve purgabant, & satisfaciebant peccato: apud deum autem nullum malum manet inultum) restabat profecto ei sola satisfactio poenae quam in flamma exolebat.

¶ Confutatio.

Quae tenebrose hic desipuerit Faber, qui putat a spiritu dei sese edoctum fuisse, non & ob id quasi qui super senes intelligeret, aggressus est omnia reprehedere, noua cuncta facere, quis non plane videt? Quid est (mihi inquires) in quo eum tam misere deuiasse praedicas? Istud profecto est, quonia credidit & mendaciter presumpsit docere: peccata quoad culpas per sacrificia & purificationes remitti seu deleri sine poenitentia. hoc vnum est enim quod manifeste non solum hereticum est, quia legi naturali, diuinae, ac humanae contrarium: verum quoque & inopinabile. nempe venia non datur nisi correcto. Quis, precor, culpam alteri condonaret quam ille non relinquit, sed persistit in ea? Mirum quippe est quod cum in praesenti litera sit, unde poterat Iacobus ne in tam nebulosum prolaberetur errorem plene instrui: illud nesciuerit animaduertere. Sciens enim ipsius epulonis anima, vnicum veniae peccatorum quoad culpam remedium esse poenitentiam cum misericordia dei: dixit patri Abrahae. Si quis ex mortuis ierit ad eos, scilicet quinque fratres meos: poenitentiam agent. ecce non dixit, sacrificia immolabunt, aut utentur purificationibus: quonia frustra omnino sa-

crificabat homo, nisi per penitentiam: et usculparum prius remissionem imperaret. quod aperte per Esaiam declarauit dominus: Item per Hieremiam: rursum per Amos, ceterosque prophetas dum ait, Sacrificia, holocausta, oblationes, ac festiuitatum ritus sese non acceptaturum: sed potius illa omnia abominari: quod priusquam illa offerrent, penitentiam non agebant de sceleribus suis: & merito quidem. Alioquin prius respiceret dominus ad Abel munera: quam ad ipsius offerentis dignitatem. Dicitur autem, Respexit dominus ad Abel & ad munera eius. Vnde & per Micheam prophetam scribi fecit Deus haec verba. Quid dignum offeram domino? Curuabo genu deo excelso: Numquid offeram holocausta & vitulos anniculos? Numquid placari potest dominus in milibus arietum: an in multis milibus hircorum pinguium? Numquid dabo primogenitum meum pro scelere meo? fructum ventris mei pro peccato animae meae? Ad haec autem quae terribili vehementia sunt interrogata, sequitur domini responsio. In dicabo tibi o homo: quid sit bonum, & quid dominus requirat a te. utique facere iudicium & diligere misericordiam, & sollicitum ambulare cum deo tuo. Haec ibi, quibus per scripturas similia leguntur complura. vnde certo colligitur quod praemissum est: videlicet nullum hominis sacrificium aut opus quodcumque deo gratum & ad vitam acceptatum esse, nisi prius per penitentiam peccator illi reconcilietur. Peccatorum autem poenitere est illa plangere ac odio persequi, & de cetero ipsa nolle admittere. quod expressit Micheas, immo per eum dominus dicens. Indicabo tibi o homo quid sit bonum: quid dominus requirat a te. utique facere iudicium. &c. Hinc dicebat Apostolus. Si nosmetipsos diiudicauerimus: non utique iudicauerimur. vnde fit e contrario, quaecumque hominem damnandum: qui seipsum per poenitentiam non iudicauerit. Proinde & per Dauid dixit dominus. Numquid madducabo carnes taurorum. &c. sequitur. Immola deo sacrificium laudis, & redde altissimo vota tua. Per haec plus satis puto constare quod praescriptum est aduersus dogma Iacobi: quo ait, peccata quoad culpam sub Moyse lege per sacrificia & purificationes remitti, & non ipsorum peccatorum poenas: quorum opposita ad diametrum lex illa pretendit, & per omnia protestatur, scilicet quod solo actu poenitentiae medio culpa deletur: sicut Dauid significat inquam. Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam domino: & tu remisisti impietatem peccati mei. Peccati certe impietas culpa ipsa est, quae sola confessione tunc Deo facta aduersum se, hoc est sese redarguendo & damnando, remittebatur. quod est hominem semetipsum diiudicare, id est damnare quod perperam egit. Poenae vero remissis per poenitentiam culpae debite: hostiis pro peccato & sacrificiis ac purificationibus exoluebatur, simul & ieiuniis, elemosynis, ac orationibus, uti & nunc. quod posset per apertas monstrari scripturas: quas omitto. Videat igitur Faber quae erronee scripserit peccata diuinitis absque poenitentia quoad culpam remitti per sacrificia & purificationes, & quoad debitas poenas per illa non remitti.

## ¶ Propositio. CXIII.

Non nego Deum quibus vult simpliciter & poenam & culpam condonare: ac ceptatis pro satisfactione poenae earum Christi Saluatoris poenis: sicut scriptum est. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras: attritus est propter

scelera nostra. sed id maxime post aduentum eius, & perfectissimam fidem ac fiduciam, & flammantem charitatem in eum habentibus.

## ¶ Confutatio.

Hoc Iacobi dogma quo tradit, quod pro quorundam peccatorum debitis Deo poenis ipse acceptet Christi poenas, simpliciter, hoc est nulla per hominem qui illas debebat facta solutione in prioribus satis est reprobatum. vbi etiam quae hic generalius errauit quoad hoc. Duo autem asserit hic praeter id quod praecipuum est, minus recte. Primum quod non sic agit Deus cum omnibus, hoc est non acceptat Christi passiones & mortem in quoruncumque peccatorum omnimodam solutionem: sed duntaxat nonnullos. quod nullatenus diuinae competit aequitati ac iustitiae: quia vel illud faceret Deus quibusdam & non aliis, in illis subsistente causa, aut nulla, sed mere gratis. Et cum ex Iacobi explanatione secundum non praetendat: ait enim hoc solum fieri habentibus perfectissimam fidem: vnde colligitur quia si eiusdem essent omnes perfectionis, cum omnibus Deus aequaliter ageret: Primum dari necesse est, scilicet quia hoc pro iusta fit causa, id est propter merita habitum eiusmodi perfectissimam fidem & flammantem in Deum charitatem. Quando autem certissimum theologis est, quodcumque hominis iusti meritum opus esse satisfactorium seu poenarum peccatis debitum dissolutiuum: concludendum, quoniam non plus Deus illis quam aliis gratis & simpliciter peccatorum condonat poenas, quod & alia posset ratiocinatione monstrari, quae in hoc vim suam habet, quoniam quidem si Deus iudex iustus perfectissimis hominibus simpliciter omnem peccatorum remittit poenam: dignum omnino & equum erit ut illis qui in perfectione se habebunt secundum proportionem aliquam minorem in ordine ad ipsos perfectissimos, utpote in subdupla aut sexquialtera: secundum eandem de poena ipsa simpliciter & gratis remittat Deus. Per hoc igitur euahelicum Fabri inuentum. Alterum vero quod improbabile insuper asserimus, ex eisdem aperitur & firmatur mediis. Ait ergo plenariam illam poenarum remissionem duntaxat Deum erogare illis, qui in fide, spe, & charitate consummati existunt. Cum igitur ad eiusmodi perfectionis gradum ascendat nemo, nisi summis virtutum omnium & assiduis exercitio & operibus. qui autem tales fuerint: non pro se modo satisfacere praequalent: verum & pro infirmioribus. & quoniam haec sunt in theologia cognita, pertransseo; concludens vix vsquam solidum aliquid tradidisse Fabrum: quando ab his quae docuerunt patres recedere praesumpsit.

## ¶ Propositio. CXV.

Sed dices: id, Sepultus est in inferno, indicat perpetuo damnatum epulonem. verum lectio graeca non sic habet: quia id, in inferno, non ad praecedens, sepultus est refertur: sed ad sequens: eleuans, ut sit sensus, Et sepultus est: & cum in inferno eleuasset oculos suos & esset in tormentis, vidit Abraham a longe.

## ¶ Propositio. CXVI.

Abraham dicendo Filii, verbo consolationis eum alloquitur: reddendo insuper causam praesentis supplicii, tamquam eum ad tolerantiam adhortaretur. neque ex verbis Abrahae intelligi potest, nisi tu vero nunc cruciaris: ex quo non licet inferri perpetuo. Sed & illud diuinitis, Miserere mei, quod est misericordiam petentis: non videtur esse perpetuo damnatorum.

## ¶ Confutatio.

Q Ad hæc Iacobi molimina, quibus q̄ diues ille non sit reprobus suadere nititur, in primis dicendū, istud eius assertū nequaquā debere admitti. tū q̄ nullus catholicorum doctorū hoc presumpsit dicere: tum quia Christi ex rei ipsius relatione intentio est de medijs hominē instruere quibus ad gloriā peruenitur: quæ potissima censetur, in mūdo pie viuere & mala patienter sufferre. quemadmodum Lazarus, qui suscepit mala in vita sua. Item & simul de eis per, quæ homo perpetuā cōmeretur damnationē: quæ sunt, absq; misericordia & humanitate esse in proximis, & dies in bonis ducere. vnde & studiose vitam epulonīs referēs dñs, ait. Homo quidā erat diues. de quo intelligi illud Matth. xix. Christi potest. Amen dico vobis, quia diues difficile intrabit ī regnū celoz. & iterū dico vobis. Facilius est camelum per foramen acus trāsire: q̄ diuitē intrare in regnū celoz. sequitur. Qui induebatur purpuro & bysso: & epulabatur quotidie splendide. per quæ qualia intelligatur ille flagitia cōtinue frequētasse: nō est ignotū. Præterea cū dicatur Diues ille fuisse in tormētis, clare indicat litera: q̄ cum reprobis partē haberet. de his nāq; quoz animæ in purgationis loco pœnas dat debitas, minime dicitur q̄ sunt in tormētis: et si acerba patiātur. Tenendū proinde firmiter cū ecclesia: illū ad numerum pertinere damnatoz, neq; quouis modo curādū quid in græcis legerit Faber codicib? Q̄ vero eūdē nomine filii, pater Abrahā cōpellauerit: naturā prospicit, non religionis imitationē. quemadmodū Christus ipse cū sciret Iudam proditorē moribus diabolum & hostē suū capitalem: illū tamen alloquens amicum vocat, dicens. Amice, ad quid venisti? Et hæc aperte docēt catholicā scriptores: quos hic citare non opus est.

## ¶ Propositio. CXVII.

Cum fratres quinq; epulonīs diuitis Iudæi essent, culpæ citra pœnitentiā satisfaccere poterant. & cum diuites & potentes essent: non est vero absimile ipsos sacrificia & purificationes facere solitos fuisse: non tamen pœnæ, cum non pœniterent satisfaccere.

## ¶ Confutatio.

His verbis plane exprimit Faber quæ præmissa sunt, Iudæos. s. veniā potuisse peccatoz citra pœnitentiā adipisci: & p̄ sacrificia ac purificationes nō potuisse pœnā peccatis debitā redimere, vtrūq; aut istoz hereticū eē mōstratū est.

## ¶ Propositio. CXVIII.

Dicere diuitem illum non esse perpetuo damnatum, ad quod credendum maxime adduxit hoc euangelii, Et sepultus est in inferno: non probe representatum paradoxum videatur.

## ¶ Propositio. CXIX.

Ideo aut id iudicio Dei occulto relinquamus: aut sentiat quisq; quod sibi videatur. Non tanti est ille: qui q̄diu vixit & etiā post mortem miser fuit, sola opinione diues, at reuera pauper: vt eius gratia, cōtrouersia suboriri debeat.

## ¶ Confutatio.

R. Etā belle concinnato hic nos sermone refouet Faber. Nō est (inquit) diues viuens & post obitum miser, tanti: vt eius causa cōtrouersia suboriri de-

beat. Nos vult homo iste lenocinio verborū stupidos efficere: qui solus hæc hereticam & quæ meram spirat singularitatem excitauit cōtrouersiam: & quibus potuit suasionibus erigere fategit vsque adeo, vt pro ea confirmanda alia adhuc euidentius heretica fabricauerit super remissionē culpārū & debitarum eis pœnarum sub Iudæorum lege, vt visum est. Cum tamen fatetur seipsum potissimū, vt ita saperet fuisse permotum: q̄ id euangelii Et sepultus est in inferno, non fuit pro suo gustu probe representatum, hoc est existimauit veterem interpretem minus recte quod in græcis esse dicit exemplaribus, latinis retulisse: En q̄ validum habuit nouator Faber argumentum, vt ab omnium catholicorum sententiā descisceret. Mirum igitur, hominem qui cōtentionem hanc odiosam ingenijs omnibus promouit: dicere, diuitem nō tanti esse vt propter eum debeat cōtrouersia suboriri. Si id indignum fuerat: cur hoc egit Faber? Non est (inquit) tanti diues &c. quasi de re aut iure illius vt patronus differuerit, & non quæ sit recta scripturæ quæ de diuitate ipso loquitur intelligentia: quam vult vt velut paradoxum, id est dogma quoddam vel sententia mirabilis aut inopinabilis & super hominū iudiciū relinquatur: liberumq; sit cuiq; id quod libuerit de ea sapere. Istius modi autem Iacobi permissio, sicuti ex superioribus constat: redargutione seueriori digna est, & omnino damnanda.

## ¶ Propositio. CXX.

¶ Fides de qua totiens dominus dicit, Fides tua te saluum aut saluam fecit: Cap. xviii. non est credulitas solum, sed cum credulitate plenissima fiducia spesq; perfecta. Nam quid prohibet vt quis credat: & tamen diffidat?

## ¶ Propositio. CXXI.

Hæc est fides vera & viua, & a deo petenda: quippe quæ non a nobis, sed solum desuper haberi possit.

## ¶ Confutatio.

Hæc fuere in superioribus reprobata: monstratumq; est non semel fidem in sususam eandem numero esse & vnicam, siue fuerit cum charitate & spe, siue absq; charitate. Probabile autem est, quoniam sine infusa spe non possit in hominis anima esse. quandoquidem qui per desperationis crimen spem infusam perdit: non videtur errore in fide pertinaci (quo fides extinguitur) carere. Cum ergo ex infallibili sancti Pauli verbo, tria sint Dei dona, a sese omnino diuersa: fides, spes, & charitas: errat plane Faber dicens, Fidem de qua &c. non esse credulitatem solum, sed credulitatem, fiduciam & spem. hoc enim perinde est, ac si diceret: Fides non solum fides est: sed est fides & spes. quod est simpliciter hereticum: ne Iacobus & sui ista pro leuibus dicant. Si dixisset: Fides illa in iis quibus ita loquebatur Christus, non vacabat spe & fiducia, verum simul iunctæ erant duæ virtutes illæ, quæ etiam dei amore nō creduntur caruisse, in sic ad Christū affectis: nō carperemus eū. At cū p̄ sua cogitatione noua vnit quæ dei voluntate separata sunt: hoc nolumus tolerare. Præterea iam antea firmatū est, merita illa curationū non esse

Mar. ix.

attribuenda ipsi fidei habitui: sed actui credulitatis, qui non solius Dei est verum & voluntatis. Vnde etiam plane refellitur quod ait tertio hic Iacobus, fidem illam non esse a nobis. Nisi dubio procul a nobis penderet: non dixisset Christus cuidam. Si potes credere: omnia possibilia sunt credenti. Rursum si a nobis non esset fides, de qua loquitur Christus, ut Iacobus ait: quomodo diceret illam habentibus, fides tua. Idem nimirum prorsus est dicere, Fides tua te saluum fecit: & tua credulitas partim causa meritoria tue fuit salutis. Alioquin haud dixisset ipse Christus Centurioni, Vade: & sicut credidisti, fiat tibi. Per hec palam fit, Iacobum in omnibus his ignorare prorsus que definire presumpsit.

Matt. viii.

¶ Propositio. CXXII.

Quod gratia si omnia mandata dei seruauerimus fecerimusque, non est nobis defutura apud eum: nequaquam tamen eam operibus nostris debitam esse credamus, nostrumve esse meritum.

¶ Propositio. CXXIII.

Ab sit ut apud deum cogitemus vllum nobis tantum debitum esse meritum: quantum tuncque pie, sancte, religioseque vixerimus.

¶ Propositio. CXXIII.

Christo qui nihil debere potuit: meritum esse potuit & est. & proinde in illo solo, non in nostro merito (quod nullum est) fidere debemus.

¶ Confutatio.

**T** Bellam sese operam egisse opinatus est Faber, ubiqueque detraxit humanis operibus: quasi Christi domini nostri iurium protector missus esset, illa vendicaturus. & haud valuit appendere: quorum eius officiiis demon prospiceret. Quoniam autem eius in superioribus iam deteximus mentem, quodque sint omnia haec in fide erronea, rem perstringentes praesentem, semel dicta non repetimus.

¶ Propositio. CXXV.

Cap. xviii.

Quid est, Descendit hic, scilicet publicanus, iustificatus in domum suam ab illo scilicet Phariseo: ab illo, id est pro illo, plusquam ille. Nam Phariseus descendit iustitia sua iustus: Publicanus vero iustificatione dei & gratia iustus. & ideo magis iustificatus illo, quoniam iustitia dei maior est iustitia hominis. & hoc quia iste se humiliavit: ille autem se exaltauit.

¶ Propositio. CXXVI.

Sed inquires. Si iste descendit iustificatus pro illo: ergo uterque descendit iustificatus. non inficias eo infinitam dei bonitatem (que propter semetipsam iustificat indignos) etiam iustificationem suam ad Phariseum: sed minorem ad illum quam ad publicanum, extendisse. Nam & magis huius quam illius orationem orantisque affectum acceptauit. Alioquin Phariseus & qui per eum representantur, saluari sua iustitia non possent, ut Saluator ait. Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam Scribarum & Phariseorum. &c.

Matth. v.

¶ Propositio. CXXVII.

Qui ergo saluantur, omnes per gratiam saluantur: sed isti grati, illi ingrati.

¶ Confutatio.

Ante paulo quam ad ista quae annotamus hic venisset Iacobus: sic praemisit ipse V & dixit. Phariseus figurat omnes qui operibus suis confidunt, & se ex illis iustos esse, & de deo optime meritos credunt. Publicanus omnes qui operibus suis ut suis propriisque iustitiae nihil, sed omnia gratiae & bonitati dei tribuunt. Illi meritum ponunt: isti non. Illi Deum debitorem putant: & se minime. Isti contra, se debitores: & sic quidem debitores, ut nunquam possint debitis facere satis, sic Faber, Quatas autem errorum tenebras haec omnia eius dogmata in se complicit, & in semet pugnantias: in diuinis cuique peritorum animaduertere difficile non est. At quoniam eorum summam in superioribus crebro attigimus: carptim duntaxat hic sunt pauca refricanda, & breui quidem manu. Porro quod hic repetit precipuum Iacobus: iustitiam videlicet vnam esse hominis seu operum, quae Dei non est, & alteram in homine esse quae sic dei est, quae nullatenus est hominis: somnium merum esse monstratum est, & recte scripturarum intelligentiae aduersum. dictumque est fateri nos fidem, spem, & charitatem dici merito posse dei ob id iustitiam: quod earum in animam infusione homo iustificatur, hoc est de iniusto & impio simpliciter iustus fit & pius. & quo eiusmodi in homine auxilium accipiunt ampliolem diuini illi habitus: eo iustior ipse fit. effectus tamen ipsius iustificationis, charitati ascribendus est: quoniam citra illam, quae in homine sint reliquae duae, iniustus tamen manet. Diximus deinde opera virtutum moralium, in Deum eorum donatorem lumine fidei ordinata: de lege (qua sua bonitate dedit homini deus) suapte natura meritoria esse incrementi praefatorum habituum fidei, spei, & charitatis: quando qui operatur, peccati obicem non opponit. Et haec opera delirando credit Faber & docet hominis esse, & non dei. Nempe huiusmodi opera virtutum, etiam ab homine (qui alias in peccato est) non fiunt absque Dei gratia eiusque concursu. & quod homo quipiam (exempli causa) longo actu temperantiae virtutis exercitio temperatus moraliter dici vere possit: si tamen vitio auaritiae aut inuidiae criminaliter aliove est irretitus: minime iustus dici debet. & de ceteris ita censendum est virtutibus & vitiis. Nemo enim iustus (ut dictum est) existit: qui quodlibet peccatorum secum gerit. Quae autem eiusmodi virtutum operibus hominem sine dei gratia & diuinarum virtutum infusione iustificari, ait Faber. quemadmodum de Phariseo, quod vere a deo per ipsa opera iustificatus est, confitetur, minus tamen quam publicanus: manifeste verbo contrariatur Apostoli, quo ait Corinthiis Si linguis hominum loquar &c. Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum ita ut ardeam: charitatem autem non habeam: nihil mihi prodest. Ex hoc sane beati Pauli testimonio haeretica conuincuntur haec omnia Iacobi asserta.

Deus Phariseum qui se exultat, in suis confidens operibus, Deumque sibi debitorem iudicabat, & se deo nihil debere, iustificauit & saluaui.

Deus indignos iustificat.

Deus orationem hominis superbientis & non poenitentis exaudit.

Deus ingratos saluat. & alia his similia. Quis, precor, theologum aliquando ita docentem audiuit? quis enim bona multa Deus conferat indignis & ingratibus: utpote vitam & saeculi munera cetera: inter quae gratia vocationis

i. Cor. xiii. X



Hiere. xxxi  
& Ezechi.  
xviii.

& prouocationis ad pœnitentiã & iuste viuendũ, numeratur, quæ hominibus iustis & iniustis cõmunia esse possunt: gratiã tã iustificatiõis nulli vnq̃ impertitur: nisi digno, nisi pœnitenti & sibi grato. Cõuertimini (inq̃t) ad me: & ego cõuertar ad vos. & Christus absolutã prulit sententiã, Nisi pœnitentiã habueritis, oēs simul peribitis. Absurdissime igitur hic differit Faber, quæ prorsus sese ignorare pdidit: qđ pfecto nõ credidisset, nisi eius tenerẽ scripta. In eo autẽ perniciosissime locutus est q̃ ait, Impœnitentes, id est vane gloriosos, presumpuosos, indignos, & ingratos: qui (vt ait) per Pharisẽũ representatur: a deo propter suã infinitã bonitatẽ, hoc est semetipsum, iustificari & saluari: licet minus aut inferiori gradu, q̃ publicanũ, & qui significatur per eũ. qđ vt plane hereticũ cõfendũ est. Porro dogma istud Iacobi legẽtes miseri qui dies suos amat in bonos pertrahere: quid cõcipiẽt aliud inde nisi qđ in multorũ iã est ore, nullũ, s. hominẽ deũ creasse vt eũ perdat: sed q̃ oēs saluabit, etsi minus hos q̃ illos. & ex hoc seducti sibi aiunt: Nõ peto vt sim in paradiso equalis Ioãni baptiste, aut Petro vel Paulo: sat mihi est q̃ cũ eis regnem, q̃uis ip̃s longe inferior. Securus ergo q̃ tam bonus deus est (sicut ait theologus Faber) vt etiã peccatores absq̃ pœnitentiã sit in regnũ suũ ppter semetipsum collocaturus: illud expectã, dũ interim hic mortalis viuo, placetiã corpori sequar: presẽtia magis cũ futurorũ quadã minutione volens, q̃ hic me cruciãdo illic excelsior videri. Hęc indubie aut cõsimilia procurante diabolo cuilibet occurrere p Iacobi dogmata facillime possunt. & sic oẽm pœnitentiẽ actionẽ postponẽtes, & de dei impensa presumentes bonitate, in omnibus viuẽt remissius, & tandẽ iusto Dei iudicio reprobatos sese noua Fabri theologia (heu sero) in suppliciis agnoscẽt. Ceterum qua possent cõcordia & pace simul in cõlo coniũgi factiones illę: quarum altera doctore Fabro meritũ ponit: altera negat: altera de se presumẽs nihil sese deo debere autumat, Deũ vero sibi debere multa: altera omnino cõtra. & sic opposito aguntur cogitatu huius partis homines, vt credãt nequaq̃ se posse deo pro debitis satisfaccere. qui certe sic credit, Deũ crudelem (qđ vel opinari blasphemũ est) iudicẽ decernit: qui hominẽ ad id qđ ipse prestare nequit deuinctũ tenet. Quonã rursus pacto Pharisẽus representabit oēs qui operibus suis confidũt. &c. quos sua iustitia, nõ Dei Iacobus asserit saluãdos: cũ certũ sit id genus homines per Christi parabolã: fatuis quinq̃ virginibus designatos fuisse. Lampades em̃ lucentes per exteriora opera gestant. At quoniã oleo charitatis (quẽ imperat in deũ referri, qđ fides agẽdũ monstrat) nõ sunt inuncta, hoc est sinistris intẽtionibus sic operãtes mouetur: a domino in æternũ reprobãtur. Illis siquidẽ dicit, Nescio vos. Nullo igitur potuit iure Iacobus Faber concipere & orbi scribere: Pharisẽum. s. (de quo tã studiose dominus suũ predicans euãgeliũ voluit loqui) dei per cepisse iustificationẽ, quod est ipsum asserere fuisse saluatũ: quod nullũ catholicorũ doctorum tradidisse puto. & presertim cũ tam vigilanter perditionis eius causam Christus exprimere voluerit: subiũgens, Qui se humiliat exaltabitur: & qui se exaltat humiliabitur. Et ille nõ (vt scribit Faber) pro salute orauit sua aut aliorum: sed se exaltans, & humilem despiciens pœni-

Matt. xxv.

Z

tentem dixit. Gratias ago tibi domine: q̃ non sum sicut ceteri hominũ, velut etiam hic publicanus.

¶ Propositio. CXXVIII.

¶ Dona quę a Iudęis ad sui templi vel ornatum vel vsus ceteros fiebãt, vt cerea, argentea, aurea, gemmata, & quęq̃ preciosa quę templis appendebãtur vota, populi deuotionẽ ac pietatẽ erant testantia. quibus similia nostris quoq̃ tẽporibus multis in tẽplis visuntur: sed illa istis ob id meliora: q̃ illa soli Deo offerebantur: ista autem aut raro aut nõq̃ deo offeruntur.

¶ Propositio. CXXIX.

O bone Iesu via & veritas, libera ignorantia nostrã a mendacio maligni, & a faucibus rugietis preparati ad escam. da sentire te esse liberatorẽ omnium. quia qui id sentiunt & ad vanũ se conuertunt: non tangit eos tormentum malitię. O pura, o sancta, o vera religio te solum respicientium.

¶ Propositio. CXXX.

Anathemata illa, id est donaria, quę ornabant tẽplũ, scilicet synagoge, carpenda non erant, quia (vt dictum est) soli Deo oblata erant sacrataq̃.

¶ Propositio. CXXXI.

Vtinã nũc oĩa corpori domini (qđ est verũ Dei tẽplũ semp deo inhabitatũ & ideo vnictũ sanctũ sanctorũ, qđ sacramentaliter in tẽplis materialib⁹ nobis relictũ est visendũ) apponerẽtur. Illic em̃ deberẽt oĩa anathemata, id est donaria, appedi: illi soli deo vota reponi, Illic fides, fiducia, charitas, deuotio, pietas, adoratio exhiberi: q̃a sic errare nõ cõtingit. at ibi qđ scia nulla visuntur.

¶ Propositio. CXXXII.

Si deuotione ducaris, & velis sacra donũ offerẽdo matris dei opem implorare aut apostoli, aut martyris, aut deniq̃ sancti cuiuspiã q̃ forte inferioris sit ordinis: pietas & amor te ante factũ sanctorũ cũ tuo anathemate pducãt: ibi adores, ibi opẽ implores, ibi oblãtũ relinq̃uas aut suspẽdas tuũ anathema: rogãdo regẽ glorię vt dignetur illos pro te audire. hoc est Christianorum via: quã qui sequũtur spiritu dei monstrante non errant.

¶ Propositio. CXXXIII.

Hęc spiritus qui omnes vult saluos fieri, dicere suadet & vult cordibus hominũ esse impressa: vt omnes suam intelligant salutem. Et proinde ne forte aliter faciendo erretis. mementote sententię Pauli ad Colossenses dicentis. Ne tetigeritis neq̃ gustaueritis neq̃ contrectaueritis. quę sunt oĩa in interitũ ip̃so vsu secundum pcepta & doctrinas hominũ, quę sunt rationem quã dem habentia sapientię in superstitione & humilitate &c.

¶ Confutatio.

¶ Hęc omnia in derogatione uenerationis sanctorũ euomendi Faber occasione accepit ex hoc beati Lucę verbo. Et quibusdã dicẽtib⁹ Christo. s. de tẽplo, q̃ bonis lapidibus & donis ornatũ esset. &c. Q̃ pie autẽ & catholice ip̃sius rei tractet summã: hic aperire nõ est opus. hoc enim onere me leuauit noster Clichthoueus in scripto suo de ueneratione sanctorũ: cui⁹ sepius iam meminimus. In eo quippe attigit ipse quę plenissime horũ confutationi sat esse cuilibet fidelium debeant. Et licet in Fabrum arma nominatim tunc non

moueret, sed in Lutheranos : quādo tamen per ista Faber dogmata firmare perſiſtit, quæ in epiſtolas beati Pauli ſuper negotio præſenti. ſ. de ueneratione ſanctorum dudum ſcripſerat : & hoc quod immota mēte (vnde cōſtat illū erroris huius noſtra ætate reſtauratore extitiſſe, & in hoc aliisq; plurimis, ſi uti præſcriptū eſt tēpus attēdas, Lutheri fuiſſe præceptorē) manifeſtū eſt Clichtho uei tela Marte aperto paratas per Fabrū aduerſus ſanctorum cultū acies impetere, eaſq; funditus euertere, ſcripturę ſacrę & catholicorum doctōrum firmis euidentibusq; teſtimoniis: Quibus nihil ſolliciti aduicere ſumus: tū impregſentiarū cupim⁹, ut forma quā hic tenet loquēs Iacobus fallatur nemo. Nō  
**B** em̄ ſemel ille falſus in his eſt, & fallit ceteros. In primis in eo eſt plane deceptus, quo ait, precioſa dona ſub Moyſi lege fuiſſe tēplis appēſa. liquidē per illam cōſtat legē vnicū fuiſſe tēplū Hieroſolymis ædificatū: & hoc notius eſt q̄ ut egeat cōprobatione. Nō ergo tēplis appēdebātur anathemata (vt ait Faber) verū vnicō tēplo. Dein quod ait: ideo munera per Iudeos ſuo oblata tēplo meliora fuiſſe iis quę per Chriſtianos ſuis offerūtur: q̄ illi ſoli deo offerbant: nūc autē, id eſt ſub Chriſti lege, aut vix aut nūq̄ deo offeruntur: q̄ ſit peruerſe cogitatū & ſcriptū impie ac tenebroſiſſima ignorantia, quis nō facile cōprehēdat? aperte liquidē innuit omnibus & ſingulis chriſtianis illicitū eſſe prorsus aliquid offerre beatę Dei genitrici, aut cuipiā ſanctorū eius: quāſi hoc plane ſit idolatrare, & eiulmodi ſanctis factarū oblationū nō ſit ipſe ſanctorum deus ſinis vltimus, eiq; nō offeratur præcipue & finaliter, quod cuiſlibet præſentatur ſanctorum: quod eſt contra eccleſię ſanctę ritus impiiſſime ſuſpicari. Porro non illa ſuis abutitur officiis: certo em̄ nouit quia peccator homo dū ex humilitate & pio in deū timore ac reuerētia ſe indignū iudicat vt illū citra mediū cōpelleret, poſcatq; aut peccatorum veniā, aut quodpiā aliud adiutoriū vel beneficiū: & p̄inde ad miſericordię matrē & peccatorū aduocatā, aut aliq̄ aliorum cōuertitur ſanctorum, ſuas illi vel his poſtulationes aut dona porrigēs, & querēs vt apud deū pro ſe intercedāt vt mediatores & auxiliatores: per illa om̄ia deū præcipue adorat & exorat. eſtq; in hoc latria: quoniā Deū reuerendo, illum magnificat peccator & ſe deprimat. Et rurſum honoris & cult⁹ ſanctis impēſorū, q̄ dulia vel hyperdulia ſunt, ſinis eſt ipſa latria: quoniā quod ſanctos iccirco veneramur, quia ita fieri iubet deus, & hoc p̄pter chariſmatū & p̄minentiarū dona q̄ illis cōtulit. Qui profecto corde & ore clamat, dicēs. Oēs ſancti & ſanctę dei orate p̄ nobis: affectu & deſiderio Deū orat: & hoc quidē ſiue id fiat publico ritu, ſiue priuato iure. Qui item munus quodcūq; alicui offert ſanctorum, illius, ſ. appendēs imaginī, Deo illud præcipue donat. Et cōtingere ſæpius poteſt vt maiori ſcēnore aut ſpirituali cōmodo homo ſic ſanctorum interuentu deū deprecetur & colat: q̄  
**C** ſi ipſum nullo mediāte adiret. Vnde ſit & manifeſte liquet, q̄ impie & temerarie aſſeruerit Faber, ſub Chriſti lege, aut vix aut nūq̄ vota deo offerri: poſtulas opinionē ſua ſanctę & iuſte, re vera aut intolerabili p̄ſumptione & illuſione dæmonis, vt hac ignorantia eccleſiā ſuā liberet deus: quia iudicat ille dona oīa & p̄cū vota q̄ ſanctis fideles ip̄dūt carpēda eſſe: nō autē q̄ ſoli offerunt deo. Et nō vidit errore cęcat⁹ deū ip̄m eccleſiā ſanctā & fidelium cor

da variē afficere: vt pote q̄ vt plurimū deū implorāt directe, vt p̄ ſe ſanctorum preces interceſſionesq; exaudiat: quod fere in ſingulis fieri collectis (quæ ſunt præcipue in ipſius eccleſię officiis preces) quicquid aduertere voluerit cōperiet. Facilitat igitur pie eccleſia die ac nocte ſine intermiſſione: quod quāſi nō faceret, agendū hortatur Faber, omnino oblitus eorum quę omni diei canonica hora in eius verſantur ore. Si (inquit) deuotione ducarīs. &c. Superuacuum omnino reor eſſe, plura hic effundere verba: quoniā, vt præmiſſum eſt, ſanctorum uenerationē ex Clichthouei ſcriptis, & iam per nos paucis adiectis firmatā & roboratā plene ſupponimus. Quod peruerſe autē in ſuorum ſucationē errorum intorſerit Iacobus beati Pauli Apoſtoli ad Coloffenſes dictū: ſcilicet  
**Cap. ii.**  
 Ne tetigeritis neq; cōrrectaueritis. &c. nemo qui literam Apoſtoli cum ſanctorum explanationibus oculis percurrerit, ignorabit. ſed plane agnoſcet Fabrum & alios hoc noſtro æuo ſacras ſcripturas per rhetoricā & linguas edifferentes, illa perperam quoad non pauca errorum ſuorum capita abuti, & quidem infeliciffime. & id propterea q̄ ſanctorum doctorum rimari de dignati ſunt ſenſus: aut obuioſo tenere ac amplecti.

## ¶ Propoſitio. CXXXIII.

¶ Abſit dicamus virginē glorioſam (quæ nō erat filia Hieroſalem ſecūdū  
**Cap. xliii.**  
 carnē: ſed tota ſecūdū ſpiritū) ſic aut more aliarum carnaliū matrū fleuiſſe in filii ſui paſſione & morte. potius illi congratulabatur miſerationiq; diuine.

## ¶ Propoſitio. CXXXV.

¶ Quod ſi lugebat, ſi quid patiebat in illo diuino redēptionis humane ſacrificio: hoc totū ſpiritū & ſupra hominē fiebat: nō carne, ſed ſpiritu dei operāte.

## ¶ Confutatio.

Beatus euāgelista Lucas Chriſtū baiulantē ſibi crucē, turbę mulierū ſequē  
**D**  
 tiū quę plangebāt & lamentabātur eū refert dixiſſe ita. Filie Hieroſalē nolite flere ſuper me, ſed ſup̄ voſ ipſas flete. &c. Cuius occasione ſermonis: abſit ait Faber, dicamus virginē. &c. vbi primo arbitrariū & oīno falſum cēſendū eſt quod innuit, mulieres. ſ. illas oēs ſequētes Chriſtū, ciues fuiſſe vrbis Hieroſalē. De eiſdē nāq; loquēs Mattheus ait. Erāt autē ibi mulieres multę a longe, quę ſecutę erāt Ieſum a Galilęa miniſtrātes ei. Vnde & quę admodū p̄ paucis tū viri eiſdē vrbis ciues Chriſto adheſerāt, & proinde diſcipulos ei⁹ cū indignatione Galileos appellabāt: vt ex illo in actibus Apoſtolorum cōſtat. Nōne ecce oēs iſti qui loquūtur Galilei ſunt? & quoniā hoc etiā p̄ene  
**Actu. ii.**  
 de omnibus verū erat: Chriſti beatū collegiū cōueniētes viri illi duo, id eſt in humana apparētes forma angeli, q̄ dño aſcendēte in cœlū aſtiterūt iuxta illos in veſtibus albis: dixerūt: Viri Galilei quid ſtatim aſpiciētes in cœlū. &c. **Actu. ii.**  
 Ita & de ſcēmineo ſexu exiſtimandū, q̄ rarę mulieres Hieroſolymitanę ciuitatis fuerūt ſecutę Chriſtū. Nō itaq; fuit opus Iacobo dicere glorioſam virginē filia Hieroſalē nō fuiſſe ſecūdū carnē. &c. ne illa videretur cōprehēſa numero earū, quibus ait dñs. Filie Hieroſalē. Porro nō eſt incōgruū omniū collectiōnē mulierū Hebręarū vocari Hieroſalē filias, & p̄ſertim q̄ Chriſto crediderūt. Quod vero hic præcipue docere cōtēdit Faber, ſanctā videlicet Chriſti matrē pro filii paſſione & opprobriis quæ p̄priis cernebat oculis, inſtar  
**E**

aliam matrum minime fleuisse: sed magis eam fuisse filio congratulatam & diuine bonitati, quoniam rerum causam nouerat & exitum: non est profecto sane eloquiorum intelligentie consentiens. tum quod omnino aduersatur iusti illius senis Symeonis prophetie: qua benedictę matri predixit inquit.

Luc. ii.

Hic positus est in signu cui contradicetur: & tuam ipsius animam pertransibit gladius. quod non incongrue plerique sanctorum doctorum, de compassione eius in filii accidisse passione & morte asseuerant. tum quia non debet in matre fuisse a quoque inficiari, propter eius futurorum notitiam (quę ex filii morte expectabantur) bonorum: quod in ipso extitisse filio certissime

Matth. xvi.

Marc. xliii.

Luc. xxii.

tradunt euangelicę literę. docent aut ille Christum dixisse: Tristis est anima mea usque ad mortem: quę cepit contristari & mœstus esse. Et Lucas ait quę apparuerit illi angelus confortans eum: & factus in agonia prolixius orabat: & factus est sudor eius sicut guttę sanguinis decurrentis in terram. Teste item beato Paulo, in cruce pendens cum clamore valido & lachrymis obtulit, scilicet semetipsum: & exauditus est pro sua reuerentia. Alias insuper crebro legimus ipsum Christum fleuisse. Videns enim ciuitatem, fleuit super illam. & Lazarum suscitaturus lachrymatus est. Non existimet igitur quis a virtute & perfectione sanctę Dei matris alienum aut indecens, quę etiam affectu naturali sub rationis tamen freno moderato: Christo filio compatiens, summa fuerit affecta tristitia, lachrymis vbertim profluentibus rigata. Non errauit utique diuus Gregorius magnus, dum ad scripturas cõsentaneę rei huius summam considerans & repetens ad memoriam, prosa illa

Ad Heb. v.

Luc. xix.

Ioan. xi.

aut contemplatione multis fidelium pro deuotione familiari scripsit (vt in historiis legitur) dicens. Stabat mater dolorosa, iuxta crucem lachrymosa dum pendebat filius. Cuius animam gementem, contristatam & dolentem: pertransiuit gladius. O que tristis & afflictã, fuit illa benedicta mater vnigeniti. Quę mœrebat & dolebat, & tremebat cum videbat nati pœnas inclyti. Quis est homo qui non fletet, Christi matrem si videret in tanto supplicio? Quis posset non contristari, piã matrem contemplari dolentem cum filio? Non hæc si me audiat Iacobus, aspernetur, non rideat sancti doctoris phrasim aut humilem texturam: non denique illi detrahat representationi seu imagini, qua fidelium pietati Christi mater ostenditur vt luctuosissima, in gremio gestans mortuũ filii corpus: quę vulgo dicitur Domina nostra de pietate, aut domina pietate & compassione affectissima. lugeat potius ac lamentetur quę sese fallendũ permisit demoni, vt ceteris per eũ imponeret. Ille neque ex hoc dicat. Si lugebat sancta virgo, si quid patiebatur: hoc totũ spiritu & supra hominẽ fiebat: nõ carne, sed spiritu dei operãte. Flere siquidẽ, contristari, gemere, lugere, anxiarĩ: nequaquam supra hominẽ sunt dicenda, verũ hominis propria nõ dei, nõ proprie angelorum: mortaliũ tẽm hæc sunt. At eiusmodi compassiones propter causas iustas duntaxat amare, fidei est & diuine gratię. Alioquin (ceu in superioribus crebro dictũ est) non dixisset Christus, Beati qui lugent: quoniam ipsi consolabuntur. & in Luca, Beati qui nũc fletis: quia ridebitis. Et Apostolus, Si compatimur (inquit) & conregnabimus.

Hoc in ma

gno chro-

nicarũ vo-

lumine, mi-

hi folio

ccxxxv. vbi

de Beguar

dis agit.

Non hæc si me audiat Iacobus, aspernetur, non rideat sancti doctoris phrasim aut humilem texturam: non denique illi detrahat representationi seu imagini, qua fidelium pietati Christi mater ostenditur vt luctuosissima, in gremio gestans mortuũ filii corpus: quę vulgo dicitur Domina nostra de pietate, aut domina pietate & compassione affectissima. lugeat potius ac lamentetur quę sese fallendũ permisit demoni, vt ceteris per eũ imponeret. Ille neque ex hoc dicat. Si lugebat sancta virgo, si quid patiebatur: hoc totũ spiritu & supra hominẽ fiebat: nõ carne, sed spiritu dei operãte. Flere siquidẽ, contristari, gemere, lugere, anxiarĩ: nequaquam supra hominẽ sunt dicenda, verũ hominis propria nõ dei, nõ proprie angelorum: mortaliũ tẽm hæc sunt. At eiusmodi compassiones propter causas iustas duntaxat amare, fidei est & diuine gratię. Alioquin (ceu in superioribus crebro dictũ est) non dixisset Christus, Beati qui lugent: quoniam ipsi consolabuntur. & in Luca, Beati qui nũc fletis: quia ridebitis. Et Apostolus, Si compatimur (inquit) & conregnabimus.

Matth. v.

Luc. v.

ii. Timo. ii.

¶ Propositio. CXXXVI.

Duo illi discipuli, quibus in Emaus euntibus se Christus iunxit, cognouerunt eum, non ex signo quidem, aut modo fracti panis: sed quia ea figura ac forma esset eis restitutus, qua soliti fuerant eum cognoscere.

¶ Confutatio.

Hoc omnino voluntarie assertũ est ab Iacobo: & merito falsum reputandũ venit. Ita enim in primis habet sancti Lucae cõtextus: Factum est dum recubaret cum eis Iesus, accepit panẽ & benedixit ac fregit, & porrigebat illis: & aperti sunt oculi eorũ, & cognouerunt eum: & ipse euauit ab oculis eorum. Quid quæso, hæc sibi voluit: accepit panẽ, benedixit, ac fregit: & porrigebat illis, & aperti sunt oculi eorum: nõ certe oculi corporales, nõ enim clausi erant: sed oculi mentis. quod est: occasione ex admirabili modo quo panẽ solitus erat beatorũ tactu manuum diuidere accepta: ad se reuersi cogitauerunt & nouerunt per fidẽ, quia dominus eorũ esset. Vnde nõ vacat quod cum dixisset Lucas: Accepit panẽ & benedixit, quasi adhuc sedes & persans hæc duo nullo egit miraculo. non tamẽ subiungit: & porrexit illis: sed ait: Et porrigebat, quasi diceret: porrigendo aduerterunt peculiare eius frangendi panis formã: & subito disparuit. Non dicitur quę alia specie sese eis exhibuerit ab illa: quã per viã & in mensa accubens monstrauerat. Verũ literę ipsa vis subindicare videtur, quod paulo post aperte dicitur: videlicet quę duo illi discipuli sero narrabãt ap̃lis & discipulis presentibus quę gesta erant in via: & quomodo cognouerunt eum in fractione panis. Quid posset clarius dici, in fractione reuera, hoc est per fractionis propriũ illius modũ: eũ cognouerunt, id est cognoscendi per fidẽ argumentũ acceperunt. Nempe nullus cuiusuis assertionis nouũ elicit fidei actũ: nisi concurrẽte motiuo. Improbabile autem omnino est, quę (vt ait Iacobus) illis se monstrauerit Christus in figura & forma qua soliti fuerant eũ cognoscere. Illa etenim erat mortalis, in qua nõ inuenitur forsan, quę celebrata resurrectione cuiuspiã apparuerit. Magdalene enim vt hortulanus seipsum ostendit: & per vocẽ illum, nõ per formã aut figuram cognouit. Apostoli autẽ eum in cenaculo intuentes putabãt pharãsa esse. Præterea ad mare Tyberiadis in eo mari laborãtibus Petro & sociis, qua si ignotus viator aliquis foret: dixit. Pueri nunquid pulmentariũ habetis? & nõ cognouerũt discipuli quia Iesus est. Et de ceteris apparitionibus ita reor sentiendum: quę videlicet post gloriosę resurrectionis celebratũ mysterium, nulli in plena forma passibili & mortali (quã tamen omnino potuisset) voluit sese monstrare: at in quadam alia, prout expedire videbatur his quibus apparebat: Non autẽ in illa gloriosa, qua solus se monstrat beatis: quoniam sensus mortalis hominis non idonei sunt aut capaces, qui intueri valeant gloriam corporis cuiusque beati. Quod inde conuincitur, quę tres illi B. Apostoli Petrus, Iacobus, & Ioannes, mysteriũ transfigurationis (quę duntaxat species quædam aut vestigium glorię fuit) sufferre nequiverunt: verum in faciem suam ceciderunt, & timuerunt valde. Et est quod Apostolus ait post Esaiã: Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit: quę præparauit Deus iis qui diligunt illum.

G  
Luc. xxxiii.

Luc. xxxiiii.

H

Ioan. xx.

Ioan. xxi.

Matth. xviii.  
i. Corin. ii.  
& Esaiã.  
lxiii.

¶ Propositio. CXXXVII.

Pœnitentia nostra nequaq̃ nos saluat: sed nomen domini nostri Iesu Christi, sed fides, sed gratia & beneficium eius.

¶ Confutatio.

Error iste in præcedētibus sæpius refutat⁹ est: & cōsimiliter is qui sequitur.

¶ Propositio. CXXXVIII.

Esaiæ. liii.

In pœnis Christi non in nostris, neq̃ in nostra exteriori pœnitentia: & cruce eius non in nostra, nobis peccata remitti apertius testatur Esaias, cū ait. Ve re langores nostros ipse tulit &c.

¶ Propositio. CXXXIX.

Cum vocamur ad pœnitentiam: nō nisi ad hanc fidem vocamur, qua scilicet credimus per Christi passionē peccata remitti. Cui fidei & imitationem crucis domini, id est passionis qua sumus redēpti: pro gratia nobis indulta adiungere possumus. At non in hac: sed in illa confidere debemus.

¶ Propositio. CXL.

Cruce tua in te nihil est, sed in Christo omnia est: Huius cruce saluare potens est: tua impotens. Et hac fide habita, difficile peccat homines, quod æstimandum sit: quia spiritus fidei, qui est spiritus Christi & amoris, seruat eos.

¶ Confutatio.

**I** Quæ sint hæc omnia in fide erronea ac pernicioſa moribus, utpote per quæ homines miseri stulta in Christi meritis & pœnis cōfidentia decepti, pœnitentiæ negligunt opera, quæ re vera humanus refugit sensus: animaduertere haud difficile est volenti appendere, quidnam illis annunciat euangelista Faber. Cum vocamur ad pœnitentiā (inquit) non nisi ad hanc fidem vocamur, quia credimus per Christi passionē peccata remitti: cui imitationē crucis pro indulta gratia adiungere possumus. quasi diceret: hoc gratias agendo possumus si libet: nō tamen opus est: quoniam omnia nostra peccata credendo solam, ut dictum est, remissa sunt. Quid mūdo gratius dicere poterat pseudo aliquis theologus? Homini huic dubio procul mūdo ipse, id est mūdi amatores & sui corporis, haud immerito dicere visi sūt illud Esaiæ. Nolite aspicere nobis quæ recta sunt: loquimini nobis placentia: videte nobis errores. Hæc utiq̃ egit Faber, eo infœlicius quo amplius magnā præse fert modestiæ virtutūq̃ ceterarum speciē, & quo magis illū summū opinati sunt theologorum, incauti: quorū non paruus est numerus. Cæterū quid magis scripturis contrariū, & moribus peccatorū exitiosum dici posset: quæ asserere fidē ad salutem sat esse: quam qui habent, difficile peccant &c. Non erāt profecto infideles, sed Deo vni credebāt quos ad pœnitentiā vocabat Ioānes Baptista. & non est quispiā ita cæcus (modo hac nouorum theologorum delusus non sit traditione) qui nō videat innumeros hominū, quos si roges credant ne quicquid Faber credit, quin & quicquid ecclesia: Respondebūt audacter nec mendaciter: credimus: & tamen peruerse viuunt aut flagitiose. Hoc cōspicere est in quolibet hominū genere. quot sunt verbi causa episcopi & sacerdotes, quot theologū, quot monachi (ut hic nobiles & militiæ deditos homines, cæterosq̃ omnes fileā) perperā viuentes, id est in multis dei mandata passim trāsgredientes: Eiusmodi autē hominibus nō sunt fidei ar-

Esaiæ. xxx.

Matth. iii.

riculi prædicandi: credunt enim. Quid igitur? non sunt ad pœnitentiā vocandi verbo, minis, & intētatione æternarum pœnarum a peccatorū somno excitandi ac prouocandi: sunt certe: nullus nisi qui insan⁹ sit hoc ambigit. Et quoniā Faber fecus docet: dixerim eius doctrinā hereticā locis prope infinitis esse moribusq̃ dānosissimā, & eas ob res flammis & sulphure persequēdā potius quā lectitandā. Sic me loqui veritatis amor & zelus (fateor) cōpellit. Nam & post præmissa, de ista credulitate agens, subiungit ille dicens. Qui hoc semel intelligit, quod Christus est nobis omnia, ut re vera est: ipse omnia intelligit. Lectores iudicēt, quæ recte ipse qui loquitur, omnia intelligat. Somnia etenim sunt hæc & anilia deliramenta.

¶ Finis Annotationum in Commentarios super Lucam.

## ANNOTATIONES IN COMMENTARIOS IACOBI FABRI SUPER EVANGELIUM IOANNIS.

¶ Propositio. CXXI.

Christus in cruce nō solum peccatum vniuersale, id est originale: sed etiam particularia tulit: ut in eo solo speremus qui peccata nostra tulit anteq̃ peccaremus. Quid igitur restat habendū? sola fides & amor. Nā fides & amor, peccati mors sunt, & vita iustitiæ.

¶ Confutatio.

Hæc omnia fuere in prioribus expugnata.

¶ Propositio. CXXII.

Non arbitror dominum, qui signo & præsentia sua voluit nuptias honorare, ne malè crederentur: sponsum a thoro reuocasse, ne legitimum nuptiarū opus, quæ est prolis procreatio, malum crederetur.

¶ Confutatio.



Eccliare hoc habet Iacob⁹, ut quæ ipse mente fabricat: nihil cunctetur cum sanctorū doctorū præferre scriptis, tum scripturæ. En duos ecclesiæ præcipuos magistros in Fabrū produco: beatos scilicet Hieronymū & Augustinum. Ille siquidem de dilecto discipulo verba faciens: Hic est (ait) Ioannes euangelista vnus ex discipulis domini: qui virgo a deo elect⁹ est, quæ de nuptiis volentē nubere vocauit deus. Cui virginittatis in hoc duplex testimonium datur in euangelio: quod & præ ceteris dilectus a deo dicitur, & huic matrem suam pendens in cruce commendauit domin⁹, ut virginem virgo seruaret. Alibi quoq̃: Ioannes ap̃s, euangelista (inquit Hieronymus) a Christo electus atq̃ dilect⁹, in tanto amore dilectionis vberior habitus est, ut in cena supra pectus eius recumberet, & ad crucem astanti soli matrem propriam cōmendasset: ut quæ nubere volentē ad amplexum virginittatis asciscerent, ipsi etiam custodiendā virginem tradidisset. sic Hieronym⁹. Augustinus vero sic. Ille siquidem est Ioannes, quem dominus de fluctuaga nuptiarū tempestate vocauit: & cui matrem virginem virginem cōmendauit. Consenta-

Cap. primo

Cap. ii.

Prologo in euangelium scdm Ioan.

In prologo lib. Apoca.

Prologo tractatus super Ioan.

In anti. lib.  
iii. de conu-  
uer. coniu-  
ga. ca. Vez  
Eodē ti. ca.  
Ex publico  
Matth. xix.

nee autem ad Christi de Ioanne factum, per duos hos relatam testes, aplica sedes (eā regente Alexandro, nominis huius tertio, viro pcellenti: vt in qua-  
dam eius decretali ep̄la legitur) ad insequentē definiuit modū. Post consen-  
sum legitimū de presentī: licitū est alteri, (altero etiā repugnante) eligere  
monasteriū (sicut sancti quidā de nuptiis vocati fuerūt) dummodo carnalis  
cōmixtio non interuenerit. Alia rursus ep̄la eandē firmans sententiā: adiicit  
dicēs. Sane qđ dñs in Euang. dixit, nō licere viro nisi ob causā fornicationis  
vxorē suā dimittere: intelligendū est secundū interpretatiōnē sacri eloqui,  
de his quorū matrimonium carnali copula est consummatū: sine qua confir-  
mari non potest. hęc ibi. Quod autē dicitur: sicut sancti quidā de nuptiis vo-  
cati fuerūt: verificari potest de beatis cōfessoribus Alexio, Machario, & Am-  
monio, necnon de sancta Cecilia, sancta Pelagia virgine, aliisq; plurib⁹. Nō  
fuit igitur vnde arbitrari deberet Iacobus cōtra tā valida testimonia catho-  
licorū doctorum & apostolicam censuram, Christum Ioannē non reuocasse a  
nuptiis: & suum orbī transmittere arbitrium, vt quod etiā moribus obesa  
se potest, prodesse nō potest. Qđ deniq; pro causa subnectit, ne scilicet pro-  
lis procreatio mala crederetur: nullius omnino momenti est. quoniam aliis  
mediis docuit plus satis Christus, ob eam causam potissimū institutum fuis-  
se coniugium. Voluit autē ip̄so facto mōstrare, quod postmodum per Apo-  
stolum Paulum docuit verbis & scriptura, dum ait. Alligatus es vxori: noli  
quærere solutionem. Solutus es ab vxore: noli quærere vxorē. Si acceperis  
vxorem: nō peccasti. & si nupserit virgo: non peccauit. Tribulationē tamen  
carnis habebunt huiusmodi, & post nonnulla concludēs ait. Igitur: & qui ma-  
trimonio iungit virginē suam: bene facit. & qui non iungit: melius facit. &  
iterum: Beator tamen erit, quæ scilicet innupta est mulier: si sic permāserit  
secundum meū consilium. Puto autē, quia & ego spiritum dei habeā. Hęc  
per Apostolum dñs. Porro si nō decuit Christū auocare a nuptiis sponsum,  
ne crederetur liberorum mala esse procreatio: neq; decebat hęc per Aplm  
literarum monumentis dari: quod asserere blasphemum esset.

¶ Propositio. CXLIII.

Cap. iiii.

Cibus Christi nō carnalis, sed spiritalis erat: quæ erat doctrina spiritalis  
voluntatis. Proinde nullus alius cibus ad verū dei cultū, qđ dei verbū (quod  
per filium a deo patre est mandatū) recipiendus. quod si cupim⁹: solum se-  
quamur euangelium, sanctasq; scripturas.

¶ Confutatio.

N Ecce non tēdet Fabrū pro Christo, & verbo eius cōcertare. Feruet enim zelo  
multo: vt eo solo retēto cetera queq; supprimātur. & (vti iam nō semel dixi-  
mus) nō videt sese in proprios manus violētās iniicere cōmētarios. Nullus  
(ait) alius cibus ad verū dei cultū, qđ dei verbū recipiendus est: quod si cupi-  
mus, solum sequamur euangelium sanctasq; scripturas. Nō sunt autē Fabri cō-  
mētariū, euāgelium: aut bibliæ sanctę portio aliqua. Cæterū quis in prioribus  
perniciosus & schismaticus iste error decies reuulsus est: nos tñ vrget crea-  
bra eiusdē iteratio, ne oīno fileamus. Et præsertim qđ videamus ipsū Fabrū  
vbius potest occasiōes scrutari: vt in omnia hominū scripta deblateret, de-

rogetq; illis. qđ vel hoc in loco facile est percipere. Nempe aliā non habuit  
hic latrandi causam: nisi quia apls qui Christo dicebāt, Rabbi māduca: re-  
spondit: Ego cibū habeo manducare: quē vos nescitis. & rursus. Meus cib⁹  
est, vt faciā voluntatē eius qui misit me. Quæ dicta fuere ad fontē illum Iacobi: vbi Samaritanę locutus est dñs. Quid autē hęc Christi verba cōmune  
habent cū humano iure: quid ad pia hominū scripta? Vt vero cōstricti⁹ (qđ  
& prætere hęc videtur Faber) loquamur, videlicet de his quę diuinū cō-  
cernunt in tēplis & cleri officiis cultū: appendamus iustū ne decens aut qđ  
expediat, hortetur nouus iste apostolus. Magna profecto decernit authorita-  
te, vel vt rectius dicam temeritate, nullū recipiendū esse in diuino cultu ci-  
bum, id est materiā aut scripturā: præter euangelium, & quæ sunt in sacro bi-  
bliæ volumine. Eia si nouū Iacobi dogma recepisset (vti sperabat futurū)  
ecclesia sancta: iam in sacris eiusdē officiis nulli legerētur aut concinerētur  
hymni, nullę profæ, nullę sanctorū vitę aut legendę recitarentur: nihil de  
benedictionibus ecclesiarū, altariū, cęrei paschalis, & similibus: nulla deniq;  
cantica fere audirentur: qđ eorū per pauca ad verbū in scriptura inueniri pos-  
sunt: Non vltra pro missarum de sancta Dei matre introitu caneret quisq;  
Salve sancta parens. aut: Gaudeamus omnes in domino. aut pro defunctis:  
Requiem æternā &c. & sic de infinītis. Quis hęc Fabri legens decreta: non  
demiretur extremam viri presumptionem? In his omnibus sese discipulum  
monstrat VVitclē heretici olim pro meritis execrati.

¶ Propositio. CXLIIII.

Seruitute humana Iudei quibus loquebatur Christus dicens: Si vos in ser-  
uomone meo māseritis, veritas liberabit vos: nō erant serui, neq; vnq; fuerant.

¶ Confutatio.

Cū certū ex scripturis cuilibet, qui vel in superficie eas percurrerit, existat  
Hebręorum gentē longa fuisse in Ægypto seruitute detentam, vbi tādē  
in luto palea & lateribus seruire cogebātur: Prætere cū illinc redēpti fuis-  
sent, propter eorū impietates & blasphemias deinceps a deo sapius in serui-  
tutem & prædā dati fuerunt, nunc Ægypti regib⁹, nunc Syrię, alias Assy-  
riis aut Babylois cæterisq; vti ex libris Iudicū ac Regum manifeste con-  
stat: & deniq; in Romanorū potestatem. alioquin tributum Cæsari quomo-  
do pendebāt: cur suis incūbere ceruicibus sinebāt Cyrinū præsidem, Pilatū,  
Centuriones, & officia cetera imperatorū: qua item de causa vniuersus Iu-  
deorum populus protestatus est dicens: Non habemus regē nisi Cæsarem?  
Cum inquā ita sese res habet: vnde moueri potuit Iacobus asserere, Iudæos  
nunq; seruituti humane suppositos fuisse: ipse viderit.

¶ Propositio. CXLV.

Adeo stolidē agunt qui sua intelligentia, diuina, & ea quæ sunt supermun-  
dani spirit⁹ capere satagūt: ac si ceruus aut vrsus suo sensu capere vellet in-  
telligentiam hominis, quam ipse suo spiritu suoq; sermone depromit.

¶ Propositio. CXLVI.

Sacrorū voluminū intelligentia ab eo ferme tēpore labefactata est & iaceta:  
quo cœperunt studia, humana indagatione illam velle capere.



## ¶ Propositio. CXLVII.

Et sane humana ratio, stulta, stolidā, & temeraria est: quæ credit suis machinis, suis disceptationibus ac ratiociniis posse illam eruere.

## ¶ Confutatio.

Q In superioribus multa scripta fuere: per quæ omnia ista Fabri asserta confutantur. Ad cumulum autē ignorantia ac temeritatis propriae merito Deus hæc permisit illum euomere. Quandoquidē palam iam factum reor, horum opposita dogmatū verissima, in assertoris facto euidentissimam cōprobationem habere. Videlicet ipse qui humano studio, improbis vigiliis ac laboribus cū assiduīs orationibus pro diuini auxiliū imploratione dedignatus est in sacrarum intelligentiā literarū aliorum studentium more velle introire: dignum sese arbitrans, qui reuelationibus hoc est angelorum & non hominum ministerio illustraretur. Ipse inquam qui noluit instar sanctorum Thomæ, Bonaueturæ, probatorūq; aliorum theologorum instrui: at potius eorum fastidiuit doctrinā, quam hic detestabili præsumptione labefactatā & iacentē prædicare nō erubuit: ad hæreticorū modos conuersus est: vnde portauit q̄ ab eo videm⁹ eructata: q̄ re vera totā labefactarūt doctrinā Christi.

## ¶ Propositio. CXLVIII.

Ca. x. Alieni a vero pastore Christo: primo sunt hæretici & infideles. Secundo qui docent doctrinas hominū: etsi pietatē & religionē continere videātur. Placeat enim Deo religio quam per verū pastorem posuit. Iccirco bene educatæ & institutæ oues: hos quoq; tanq̄ alienos diffugiunt.

## ¶ Confutatio.

Hæc sunt superius improbata

## ¶ Propositio. CXLIX.

Cap. xi. Apostoli & discipuli ante aduentū spiritus sancti vt plurimū agebant: Post vero aduentum spiritus sancti: agebantur,

## ¶ Propositio. CL.

Et licet homines agēdo & bene quidem agendo probandi sint: multo tamē beatiores sunt qui aguntur: etsi nunq̄ agerent, sed semper agerentur.

## ¶ Propositio. CLI.

Quo fit vt plus sit hominem agere vt instrumentum, q̄ vt causam agere: & magis optandum semper esse instrumentum, q̄ aliquando dominū & suarū actionum causam. Quandoquidem hic homo q̄tuncq; bonus sit, non nisi humanus est ac terrenus: ille diuinus & cœlestis. Hic non nisi gentilitie sapit: ille diuine. Hunc Philosophi docent: illum sapientia dei.

## ¶ Propositio. CLII.

Tunc ergo cum Thomas dixit, Eam⁹ & moriamur cum eo: agebat nō agebatur. Sed cum postea dixit: Dominus me⁹ & deus meus: agebatur non agebat. Actio rudis est: passio perfecta: illa cæca: hæc videns.

## ¶ Propositio. CLIII.

Actio nostra nō attingit fidē: nisi forte parū admodū, sed passio illā operat⁹.

## ¶ Propositio. CLIII.

Qui dono dei intelligit in scripturis, quæcūq; sunt illæ & quorūcūq; quæ

nam sunt agentū, & quænam patientium: diuinum discernit ab humano.

## ¶ Propositio. CLV.

Deus est qui pro benignitate sua & actionē non cōtēnit: & passionē (quā licet nobis dicere energiā in actionē) dulcissimū suæ gratiæ donū infudit.

## ¶ Confutatio.

Re vera omnia hæc Iacobi paradoxa, in eius sunt iniecta mētē a spiritu quo R  
piam: non enim illa didicit agendo: cum neq; in philosophis neq; in theologorum libris talia potuerit inuenire. Cum vero ex superioribus crebro fuerint quæ hic pro præcipuis repetuntur cōfutata, sintq; per semetipsa in falsitate notissima: cōsequēs est vt non a spiritu veritatis sed erroris prodierint. Q̄ pulchre autē sibi aduletur Faber eiusmodi fragmenta cōpingens, dū colligere vult q̄ instrumentum dei sit in omnibus quæ scribit: quia scilicet agitur & non agit: & ita beatus est ac diuinus, nō autem humanus & terrenus, quoniam non eū philosophi hæc docuerūt, sed (vt ait) sapiētia dei: quis nō aduertit: vnde rursus ipse prætedit vt scripta sua sint diuinū ius: quia scilicet dulcissimū donū Dei, quod illi infudit vt idipsum nobis refunderet. O inauditam infelicitis vere hominis temeritatem. quis in ceteris scriptoribus his vnq̄ similia legit: Per hæc vtq; plane manifestātur plurima, quæ in præcedentibus poterant quibusdam ambigua videri: q̄ nos vt potuimus illa confutando nisi sumus refecare, secundū intelligentiā: quam certe nō meminimus, hic ita ad nudū esse declaratam. Porro dicēs hic Iacobus hominē S  
in melioribus bonis nō agere sed agi, id est pati solum: liberum secludit arbitrium, merita relegat, iniquitatis deum arguit, & omnē excludit iustitiæ rationē. Si enim per se deus seclusa omni hominis actione, in nobis quæ meliora sunt infundit: q̄ hic minus de meliorib⁹ habeat, ille plus, aut q̄ alter nihil habeat, creaturæ impurari non poterit. Nouū autē valde est quod ait, actiones deum in homine, quæ scilicet ab eo nō sunt, minime cōtēnere, aut enim actio quam Iacob⁹ fabricat pro sua theologia, iusta & pia est, & p̄ hoc deo grata: aut omnino peccatū est. Primum si detur: fatēdum necessario venit actionē talem opus esse dei, cum nihil esse possit in mundo rectū & piū, cuius nō sit causa prima deus: sin peccatum dicat: blasphemare cōuincitur, dum ait Deum eiusmodi actionē non cōtēnere. Siquidē ipse nō modo cōtemnit, quodcūq; peccatum: sed & perpetuo damnat execraturq;.

## ¶ Propositio. CLVI.

Cum in Christi persona scriptum sit Torcular calcaui solus, & de gentib⁹ non est vir mecum: quis est qui se adiungere illi ausit & dicere: Pro peccatis meis, piis officiis suffragiis pœnitētiis etiā quibuscūq; satisfaciam, aut satisfeci. Nonne seipsum faceret sui saluatore, redemptorem, liberatorem: & Christum negaret?

Esaiæ. vi.

## ¶ Propositio. CLVII.

Vbi sunt nunc, qui sese credunt propriis operibus liberare a peccatis: hanc gratiam intelligant, se soli Christo dño debere: & definant meritorū opera iactare.

## ¶ Confutatio.

Sæpius fuerunt in suis radicibus ista in superioribus cōfutata. Verū ne glo T

rietur Faber cogitans se purius aliis fuisse his de rebus locutū: definatq; iactare semetipsum q; dixerit: definant homines iactare meritoꝝ opera. Nouerit deo probatum esse & gratū quod tantopere cōtendit ille damnare: scilicet q; nulli in meritis confidere liceat. Porro si verū Faber predicaret: nō respondisset per prophetā Esaiam Ezechie regi, deus dicēs. Hęc dicit dominus deus Dauid patris tui, Audiui orationē tuam: & vidi lachrymas tuas. Porro regis Ezechie oratio quæ deo placuit: fuit eiusmodi. Obsecro domine, memento quæso quomodo ambulauerim coram te in veritate, & in corde perfecto: & quod bonū est in oculis tuis fecerim. Ecce vti Deū placet Ezechias, propria proponit merita: quod deus magnifice laudauit. Alia ergo cogitet Faber si a nobis audiri velit: quoniam in his miserime delirās sibi addictos miserabilius fallit.

Esai. xxxvi.

¶ Propositio. CLVIII.

Capit. xii.

Omnium qui ab hominibus propter pia in deū officia patiuntur, laus a deo est: sed nō iccirco statim eos colere oportet, & tanq̄ deos adorare: sed deum ipsum solum.

¶ Propositio. CLIX.

Si ad Christū accedis, & cōfidis bonitate alterius ad ipsum admissū iri: male accedis, & fidē eam non habes quam habere debes. Nam bonitate eiꝝ ipsius admissum iri confidere debes: nō alterius. Alioquin plus bonitati alterius cōfidere videris, q̄ Christi: & credere alterū erga te magis bonū, pium, & misericordem q̄ Christum. & in hoc summæ bonitati, pietati, & misericordie iniuriā facis, & es pie impius: atq; hæc pietas tua est stulta pietas, & fidei (quæ vna est & ad vnū esse debet) defectus. Non ergo alterius bonitati confisus venias ad Christum.

¶ Confutatio.

V Hęc omnia, quibus sanctorū omnium venerationi non obscure derogat Faber, sed palam: in prioribus aut cōfutata sunt, aut quibus & vbi fuerunt per Clichtoueam expugnata non tacuimus. Nec authorē iustificare queunt nō nulla, quæ addit dicēs. Non vetare se quin possit fidelis sanctā dei matrem aut sanctorum aliū quempiam adire &c. quandoquidē vult tandē & ait, petere nos potius a deo debere q̄ ab ipsis sanctis: vt sanctorū suorum pro nobis apud se admittat precū orationūq; suffragia. Vnde liquido cōstat ipsum Fabrum reprehendere, impiūq; ac stultū decernere: q; ecclesia clamans orando dicit. Sancta Maria, ora p nobis. Sancte Michael, ora pro nobis. Sancte Ioānes, ora pro nobis. & ita de cæteris. Quod cogitasse & tradidisse literis mūdo: extremæ fuit dementiæ & plane schismaticum.

¶ Propositio. CLX.

Prophetare nō est agere, sed agi, atq; diuinū quid pati. Immo quicquid in nobis sublime fuerit, siue in scientia, intellectu & cōsilio, siue in sapientia, pietate, & timore ac reuerētia dñi, & similibꝫ: nequaquā id nobis agentibus euenit.

¶ Confutatio.

X Huius dogmatis falsitas, q̄ illud sit & philosophis inopinabile, & sanę dīuinorū eloquiorū intelligentię contrariū: iam iam decies explicatū fuit. Cę

terum & per ea quæ in cōsequētibus hic Iacobus scripsit: erroneū plane cōcludi potest. ait, eū. Ioannes subdit qua occasione primū moti sunt Iudæi: vt cum palmis exirent obuiā Iesu &c. & paulopost. Occasionēs autē quæ a deo dātur: semper bonę sunt. quas si sequimur: videmus q̄ propte spiritus sancti operatio sese ingerat nobis, iam nō per occasionē, sed per spiritū dei operantibus. Eandē quoq; occasionē habuerāt Pharisei: qui tñ indigne tulerūt hūc honorē filio dei iuxta oracula prophetarū (quæ falsa esse nō poterāt) fuisse impēsū. sic Faber. Mirū autē ita illū ab recto auersum: vt non videret quoniam ex quo eandē profusius pie agēdi occasionē habentiū, nōnulli sunt ea religiose vti, cæteri vero nō voluerūt sic agere sed abuti: oīno magis illis placuit istā effectū diuersitatē non potuisse a solo depēdere dño, sed a voluntatis arbitrio: sicuti centies antea dictū est. Quo in facultate plenissima habet homo: excitanti deo obcedere, & operari secundū diuinū motū. Quod vel hic apertissime nos docuit, nō seipsum, horū scriptor: qui nec videre potuit, quia si vera locutus est: falsa locutus fuisse cōsequēs est prophetas, qui hoc futurū pręnunciauerūt, & euāgelistas sacros, qui nobis re nunciauerūt gestā. Porro B. Mattheus, Marcus, Lucas, & Ioānes in hoc cōsentiant, q; turbæ quæ pręcedebāt & sequebātur, clamabāt dicētes. Osanna filio Dauid. & quis nō id verbis eisdē exprimant: cōcors tamen omnū est eadē sentētia. Quando igitē sancti euāgelistę quatuor, Hebręorū pplm testātur clamasse dicētes, Osanna, non in eis spiritū dei solū. Faber autē ait nihil illos egisse: vnde cōcluditur nō eos clamasse, ac dixisse Osanna &c. cōnexionū rōne sit, Iacobū falsum oīno scripsisse. Et qm hoc de euāgelistis asserere, intolerabilis est blasphemia: non debuit sane Faber a loquēdi forma scripturarū & catholicorū doctorū sese alienū exhibere: quo quasi nouator reꝝ, & oīm corrector videret.

Michee. i.  
Zacha. ix.  
Y  
Mat. xx.

¶ Propositio. CLXI.

Vetus mandatū est: Diliges proximū tuū sicut teipsum. Nouū est, Diliges proximū tuū sicut Christus dilexit te, qui vitā suā tradidit propter teipsum. Ergo tā differt nouū a vetere, q̄ spūs a carne, & quodāmodo deus a natura.

Cap. xiii.

¶ Propositio. CLXII.

Vetus dilectio secundū naturā: noua supra naturam. Illa extra deū hæc tota in deo. Illa propter se & amore sui: hæc propter deū, etiā amore sui excluso.

¶ Confutatio.

Hęc veteris & nouę dilectionis (quā designauit Iacobus) differētia, multum per omnē modū iustificabit quod frequētius aspere illū redarguimus, asserentes doctrinā eius in q̄ plurimis & pugnare secum, & veritati catholice repugnare. duo nāq; ista non difficile monstrabimus Iacobo impræsentiarū infeliciter satis vsuuenisse. Agedū in superioribus, scilicet Marci. xii. de dilectionis differēs præcepto ita ad verbū (ceu ppositionibus. LXXV. & LXXVI. videre licet) scripsit: hoc legis mandato, Diliges proximū tuū sicut teipsum, dominus secundū humanitatē designatur. quod in Parabola Samaritani Lucæ decimo, declarare dignatus est. hæc itaq; dilectione proximi in omnibus nō diligitur, nisi Christus. sic illic Faber. Hic vero quidnam dicat audito, Vetus inquit mandatū est: Diliges proximū tuū sicut teipsum.

Leuiti. xix.  
Matth. xxii

Cui dogmati si nihil adiecisset: haud illud refutaremus, q̄ dubio procul & vetus esse mandatū & nouū, proxime idē ipsū docebim⁹. At dum secutus ait, illud ab altero quod nouū dicit & re vera est differre, vt spirit⁹ a carne, deus a natura, q̄q̄ extra deū sit, vt pote cuius finis sit creatura: euidentē pugnat aduersus semetipsū. nequaquā em̄ coire valēt ista: Vetus dilectionis mādatū hoc, Diliges proximū tuū sicut teipsum, de dilectiōe datū est qua Christi secundū humanitatē diligere debemus: q̄q̄ per illā iussam dilectionē in omnibus nō diligitur nisi Christus: Et q̄ mādato eodē p̄cepta dilectio, solam respiciat carnē & naturā, & proinde extra deū sit. Hęc in quā luce meridiana clarius apparent sibi tota diametro repugnare, nullo scilicet min⁹ q̄ (vt cū Fabro iudā verbis) spiritus & caro, deus & natura, aut pertinētius, vti peccatū & opus meritoriuū deoq̄ gratissimū. Et licet in philosophorum (quā aut redargutionē vocitant aut cōtradictionem) metham prolabi non parū dedecet doctorē, & p̄sertim vbi de diuinis differit: longe tamen infelicitius etiā hic Iacobo accidit. vnde nō possum satis obstupere, hominē videlicet id genus tam profundo sepultū fuisse somno, vt vigilans scribendo non animaduerteret apertā quam deo irrogabat blasphemā, euidentem per se (fide supposita) hęc res inuoluentē: quod quidē infaustū admisit facinus asserens deum p̄cepisse actus qui nō nisi peccata esse possunt. **Q̄** si reclamet quispiā dicēs. Absit hoc, vt vel vnq̄ cogitauerit Faber: optime enim nouit ille Deum omne in vniuersum prohibere peccatū. porro si etiā minimū iuberet aut admitteret lex eius crimē, iam nō immaculata diceretur, nō vq̄ quaq̄ sancta: quod dicere extrema esset blasphemā. hęc equidem probo ratiocinationem. Quod autē colligit ex Iacobi dictis probe conficitur. Nimirum ipse ait. Vetus mādatū est, Diliges proximum tuū sicut teipsum. quod quidem tantū differt a nouo, q̄ spiritus a carne. Nec non & q̄ dilectio quę illo vetere p̄cipitur mādato extra deum est habetq̄ diligentē vltimū finē: & sic est creature finitio. q̄ vt ait Augusti, sūma pueritas est. Ecce vides Iacobū asseuerare illo vetere mādato, Diliges proximū tuū sicut teipsum, q̄ certissimū est a deo datū fuisse hominī diligēdi, actus p̄cipi, qui extra deū sunt, & amorē sui finē habēt nō deū. sunt igitur peccata q̄ p̄cipit fieri de⁹. O miserā hoīs sortē, qui doctoris prius officiuū aggressus est, q̄ se in discipulina sub p̄ceptoribus cæterorū more exercuerit. Cæterū quo pacto cogitauit ipse diuinū illud mādatum dūtaxat vetus esse & carnē respicere, & non etiam nouū veraciter: differre q̄ vi propria ab eo quod Ap̄lis dixit Christus: Mandatum nouū do vobis, vt diligatis inuicē sicut dilexi vos. Cum videret illud vt sic dicam per Christi euangeliū eius proprio sermone renouatū. vt in Matthæo legimus vbi ait: Secundū, scilicet magnū mandatū, primo simile est, Diliges proximū tuū sicut teipsum. & per Ap̄lm Paulum dei spiritus dixit (quēadmodum in superioribus dictū est) Nemini quicquid debeatis nisi vt inuicem diligatis: qui enim diligit proximū, legem impleuit. Nam nō adulterabis, non occides, non furaberis &c. in hoc verbo instauratur, Diliges proximum tuum sicut teipsum. Ecce (vt ita loquar) quod vetus solum esse putauit Faber mandatū, non modo per nouam Christi legem inno-

Ioan. xiii.

Matth. xxii

Roma. xiii.

B

uatur, verum & in capite omnium erigitur per Apostolum a deo mandato. Neq̄ enim dicit Paulus: Diliges proximū tuum sicut Christus te dilexit. verum propria resumit veteris mādati verba, dicens Sicut teipsum. **Q̄** insipienter autem putauit secū Faber, & dein orbi scripsit: per illud Diliges proximum tuum sicut teipsum, iussum esse dilectionis actum, qui solum carnem respiceret non spiritū, temporalēq̄ felicitatem nō Deum: quis non videat? Porro bis in eo delinquit: primo q̄ amor ille naturalis est legis: quam naturę author Deus cuiuslibet indidit sensibilibus speciei. Atqui etiā ipse Christus dominus noster hanc naturę legē in brutis experientia notam, nō confusus est aduersus deuiantes a iustis naturę eiusdē legibus Iudæos producere, dicens: Hierusalem Hierusalem quę occidis prophetas &c. quoties volui congregare filios tuos, quemadmodū gallina congregat pullos suos sub alas: & noluisti. Ex quo quidem Christi sermone, summa semper veneratione atq̄ reuerentia ducendo, duo colliguntur cōtra Iacobi theologiam. Primum quidem q̄ amor ille naturę cū sit ab animalibus cūctis inseparabilis: sese enim animans quodcūq̄ & suę speciei cætera indiuidua valere tēporaliter cupit, secundum spiritus Dei per Sapientem verbum, quo dictū est: Omne animal diligit sibi simile, sic & omnis homo proximū sibi: nimis stultum est cogitare ipsum naturę diligēdi actū deum p̄cepisse, dum ait, Diliges proximum tuū sicut teipsum. Alterū q̄ Fabri votis ex Christi verbo refragari videmus: istud est, q̄ motum illum amoris naturalis decernit Iacobus, p̄ter deum, & velut illicitū in homine esse. Illi autem quo ad hoc respōdeat beatus Gregori⁹. Is sane homilia quadā populo explanans hoc Christi verbū, Hoc est p̄ceptum meū, vt diligatis inuicē, sicut dilexi vos: sic ait: Qualiter sit ista dilectio tenenda, Christus ipse insinuat, qui in plerisq̄ scripturę suę sententiis & amicos iubet diligi in se, & inimicos diligi propter se. Ille enim charitatem veraciter habet: qui & amicum diligit in Deo, & inimicum diligit propter Deum. sequitur. Nam sunt nonnulli qui diligunt proximos, sed per affectum cognationis & carnis: quibus tamen in hac dilectione sacra eloquia nō contradicunt: sed aliud est quod sponte impenditur naturę, aliud quod p̄ceptis dominicis ex charitate debetur obediētie. Hi nimirum & proximum diligunt, & tamen illa sublimia dilectionis p̄mia nō assequuntur: quia amorem suum non spiritualiter, sed carnaliter impendunt. proinde cum dominus diceret: Hoc est mādatum meum vt diligatis inuicē: protinus addidit: sicut dilexi vos, ac si aperte dicat: ad hoc amate, ad quod amauit vos. sic Gregorius. Qui iuste profecto in primis Fabrum in eo retundit: q̄ reprobare videtur motum illum naturalis amoris, dum ait sacra eloquia non contradicere illis qui proximos per affectū cognationis & carnis diligūt. Deinde & in eo: q̄ eiusmodi amorē naturę a deo cōtēdit fuisse mādatū, dū ait, Diliges proximū tuū sicut teipsum. contra q̄ ait S. pater Grego. Aliud quod sponte impēditur naturę: aliud q̄ p̄ceptis dominicis ex charitate debetur obediētie, & quę sequuntur. Miserā itaq̄ hallucinatione lusus est Faber, opinatus aliud dñm p̄cipere voluisse mādato de dilectione pximi legis veteris, per nouā magnifice replicato, Diliges pximū

Matt. xxiii.

C

Ecc̄l. xiii.

Ioan. xv.  
Homil. 27.

D

Ioan. xiii.

Leuiti. xix.  
Matth. xxii

E

tuum sicut teipsum: & diligatis inuicem sicut dilexi vos. Nempe cōtrouer-  
 sia hæc quā fabricauit Iacobus, per scripturas multipharia dīrempa extitit.  
 Roma. xiii. In primis per verbū Apostoli prænotatū: quod cuiq; sat esse reor. Porro qđ  
 dicitur, sicut teipsum: ille explicuit dicens, Vt inuicē diligatis: quia dilectio  
 proximi malū non operatur. id est qui proximū diligit sicut seipsum, vt ille  
 ait: nullum deī trāsgreditur mandatū. quia qui diligit proximū: legem im-  
 pleuit. Et qđ Christus dominus aliud nihil prorsus præderit dicens, Sicut  
 dilexi vos, qđ dictū erat sicut teipsum: hoc est vt per omnū peccatorū fugam,  
 & obœdientiā deo in omnibus iussis præstitam, omnē proximū, id est homi-  
 nem, æterna cupias tecū promereri bona, Christus aperte satis alio in Ioan-  
 ne loco monstrauit. posteaq; enim dixisset: Sicut dilexit me pater & ego di-  
 lexi vos: manete in dilectione mea. adiecit ad rem dicēs: Si præcepta mea ser-  
 uaueritis, manebitis in dilectione mea: sicut & præcepta patris mei seruauit,  
 F & maneo in eius dilectione. Quid his amplius querimus? per ea certe cōstat  
 fideles inuicē seipsos diligere, sicut vnūquēlibet Christus dilexit, si deī omnia  
 Roma. xiii. seruent mandata. & Paulus dixit: Qui diligit proximū sicut seipsum, legem  
 impleuit, id est omnia seruauit mādāta. Idem igitur omnino est, inuicē dili-  
 gere sicut Christi homines dilexit: & proximū diligere sicut seipsum. Vnde  
 aperitur Fabri cōmentū, quo somniō quodā in visione cogitauit, vetus man-  
 datum esse, Diliges proximū tuū sicut teipsum: nouum vero, Diligatis inuicē  
 Leuiti. xix. sicut dilexi vos. Refellit autē penitus propriis dilectionis huius cul-  
 Mar. xxii. toris & procuratoris Ioānis euangelistæ testimoniis: immo potius Deī per  
 Ioan. xiii. eum: imple etenim de hoc ipso dilectionis mādāto agens ita nobis scriptū re-  
 liquit, vt illud idē & vetus & nouum cōtra Fabri dogma, & quidē manife-  
 i. Ioan. ii. ste doceret, dicēs: Charissimi, non mandatū nouū scribo vobis: sed mandatū  
 vetus. & quasi quæsiisset aliquis, cur vetus? (porro de hac loquebatur dile-  
 ctione) respōdet ille dicens, quod habuistis ab initio: hoc est etiā per Moyse  
 legē: quod explicat subnectens, Mādātū vetus est verbū quod audistis. Ne  
 vero paruideret quis illud, si tātum vetus foret mandatū: adiecit quoq;  
 beatus dilector Ioānes & ait: Iterū mādātū nouū scribo vobis &c. Ista autē  
 quæ dicimus cōprobat Augustinus his verbis. Quod mandatū vetus dixit  
 quod habebatis (inquit) ab initio. Ideo ergo vetus: quia iam illud audistis.  
 Tracta. pri- alioquin contrarius erit dño, vbi ait: Mandatū nouum do vobis, vt diliga-  
 mo expo- B. Ioannis. tis inuicē. Sed mandatū vetus quare? nō quia ad veterem hominē pertinet.  
 nes epistol. Ioan. xiii. sed quare? quod habebatis ab initio. Mandatū vetus, est verbum quod audi-  
 stis. Ideo ergo vetus: quia iam audistis. Et idipsum nouū ostēdit dicens: Ite-  
 rum mandatū nouum scribo vobis: non alterum, sed idipsum quod dixi, ve-  
 tus idem & nouum. quare nouū? quia tenebræ transferunt, & lux vera iam  
 lucet. Ecce vnde nouum, quia tenebræ ad veterē hominē, lux vero ad nouū  
 hominē pertinet. Sic ibi. Differēs autē alibi verbū quod præcipue iam agi-  
 tatur, scilicet Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem sicut dilexi  
 Tracta. sup- vos: idem gloriosus doctor Augustinus: Nonne (ait) iam erat hoc manda-  
 Ioan. xv. tum in antiqua deī lege: vbi scriptū est, Diliges proximū tuū sicut teipsum?  
 Leuiti. xix. Cur ergo nouū appellatur a domino: quod iam vetus esse conuincitur? An

An ideo est mandatū nouum: quia exuto vetere induit nos hominem nouū?  
 innouat quippe audientē vel potius obœdientē non omnīs, sed ista dilectio,  
 quā dominus mādāt, & vt a carnali dilectione distingueret, addidit: sicut di-  
 lexi vos. Nam diligunt inuicē mariti & vxores, parētes & filii, & quæcunq;  
 alia inter se homines necessitudo hūana deuinxerit: vt taceamus de dilectio-  
 ne culpabili atq; dānabili qua inuicem diligunt se adulteri & adulteræ, &  
 quoscunq; alios nō humana necessitudo, sed humanæ vitæ noxia turpitudine  
 coniungit. Mandatum ergo nouū dedit nobis Christi, vt diligamus inuicē  
 sicut dilexit nos. Dilectio ista nos innouat vt simus homines noui, hæredes  
 testamenti noui, cātatores cantici noui, sequitur. Hæc dilectio fratres charis-  
 simi, antiquos etiā tunc iustos, tunc patriarchas & pphetas: sicut postea bea-  
 tos apostolos innouauit. hæc Augustin⁹. Per quæ funditus subruuntur non  
 modo quæ hic delirādo scripsit Faber: sed & præcedentiū non pauca, quoad  
 G sanctorum patriarcharū, prophetarū, iustorumq; aliorū statū, qui ante Chri-  
 sti vixerunt aduentū. Augustini autē ista dogmata, & nostra quoad hæc fir-  
 mat beati Iob verbū: quo sese sancta illa dilectione quā postmodū Christus  
 docuit, locupletatū significauit dicēs. Si gauisus sum, id est nō sum gauisus  
 Ca. xxxi. ad ruīnam eius qui me oderat, & exultauī quādo inuenisset eum malū. vbi  
 Lib. mora, sanctus Gregorius ait. Omnipotentes deī nos esse discipulos, sola custodia  
 xxiii. capi, charitatis probat, & paulo post. Sciendum est (inquit) quia inimici dilectio  
 xxxviii. tunc veraciter custoditur: cū nec de profectu deicimur, nec de ruīna illi⁹ le-  
 tamur. & rursus post. Euenire plerūq; solet vt non amissa charitate & ini-  
 mici nos ruīna lætificet, & rursus eius gloria sine inuidiæ culpa contristet:  
 cum & ruente eo quosdam bene erigi credimus, & proficiēte illo plerūq;  
 opprimi formidamus. quā in re mentem nostram, nec eius iam defectus eri-  
 git, nec eius profectus afficit: si recta nostra cogitatio non quid in ipso, sed  
 quid de ipso circa alios agatur, attendit. hæc Gregorius. Vnde (vt dixi) pa-  
 H lam mōstratur nouum dilectionis mandatū a sancto Iob perfectissime fuisse  
 se obseruatum: quoniā ad inimicorū vsq; amorē eius extendebatur dilectio,  
 quemadmodū & sub Christi euangelio fieri ipse mandauit. Non audierant  
 tamen Iob & ceteri illius tēporis sancti (quos testatus est Augustinus per-  
 fectione dilectionis proximorū innouatos fuisse, sicut apostoli & discipuli ce-  
 teri) Christum dicētem, Diligatis inuicē sicut dilexi vos: sed id cordi fixum  
 habebant. Quod idē omnino velle ipsum monstratum est dum ait, Diliges  
 proximum tuū sicut teipsum. Non sunt igitur hæc duo dilectionis manda-  
 ta, alterum vet⁹, alterum nouum: ceu somnians putauit Faber. verum idem  
 ipsum vnū: quod & vetus est pro ratione temporis: & nouum, qđ suos ob-  
 seruatores excluso vetere nouos efficit homines.

¶ Propositio. CLXIII.

Virgo Maria est admodū sancta, omnes angeli admodū sancti, & omnes  
 martyres admodum sancti: sed neq; singuli neq; omnes simul, via sunt: etsi  
 Cap. xliii. sint in termino viæ. Q; si liceret eos interrogare, an p ipsos eundū sit ad to-  
 tius sanctitudinis patrē: dicerēt profecto: Nos nō sumus via, etsi nō errauim⁹  
 mus: non veritas, etsi seducti non sumus: non vita, etsi viuimus.

¶ Confutatio.

I Scrupulosa superstitione angitur Faber maximopere cōtendēs affidue deo debitam sic tueri gloriā, cultum & honorem: vt præter illum nullus angelus, non virgo sancta, non aliquis beatorū laudetur, honoretur, glorificetur. & nō videt id ipsum in dei ingloriationem inhonoratiōēve plane recidere: qui dixit: Qui vos spernit me spernit, qui autem me spernit: spernit eum qui me misit. & alibi: Qui non honorificat filium: non honorificat patrē qui misit illum, & rursus: Non est propheta sine honore: nisi in patria sua &c. Sed quid hic laboro in re totiēns in prioribus agitata: solum dicamus quod in presentiarum opus est. Ecce non vult Iacobus cū vniuersa matre ecclesia recipere q̄ christifera virgo vita dicat. Hæc omni humilitate, alacritate, & fiducia illam salutans, ait: Salue regina misericordiæ, vita dulcedo &c. Iacobus sese opponit inquit. Neq̄ ipsa sola, neq̄ cū sanctis omnib⁹ &c. vita dici potest. Antiphonę autē illius (Salue regina misericordiæ) authorē fuisse Petrum episcopū Cōpostellanum, scribunt Guillelmus ille speculator, & Iacobus a voragine, libro qui vulgo sanctoꝝ legenda dicitur. Ecclesia item vna intelligentia eidē quāsi in eius persona dictū attribuit & enūciat dicēs: In me gratia omnis viæ & veritatis, in me omnis spes vitæ & virtutis. Iacobus in hoc impius ecclesiæ filius schismaticē occurrit: & orbi scribēs protestatur dicēs. Nō est sancta Maria via aut vita: Christus em̄ filius eius dixit: Ego sum via, veritas, & vita. nulli ergo creaturæ possunt hæc conuenire. En vides quo lusus est Faber sophismate, nolēs verbum quod multiplex est resoluerē. Audiatur ergo: cum sit in fide notū, quoniā non eadem ratione Christus via est, veritas, & vita, secundū q̄ deus est: & secundum q̄ homo. Quod autem ait: Discite a me quia mitis sum & humilis corde: quod est se & viam & veritatē exhibere: non hoc secundū formam qua æqualis est patri ait, sed secundū illam serui quā assumpsit. Quid ergo prohibebit etiā illa de perfectiorib⁹ dici creaturis: nihil penitus. Nam si Iacobi viget argumentū subsistere quoq̄ istud oportebit: Christus est lux mundi, sicut referente Ioanne dixit. Q̄ diu sum in mundo, lux sum mūdi. & alibi simpliciter: Ego sum lux mundi. nulla igitur creatura mundi lux est, aut dici potest. similit̄ etenim hæc duæ inferendi formæ rationē omnino habent. Quoniā autem secundam constat Christi assertionē nullā esse: qua creaturas cōpellans, id est ap̄los suos, dixit illis: Vos estis lux mundi: consequens est vt nullā profus viam habeat Fabri cōnexio: qua ita argumētatus est. Christus via est, veritas, & vita: Nulla igitur eius creatura via est aut veritas. Non hic putamus necessariū aperire: q̄ in scripturis varias nomina hæc via, veritas, & vita rationes fortiātur. Hoc enim prolixum foret: & quis non inutile: tamen quoniā non opportunum, onerosum magis iudicari posset. Sat fuerit mōstrare easdē per scripturas, sanctam dei matrem, & alios sanctos verē dici fidelium viam, veritatem, & vitam: non tamē sicut Deus, aut Christus vt homo est. Absit istud a Christiano. At suo, quem deus decreuit, modo. Quæro igitur ego, quidnam est Christum secundum serui formam dixisse, Ego sum via, & veritas: nisi quod de eo expressit Lucas dicēs: Cœpit Iesus facere & docere: nā & ipse dixerat.

Luc. x.  
Ioan. v.  
Matth. xiii

Lib. iiii. rō.  
diu. off. ru  
brica de p̄  
sa in vita  
sancti Pelagi  
gii papæ.  
Ecc. l. xiiii.

Ioan. xiiii.

Matth. xi.  
Philipp. ii.

K

Ioan. ix.  
Ioan. viii.

Matth. v.

Act. i.

Exemplum enim dedi vobis: vt quæadmodum ego feci, ita & vos faciatis. & pri⁹ (vt præmiss⁹) Discite a me, quia mitis sum & humilis corde. Vita ergo eius & doctrina: mundo ad salutis perueniendū portū via fuit & veritas. Quoniā autē nō cuncta per se voluit executioni demādere, sed filios gloriæ confortes, aut mēbra habere sui corporis: Hos quidē proximiores: puta apostolos suos & discipulos, quoꝝ ministerio vel medio illuminaret, q̄ suo deinceps adiungeretur corpori: cōplacuit illi pro sua bonitate, vt & suę ecclesię potiora supposita secū prærogatiuas maiores participaret: hoc est vt digni fierent tanta vitæ laudabilis gloria, vt illi ceteris sui loco via & veritas exemplo & verbo cederet. Vnde sicut iam citatū est: primis ecclesiæ suę fundamētis dixit: Vos estis lux mundi. Significans autē quoniā tales sese deberēt aliis viuendo & docēdo præstare, quos illi vt rectā viā exemplo vitę, & sinceram veritatē ac piā doctrinæ verbo sequi iuste possent: subiunxit inquit. Non potest ciuitas abscondi supra montē posita: neq̄ accedunt lucernam, & ponunt eā sub modio, sed super candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo sunt, sequitur: Sic luceat lux vestra corā hominibus. & quasi fuisset ab eo requisitum, quæ nā esset lux quam corā hominibus lucere iubebat in eis: subiunxit vitæ opera iusta, viā aut lucē proximis esse decernēs: & ait, Vt videāt opera vestra bona: & glorificent patrē vestrum, qui in cœlis est. Alibi quoq̄ appropriate ap̄loꝝ successoribus in ipsis ap̄lis dicebat. Sicut lūbi vestri præcincti: & lucernæ ardētēs in manibus vestris &c. Huic nimirū Christi mandato morē gesserant Philippenses, quibus Ap̄ls scribens dicebat: Sitis siue querela, & simplices filii dei sine reprehensione, in medio nationis prauæ & peruersæ: inter quos lucetis sicut luminaria in mūdo, verbū vitę cōtinentes ad gloriā meā in diē Christi. Quid quæso ad hæc hiscere poterit Faber? multiphariam enim per ista B. Pauli verba reuincuntur eius dogmata, & quoad id quod præcipue agitatur, & quoad illud q̄ totiēns falsus a demone molitur statuere: nullā scilicet laudē sanctis aut gloriā impedi a viatorib⁹ debere. Ait enim plane Christi Ap̄ls spiritu Dei impellente, Philippenses luceate per piā, scilicet virtutū opera, proximis exempla præstātes ad suam gloriā, in diē dominicāq̄ aperte diceret: q̄ vitę exemplo ad vitā viā sui vobis, & veritas docendo Christi euangeliū, neq̄ operantē imitati estis, verbo pure credētēs: mihi ad gloriā cederet in diē iudicii Christi. quod verissimū esse, nullus ambigere debet fidelium: licet votis Iacobi linea rectissima obuiet. Pie fatendū igitur est, quoniā Christus vt deus, lux primitiua sit & inaccessibleis a mortali creatura, vt Timotheo scribit Ap̄ls: vt homo vero lux immensa, quam nullo medio ab illa infinita accepit velut cæteroz caput, quo vnicuiq̄ diuideret mēbrorū prout vellet, vt pote cuius voluntas creata diffusis increata nullatenus esse poterat. Via igitur Christus vt homo, veritas & vita fuit: primo post deū gradu. Quandoquidem omnium virtutū seipsum præstitit exemplum ad imitationē, veritatū omnium ad salutē necessariorū primariū doctorē: & vitā, hoc est sine cuius merito æterna vita nullus perfrueretur. Cæterum si viam exemplarem ad vitā se duntaxat dici voluisset, & veritatem ad dirigendum: & non secundo loco primos suos vicarios, &

Ioan. xiii.  
Matth. xi.

Matth. v.

Luca. xii.

Philipp. ii.

M  
i. Timo. vi.



i Corin. iiii.  
Philip. iiii.

deinde cæteros eius fideles ministros, pro gratia cuique impartita ad aliorum utilitatem: non profecto inspirasset Deus apostolo Corinthis scribendo dicere. Rogo vos, imitatores mei estote, sicut & ego Christi. & Philippe. Imitatores mei estote fratres, & obseruate eos qui ita ambulant sicut habetis formam nostram. ecce veritatem doctrinae ac vitae viae: sese imitandum praestat apostolus Christianis. Non anxietur itaque ex hoc Faber gloriae dei zelotes, cum audiet sanctam dei genitricem ab ecclesia & vnoquoque fidelium ut viam vitae ac veritatem quin & vitam compellari. Dei enim spiritum habet ecclesia: qui non sinet ex toto eam vlllo tempore a iusto deuiare. Ad eam proinde ut recurrat, Fabro consulo: fiatque stultus in oculis suis, ut in finem veram apprehendat sapientiam, & viuat in aeternum: Virginis eiusdem & sanctorum doctorum humilitatem ac fidei puritatem imitetur, eosque nullo scrupulo fateatur post Christum via esse, qua ad totius sanctitudinis patrem eundem sit. alioquin ipse qui solus per deum & singulares tramites incedit: videat quomodo foliugo saltem illi poterit esse: yeh enim homini soli. Et praesertim quod per haec auctor eum fuisse constat sancta dalorum nuper in illa diocesi Meldensi quoad illam antiphonam Salve regina misericordiae obortorum: quam alter discipulorum eius publica ad populum concione non veritus est dicere continere blasphemiam, ob id quod ecclesia sanctam dei matrem misericordiae reginam vocat, vitam & spem nostram. Alter vero concionatorem ipsum qui eiusmodi blasphemiam euomuerat, scriptis defendere praesumpsit. Propter quos temerarios ausus publicas & Parisius & Meldis poenas dederunt: post quas ad perpetuos damnati fuere carceres.

¶ Propositio. CLXIII.

Si quis fidem solum habeat ex auditu & infundente homine, & faciat quod in se est: haud scio an haec fides quod diu talis est, possit dici fides. & facere quod in se est, tam exile est, ut dici non possit facere: cum dominus dicat, Sine me nihil potestis facere. Et de salute hominum apud homines hoc impossibile est: apud deum autem omniaabilia sunt. ergo quod in nobis est: id est quod secundum hominem solum est.

¶ Confutatio.

**N** In superioribus ista fuerunt reuulsa quo ad rem. In forma autem verborum primo in eo errat Faber: quo ait, quod fidem quis possit habere ex auditu infundente homine, citra dei gratiam. quod vel per id conuincitur palam, quod citauit ille & non vidit. Sine me nihil potestis facere. & antea multa ad hoc producta sunt. Dehinc errat hesitans an fides talis (puto eum velle dicere: quod diu sine charitate est) possit dici fides, cum plane talis Apostolus appellat fidem. In hoc praeterea delirat quod dicit hominem, dum quod in se est facit tam exiliter agere: ut non possit dici quicquam facere. Hoc enim in deum meram intorquet blasphemiam: videlicet quonia obligat hominem ad id quod non valet. Cum tamen de eo docuit apostolus dicens. Fidelis est deus, qui non permittet vos tentari ultra id quod potestis. Insuper autem infert dicens: Ergo quod in nobis est, id est quod secundum hominem solum est. Porro (ne euagemur hic, qui finem quaerimus) illo vno quod iam semel resumpsimus verbo Christi, Sine me nihil potestis facere: certum redditur, nihil in homine esse posse de se bonum (vti

Ioan. xv.

i. Corin. xiiii.

i. Corin. x.

Ioan. xv.

est actus fidei) ab homine solo. Et nemo posset satis demirari hominis huius solertiam, qui milies in philosophia docuit omnium effectum Deum causam primam & principem esse: & modo de diuinis loquens ait: Ergo facere quod in nobis est, id est quod secundum hominem solum est, quod falsum est. Porro facit homo quod in se est, dum pro loco & tempore recte vitur donis quae actu habet tam naturae quam gratuitis. A qua hominis operatione non excluditur dei concursus cum generalis tum specialis: sed necessario includitur.

¶ Propositio. CLXV.

Cum filius sit in patre, & in omnibus sanctis qui sunt in caelo & in terra: an etiam corporaliter sit: quidni? sed absque modo: nisi dicas diuino & incorporeo sensibili modo: qui non tam modus quam non modus dici debet.

¶ Propositio. CLXVI.

Et mirum, si id fides non diceret: cum videat simul in India, Africa, & Europa, locis innumeris: filium dei in corpore sacramentaliter esse. quod autem dicitur sacramentaliter, modus est. quomodo ergo si substrahat modum (scilicet fides) non videat ubique filium Dei corporaliter, sed sine modo ac supra omnem modum esse?

¶ Propositio. CLXVII.

Ubi quae sane Christus est: Christus incarnatus est. Incarnatus autem sine corpore non est.

¶ Propositio. CLXVIII.

Magna fides est cognoscere Christum corporaliter esse, ubi sacramentaliter est: sed maior est, cognoscere eum absolute ubique corporaliter esse. Nam hoc est sine modo cognoscere: illud cum modo. fides autem quae est absque modo, maior est quam quae modum habet.

¶ Confutatio.

Haec omnia Iacobi dogmata confutatione. cxiiii. super epistolas beati Pauli monstrauimus in fide esse erronea, cogitatu absurdissima, & blasphema in Deum.

¶ Propositio. CLXIX.

Apostoli ac discipuli domini aduentu spiritus sancti facti sunt spirituales homines: non agentes in his quae Dei sunt, sed acti spiritu dei, diuina patiendo.

¶ Confutatio.

Vicies in precedentibus error iste reprobatus est.

¶ Propositio. CLXX.

Christus quidem magnus erat: ut quod erat Messias rex Iudaeorum. sed pater ad quem ibat, maior erat: quia ille non est exinanitus sicut filius, qui serui formam accepit. *Ad Philip. iiii.*

¶ Propositio. CLXXI.

Christus in forma secundum quam rapinam non est arbitratus esse se aequalem deo: a patre est, & omnia habet a patre, ac in omnibus patri fontanum tribuit honorem. quare & in illa aequalitate ob primum ineffabilis geniturae honorem quem patri defert: nihil dissentaneum forte videatur, si patrem in hoc vocet se maiorem. id enim in aequalitate naturae filii ad patrem, honorificentiam designat & originis testationem.

¶ Propositio. CLXXII.

Pater, filius, spiritus sanctus, triplex in unitate naturae aequalitas: & in hac

equalitate ordo. Primus ordine Pater, deinde filius, deinde spiritus sanctus. sic & diuina honorificentia (quæ non nisi in vestigio, cum tamen non sit eius vestigium, capi potest) prima honorificentia pater est: secunda filius: tertia spiritus sanctus.

¶ Propositio. CLXXIII.

Filius honorificat patrem ut primam a qua est honorificentiam: & mittitur a patre. & spiritus sanctus honorificat patrem, quia spiritus patris est: & filium, ut secundam honorificentiam, & ut spiritus filii.

¶ Confutatio.

O Si a Iacobo in primis percunctaretur quis, unde collegit Christum regem fuisse Iudeorum: opinor ipsum angustias passurum, ac facilius obmutescere illi esse, quæ effari quod tantæ par sit petitioni. Sunt etenim hoc in negotio angustie vndique. Porro posset quibusdam videri, quia etsi Christus dominus rex sit regum & dominus dominantium: de quo Gabriel ad sanctam eius partem ait. Dabit ei dominus sedem David patris eius: & regnabit in domo Iacob in æternum. & in eius persona dixit David. Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion motum sanctum eius. Dixeritque ei Nathanael Rabbi. Tu es filius Dei: tu es rex Israel. In prophetis insuper, sunt ad hoc non pauca. quale est illud Hieremie. Suscitabo David germem iustum: & regnabit rex, & sapiens erit &c. Cum tamem ex Iacob prophetia qui ait: Non auferetur sceptrum de Iuda & dux de femore eius: donec veniat qui mittendus est, scilicet Christus mundi redemptor. certum est in eius aduentu Iudeos regem tunc habituros, non de ipsorum gente, scilicet tribu Iuda, sed aduenam: quod in Herodis Ascalonite persona verificatum est. Rex enim fuit Iudeorum: qui non de Iacob descendit, sed de Esau: natione enim Idumæus fuisse inuenitur: liquet Christum ipsum regem in specie Iudeorum non fuisse. Præterea quo iure dicitur Iudeorum particularis rex Christus: quando neque hereditario dici posse videtur: utpote quoniam regina Iudææ non fuit beata eius mater, nec rex auus maternus Iochin: neque populi electione & eiusdem Christi consensu id factum fuisse dici potest. Neque cum id semel efficere decreuisset populus: ipse non acquieuit, teste sancto Ioanne qui ait. Iesus ergo cum cognouisset quæ venturi erant ut raperent eum, & facerent eum regem: fugit iterum in montem ipse solus. Neque consequens esse videtur Iudeorum illum particularem fuisse regem: quæ fuerunt Magi in Hierusalem, Vbi est qui natus est rex Iudeorum? Aut ex consimilibus scripturæ locutionibus id fit. tum quæ Pilato roganti illum.

Apoc. xix.

Luc. i.

Psal. ii.

Ioan. i.

Hiere. xviii

Gene. xlix.

Tu es rex Iudeorum? ipse visus est hoc inficiari dicens. Regnum meum non est de hoc mundo. & rursus. Regnum meum non est hinc. tum quia cum regni vnus rex afferatur, cuius non erit finis: Iudeorum autem regnum finitum est: non igitur regnum eius Iudæa in particulari fuisse dici potest. Qui autem Iudeorum sese non est confessus Pilato regem esse, populoque regem eum facere gestiendi non assensit: non se tamen simpliciter regem negauit Pilato. Namque eidem qui ex eius collegerat verbis, Ergo rex es tu? Respondit Iesus. Tu dicis quia rex sum ego: non scilicet Iudeorum tantum: sed totius Israel, hoc est omnium videntium deum: vnâ scilicet ecclesiam sua multitudine constituentium. Ad hoc quippe respiciunt omnia quæ in scripturis de eius dicuntur regnoscuiusmodi sunt vltra

Ioan. vi.

Matth. ii.

Ioan. xviii.

paulo ante citata, illud Zacharie per Mattheum repetitum. Dicite filie Sion: ecce rex tuus venit tibi mansuetus. Filia quippe Sion, est & quælibet sancta anima & tota ipsa ecclesia. & illud, Benedictus qui venit in nomine domini rex Israel. Fuit itaque Iacobo perexile argumentum, ut Christum eo magnam diceret, quoniam illum credidit Iudeorum regem: cum & hoc Herodes fuerit. Quicquid autem super hoc censeatur: iam non magni refert. At maxime ducendum puto quod in consequentibus præterdit Iacobus: filium scilicet in diuinis etiam quatenus Deus est, minorem patre vere esse ac dici, quoniam ab eo habet quicquid est: & ratione consimili patre & filio spiritum sanctum minorem. &c. quæ hac de causa filius honorat patrem, & spiritus sanctus patrem & filium. & quæ sit ibi triplex in vnitatem naturæ æqualitas, ac honorificentia triplex: prima pater, altera filius, & spiritus sanctus tertia: Bonum fuerat haud dubie huic scriptori altiora se non querere, quoniam scriptum est, Quia scrutator maiestatis opprimetur a gloria. Metiri etenim videtur Faber æterna cum temporalium natura, & humanis æquiparare diuina. Existimat enim (seu ex illius colligi potest sermonibus) quemadmodum in hominum genere filius (etsi patri in bonis quibuscumque aliis æqualis sit) patre natura minor est ac subditus, honoremque illi ac reuerentiam eo debet, quæ iunior est, & ab eo processit, multaque per eius curam assecutus est bona: ita in diuinis esse. quod non aliud est quam ad blasphemiam Arrii post Origenem utcumque proxinare: contra quam tam vigilanter fidei propugnator Athanasius Dei (ut credimus) spiritu promouente definiuit dicens. Patris & filii & spiritus sancti vna est diuinitas, æqualis gloria, coæterna maiestas. & iterum. In hac trinitate nihil prius aut posterius, nihil maius aut minus. Si dicitur Dei filius dixisset, Ego in patre, sum scilicet: non nihil forsan cause inde præterdere potuisset Iacobus, ut sic loqueretur: At cum subdit, Et pater in me est: omnis profecto tollitur talia suspicandi occasio. & rursus si solum dixisset ipse Dei filius patri suo æterno, Tua mea sunt, quia scilicet abs te illa habeo: aucta videri a quoque poterat causa, quæ Iacobum dicere quæ certe non debuit, prouocauit. Cum vero contra testificatur Christus dicens. Et mea omnia tua sunt. Et alibi. Ego & pater vnus sumus. & in lege Moyse. Audi Israel. dominus Deus tuus: vnus deus est. Quid restat nisi quoniam ex his secundum sanam fidei doctrinam conficitur in æternum damnanda esse, quæ hic ferme post Origenem & Arrium Faber resumpsit? Porro dicere filium in diuinis ut Deus est, patrem suum honorare aut recognoscere maiorem: id est filium semetipsum honorare, & seipso semet asserere maiorem: & iure omnino pari de spiritu sancto: quorum scilicet vnica est honoris, magnitudinis, & omnium (relationibus demptis) honorum ratio, id est essentia, deitas, & natura. Vbi cumque igitur in scriptura noui testamenti comperitur sermo quo filius minor patre significetur: is firmiter ad eum in quantum homo est referatur, & nequaquam ut Deus. Alioquin (ut diximus) Arrianæ re-staurator est hæreseos qui secus sapuerit. Porro catholicorum nemo doctorum eiusmodi verbum Christi, Pater maior me est: usque intorsit ad eum quem hic impie Faber effudit sensum. Et hoc quidem iustissime: quoniam illum non sustinet quod vniuersa tenet ac pfallit ecclesia: in hac trinitate nihil prius aut poste

Zacha. ix.

Matth. xxi

Luc. xix.

Ioan. xii.

Luc. xix.

Ioan. xii.

Luc. xix.

Ioan. xii.

Luc. xix.

Ioan. xii.

Luc. xix.

Ioan. xii.

Luc. xix.

Ioan. xii.

Luc. xix.

Ioan. xii.

Luc. xix.

Ioan. xii.

Luc. xix.

Ioan. xii.

Luc. xix.

Ioan. xii.

Luc. xix.

Ioan. xii.

Luc. xix.

Ioan. xii.

Luc. xix.

Ioan. xii.

Luc. xix.

Ioan. xii.

Luc. xix.

Ioan. xii.

Luc. xix.

Ioan. xii.

Luc. xix.

Ioan. xii.

Luc. xix.

Ioan. xii.

Luc. xix.

Ioan. xii.

Luc. xix.

Ioan. xii.

Luc. xix.

Ioan. xii.

Luc. xix.

Ioan. xii.

Luc. xix.

Ioan. xii.

Parte operum.  
rum. x.  
li. de trinit.  
& unitate  
ca. ii.

rius: nihil maius aut minus. Vnde Augustinus. Cum æquales sint pater & filius & spiritus sanctus: Filius tamen dicit: Pater maior me est. & Nō veni facere voluntatem meam: sed voluntatem eius qui misit me. & Pater si possibile est, transeat a me calix iste. & Mea doctrina nō est mea, sed eius qui misit me. Sequitur. Ista omnia & alia quæ dixit filius: secundum formam serui quam assumpsit intelligenda & dicta sunt.

¶ Propositio. CLXXIII.

Cap. xv. ¶ Et si lex vetus erat vinum: non tamē erat verē vitis, sed eius quæ a iustitia legis degenerauerat in labruscam.

¶ Confutatio.

Ioan. xv. S Cum vera vitis (Iacobo confitente) Christus sit, qui dixit: Ego sum vitis vera: & pater meus agricola est. Vitis vero quā a legis iustitia degenerasse dicit in labruscam, synagoga fuit, id est populi Hebræorum collectio, de qua in Esaia. Vineam factam dilectio meo &c. Sequitur. Expectauit vt faceret vvas: fecit autē labruscas. & iterū. Quid est quod debuī vltra facere vineam meam: & non feci? An quæ expectauī vt faceret vvas: & fecit labruscas? Cernis haud difficile quo spectet istud Iacobi assertum, Lex vetus vinū erat, sed non verē vitis. &c. Perinde est em̄ ac si diceret, Lex vetus non erat Dei: sed populi Iudeorum. vnde fit, vt ius non sit diuinū, sed humanū. quæ omnia apertissimā sonant blasphemiam. Certe nobis opus non est hic sudare, vt mostremus legē illam veterē, non hominis legē aut humanū ius esse, sed Dei: & quæ sit sancta, immaculata, spiritalis, & iusta: cum hoc aperte clament Dei testimonia innumera. Vnde, & Apostolus. Itaque lex quidē sancta: & mandatum iustum & bonū. & rursus. Scimus enim quia lex spiritalis est. Idem igitur author Deus est ac lator veteris & noue legis: quemadmodum Paulus ipse testificatur populo illi Hebræorum dū ait. Multipharia multisque modis olim Deus loquens patribus in prophetis: nouissime diebus istis locutus est nobis in filio. Nulli itaque fidelium esse dubiū quoquo pacto debet, quin fuerit lex vetus vinū merum vitis verę, id est Christi. nempe illam ipse Christus cū patre & spiritu sancto populo suo angelorum ministerio (vt dixit sanctus proto martyr Stephanus) dedit in monte Syna. Quis Dei filius tum non esset Christus, id est incarnatus: ipsam tamen Christum vere dedisse fatendū est. Estque lex ipsa vetus, verbum vitę: eodem Stephano dicente. Hic est scilicet Moyses qui fuit in ecclesia in solitudine cū angelo, qui loquebatur ei in monte Syna, & cū patribus nostris: qui accepit verba vitę dare nobis. Quoniam autē in superioribus de legis veteris iustitia, ipsaque lege multa diximus per quæ & istud omnino reprobatur: non hic plura volumus loqui.

¶ Propositio. CLXXV.

Cum palme in vite manet, id est fidelis in Christo: hic fert fructum multum. non a se, quia vitam non habet a se: sed a vite & radice vitis. Sequitur. Ideo hic fructus non est palmitis (non enim illius est author) sed vitis. Stulte igitur fidelis, fidelium operum quæ fidem & charitatem sequuntur, quidpiam sibi attribuat: cum ea soli Christo & diuinitati eius tribuenda sint.

¶ Propositio. CLXXVI.

Palmitem vitis multipliciter mori contingit. Nam qui aliquādo fide & charitate Christo adhaesit, si deficiat charitas, moritur: & magis si fides, & adhuc magis si priuationi fidei infidelitas irrepat. At mortē adauget: si priuationi charitatis innascatur odium.

¶ Confutatio.

Omnia hic per Iacobum asserta superius reuulsa habentur, hoc dempto scilicet: si deficiat charitas, palme, id est Christianus, moritur: & magis si fides &c. In his autē non semel lapsus est Faber: sed pluries. Et vt illi donemus quod (quis sit impossibile simpliciter, vnū hominem siue naturali siue spiritali morte, proprie plus alio mortuū existere: cū vtraque mors in indiuisibili consistat) magis dici possit improprio: quodā tamē sensu, homo mortuus, qui deteriora peccata alio habet aut plura: nō videtur tamen quidnā loquatur intelligere Faber dicens: Et magis moritur homo in quo deficit fides: quā in quo charitas deficit. Nempe decies in superioribus monstratū est fidem infusam solo actu erroris in fide cui adiuncta est pertinacia deficere seu annihilari: quæ nūquā ipsa fides in homine deficere potest, quin simul etiam charitas deficiat. Porro ipsa in errore pertinacia, superbię proles est: quæ ex voluntatis deprauatione prodit, estque noxa capitalis. Dein tenebrose multū cęcutit dicens: magis adhuc homo moritur, si priuationi fidei infidelitas irrepat. cum & ex philosophia notū sit nihil nisi a suo destrui contrario: & in theologia certū est, ipsam (vt dicimus) infusam fidem per solū actū infidelitatis vel heresis, id est in fide pertinacis erroris, deficere: nō quæ actione physica id fiat, sed quæ eiusmodi pertinacia cōmeretur, vt Deus, qui author solus infusorū est habituū, illam annihilat fidem. Ignorantia igitur palpabilis (vt sic loquar) est: hominē qui prius Christo per fidem & charitatē Deo adhaerebat, dicere primo quomodocūque sub fidei priuatione posse existere, cui priuationi alio peccato infidelitatē adiciat. est siquidē corruptio vnus, alterius generatio. Si denique existimet Iacobus odium tñ contrariari charitati, quia pari modo addit adaugere mortem, si priuationi charitatis accedat odiū: plane delirat: cum in theologia notissimū sit, ipsi infusę charitati, quæ animę vita est, reputare crimen quodcūque. At de his quæ speculationē cōcernūt: satis hæc sunt.

¶ Propositio. CLXXVII.

Vix potest aliquis in Christo manere, nisi verba Christi in ipso maneant. Proinde simplices homines in quibus verba Christi nō manēt, cū euangelium nesciant, & quid Christus mandet, quomodo possunt in eo manere?

¶ Propositio. CLXXVIII.

Qui manent in Christo & verba Dei in se habent manentia: magna fiducia alios illuminare debent, vt omnes alii manere in Christo & eius verba intelligere possint.

¶ Confutatio.

Quorsum ferantur hæc Fabri dogmata: non est intelligere operosum. eo sane respiciūt: vt in vernaculum sacrum euangelium verbum, ceteraque diuine scripturę, omnibus idiotis ac virorū ac mulierū singulis cōmunicentur, quo illas legant, de eis disputent & cōferant: quasi ad perfectionē acquirendā sit

id illis necessariū, expediens aut conducens. Et propterea multum seipsum Christianę rei conferre iudicauit, optimeq; de ea mereri: si psalterium, euāgelium, totūq; nouū testamentum in vulgare funderet. quod superioribus proximis effectit annis, & quidē istud contra doctrinam quoad hoc rectam, gētilium poetarū: verbum scilicet reddendo pro verbo. Quę feliciter autē suis in ea re laboribus Meldēsi diocesi, aliisq; plurimis Christianis profuerit, hic non est opus repetere. tot sane vltimo triennio inde obrepserūt errorū blasphemiarū & scandalorū mala: vt posteaq; super illis informatus fuit quātū oportebat Parisiens. senatus: suo nuperrime decreto statuerit libros eiusmodi omnes recēs versos & impressos apud sese referuare nulli hominū licere: sed nisi & vitę & omnīū vellent iacturā facere bonorū, qui eos aut eorū alios quos haberent, intra dies octo a proclamationis publico edicto factę tēpore, eos ad designatū afferrent locum sub firma referuādos custodia. Quoniā autē scio viros præclaros aduersus Fabri & similitum traductiones ipsas in vernaculum scripsisse: nihil hic dicere me oportet. sufficit mihi vt ipse Faber & quicq; alii nouerint quātū ille aberret: innuens esse simplicibus conducibile vt meliores efficiantur, notitiā habere euāgelii, immo & necessarium: quasi non possint in charitate, humilitate, ceterisq; virtutibus, quantū volunt, illud ignorantes proficere. Lōge secus profecto existimauerunt beati Hieronymus & Augustin⁹: qui in sanctis heremitis illiteratis omnino summos virtutū gradus compererant. Hinc & suis dicebat beatus Franciscus. Fratres, qui literas nescit, non curet: qui vero nescit, operari discat, & ipse Augustin⁹ sermone vno de laude charitatis ait. Ille tenet & quā patet, & quā latet in diuinis sermonibus: qui charitatem seruat in moribus. Audiēs autē a sancto Simpliciano admirandas patrū Ægypti virtutes, suis ac sibi dixit. Ecce simplices & idiotę rapiūt cęlos: Nos autē cū nostris scientiis ad inferna demergimur. His lectis perpendat Iacobus, an melior sit ipse factus per euāgelii & aliarum diuinę legis scripturarū peritiā: quia forsā si iusta se ratione consideret: videbit sibi bonū fuisse si minus de eis nouisset.

¶ Propositio. CLXXIX.

Discipuli Christi ex se nihil possunt, sed præceptor potest in eis & voluntas patris. Possunt enim discipuli quod magister infundit eis: vel potius magister omnia potest in eis, et si in se semper plura possit quā in eis.

¶ Propositio. CLXXX.

Quos discipulos diligit Christus: nunquid qui ex literatura sunt docti? nō crediderim, sed qui a deo, sicut & ipse: etiam si literas calleant.

¶ Propositio. CLXXXI.

Doctrina quę a Christi discipulo est, non inflat, quia imitatur discipulū, sed non perfecte humiliat. At vero quę a Christo: nullo modo inflat & perfecte humiliat: & hos discipulos sic magister ipsorum diligit Christus, sicut Christum pater, qui est magister eius.

¶ Confutatio.

X Omnia hæc erronea esse in præcedētibus docuimus, quoad primo per Iacobum prætena, In his vero quę adiacent, id loco priore non existimo probā-

dum: scilicet Christum plus semper in se posse quā in Apostolis possit, id est per Apostolos: immo vt sonat simpliciter hereticū pronūcio, quoniā inde euidenter fit deū nūc se solo nōnulla posse efficere quę per creaturę suę ministeriū vtens nō possit. quando igitur in fide certū est Deū qualibet creatura posse pro beneplacito vtī, cū nō sit qui eius valeat resistere voluntati: dicat nobis nouus theologus Faber quēnā sunt quę possit Christus aut deus per se, quę non possit ministerio suę creaturę vsus. Præterea Iacobus qui prædicat hic mūdo Christum discipulos nō diligere qui ex literatura sunt docti: nos doceat, quęsumus, per quę modū Deus eū diligere potuit cū omni literatura nō solū edoctus esset vsq; ad summū, verū & sese gloriatus fuerat liberales pœne artes omnes studiosos quosq; instruxisse, quādo vt Christi Apostolus diuinas cœpit orbem terrarum docere scripturas. Quis hæc eius nō potius rideat dogmata, quā disceptatione iudicet digna? Quod insuper adiecit dicēs doctrinā quę est a Christi discipulo non inflare, licet nō perfecte humiliet: eam vero quę a Christo est nullo modo inflare: suis manifeste contrariatur votis. Porro vel discipuli doctrina est non illius, sed præceptoris Christi, sicut ille de sua dicebat, Doctrina mea non est mea: aut nō est Christi, sed tm̄ humana, vtrūuis dicat non subsistit Fabri dictū, quia ipse humanā omnē exacerat scientiā, item qui docet quod humanū est, eo dici non potest Christi discipulo. Vnde quę sit assertū illud insipiens, vel in se posset cognoscere scriptor, Quid em̄ turgidius quā propriū præferre sensum omnīū sententię doctorū, quā putare ecclesiā matrē in multis errare, & eam redarguēdo incessere, nihil vniuersalibus eius deferre canonibus, apostolicę cōtinere sedis decreta, & pro nihilo habere, quęq; ecclesię eiusdē prima post Apostolos lumina adiuuante Dei spiritu illi tradiderūt: magis velle ad hereticorū traditiones recurrere, vt quasi tm̄ noua docere videretur, quā patrum qui probati sunt sequi vestigia. Quærimus item ab Iacobo dicente quod Christi doctrina nullo modo inflat: vnde contra Deum inflatus est Lucifer cum sibi adherentibus peruersis angelis: quando enim inflari, id est superbire cœperūt, nullam habebant scientiā, nisi quā diuinitus acceperant. Vnde item superbiendi occasione inuenerūt heresiarchę Basilides, Valētinus, Marcion, Sabellius, Marichęus, Origenes, Arrius, ceteriq; oēs: a notitia profecto sacratissimę theologie: qua cum se præ ceteris viderent imbutos, vanitate inebriati nescierūt disciplina humilitatis humiliter vtī, & ita euauerūt in cogitationib⁹ suis, Rom. i. & se credentes super alios sapientes plus omnibus stulti facti sunt. cū vtinā non acciderit huius nostri seculi nouis modis per linguas scilicet & rhetoricam summa diuinę legis arcana tractantibus: qui per omnia subiudicāt se vberius ceteris ac purius illa tradidisse ecclesię, quę per patres eorum antea fuerint explanata.

¶ Propositio. CLXXXII.

De filiū Dei generatione si locuti sunt pphete, aut homines Deo afflati: eā Cap. xvi. spiritus intelligebat in ipsis, & hæc in eis intelligentia maior erat quā homo intelligere possit. Si quis eā intelligere velit, poscat id a spiritu: vt ipse non sit qui intelligat, sed Deus in ipso.

¶ Confutatio.

Ista in superioribus reuulsa sunt, quæ nimirum non paucas in sese claudunt absurditates ac repugnantias: quæ cuilibet perito primo facile intuitu possunt esse obuia.

¶ Propositio. CLXXXIII.

Vadit filius ad patrem: sed sine modo. Stultum est autem modum querere: vbi non est modus, & qui hoc credunt & non intelligunt: hi vere credunt.

¶ Confutatio.

Z De non modo quem fabricat vbi vult Faber, modum facit re vera sine modo. Si enim sacros audire voluisset ecclesie doctores, & quos aspernatur scholasticos: eum intelligere quantum viatori necesse est, haud difficile fecissent: Christum ascendisse ad patrem modo proprio, ac tali statui conuenienti: utpote qui non ascendebat ad patrem secundum id quo patri æqualis erat: sed secundum serui formam, modo scilicet qui cuilibet glorificato proprius est corpori. hoc quippe Augustinus, & omnes docet probati doctores. Stultum est autem in Iacobo putare donum intellectus fidei refragari: quod prætere videtur dum ait. Qui ascensionis Christi mysterium ad patrem credunt & non intelligunt: hi vere credunt. cui contra equidem respondeo. Quo quisque mortalis homo illud intelligit lucidius: eo firmiter credit ac syncerius. non enim intelligendi ratio fidei vim tollit ac meritum, sed adauget: alioquin non redarguisset Christus Apostolos & discipulos, quod tam hebetes foret ut intelligere nequireret quæ eos intelligere volebat. Increpans enim eos super hoc, dicebat illis. Adhuc & vos sine intellectu estis? (intelligentiam enim quæsiuerant per Petrum, quorundam) non intelligitis quia omne quod in os intrat, in ventrem vadit, &c. Item alibi quibusdam enarratis parabolis, interrogauit apostolos dominus dicens. Intellexistis hæc omnia? dicunt ei. Etiam. Vnde non propterea non amplius ambulabant in fide apostolorum dum mortales vixerunt: quod Christus aperuerat illis sensum ut intelligerent scripturas. Porro Ap. Paulus pro se ac ceteris quibuslibet confessus est: dicens I. Cor. xiiii. Corinthiis. Ex parte enim cognoscimus: & ex parte prophetamus. Cum autem venerit quod perfectum est, scilicet clara dei visio in gloria: euacuabitur quod ex parte est. scilicet diuinorum in euidentibus cognitio. & paulopost. Videmus nunc per speculum in enigmate: hoc est per fidem, quæ est sperandarum substantiarum rerum, argumentum non apparentium. Inspicientissime igitur asseruit Faber: verius aut perfectius hominem Christianum fidei mysteria credere, si ea non intelligat: quam si intelligat illa.

¶ Propositio. CLXXXIII.

Voluntas nostra prona est ad malum: sed in voluntate Dei pacem est habitura, si id solum velit quod Deus vult: immo potius si nihil velit, sed Deus in nobis.

¶ Confutatio.

Hoc reprobum esse iam sepius ostendimus.

¶ Propositio. CLXXXV.

Cap. xvii. ¶ Cum hæ nomenclaturæ sanctissimum, piissimum, beatissimum, & ceteræ id genus, per eminentiam vni soli conueniant: satis esset nulli illas tribuere creature, ne incommunicatum nomen quocumque quod soli Deo debetur: vlli quantumcumque perfecte tribuatur creature. quia id prope modum est idolatriam committere. quod & nimirum ad creaturam facere solet affectus: quæ neque virgo, neque angelus, neque spiritus

ritus iustorum a nobis requirunt, neque huiusmodi nomina: immo illis offenduntur.

¶ Confutatio.

En videtis quanto semper vratur Iacobus zelo, ut præconia soli sua opinione debita Deo, illi salua sint & propria remaneant. & aduertere ille non potuit, quod in his mera superstitione eum captiuum detinet callidus humane salutis inimicus. Si enim in creaturis secundum virtutem comparandi gradus ille summus non vere est: neque etiam erit primus. At cum sua gratia recipiat Faber in creaturis sanctitate esse, pietate, ac beatitudine, quæ aliud non sunt quam animi virtutum cum mulus, iure adigitur fateri, & medium vere esse virtutum in homine gradum, & summum. Non enim est sanctitas equalis (verbi causa) in paruulis qui baptizati mox obeunt: in Lino, Cleto, Clemente: & Petro, Paulo, ac Ioanne. Primorum igitur sanctitas simpliciter magna: aliorum maior: & maxima tertiorum. Si profecto non ita fouet sentiendum: non dixisset Christus. Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista. Qui vero minor est in celo: maior est in lo. Ceterum dicat Faber: si citra Dei iniuriam superlatiuus sanctitatis gradus nulli possit tribui præter Deum: Qui autem illum creature quantumlibet perfecte comunicat, & Deum simul offendit & illam, ac propemodum idolatriæ scelus admittit, ut ipse docet: Quis poterit saluus fieri? cum sancti ecclesie doctores Cyprianus martyr, Ambrosius, Hieronymus, Augustinus, Gregorius, ceterique subsequentes: non modo beati Petri successores, id est Romanos pontifices ac imperatores, illis dignetur nomenclaturis: sed & semetipsos, uti in eorum passim videre licet epistolis. Et certe Augustinus ipse sororem suam viduam instruens, libro de vita Christiana, eam sanctissimam vocat: quam nisi Iominus ut in virtute proficiat, instantius monet ac hortatur. Opus præterea est Iacobum (qui hanc de nomine questione tam scrupulose promouit) confiteri: parum esse criminis superlatiuum sanctitatis, pietatis, & beatitudinis gradum creature communicare, quod vni Deo illud competit, propriumque illi est: & ipsi gradum infimum, id est positiuum. Æquale enim piaculum esse debet: si quis a deo semoueat quod illius est & tribuat creature, aut deo quod creature soli congruit impendat. Si ergo peccat qui creaturam sanctissimam vocat, quod sola diuinitas sit sanctissima: peccare itidem conuicitur, qui trinitatem ipsam sanctam nominat, qui summum illi aufert gradum & infimum solum tribuit. At cum ore veritatis qui Christus est, deitati communicatum sit sanctitatis nomen in ipso gradu infimo: cum ait. Pater sancte, serua eos. scilicet discipulos quos dedisti mihi in nomine tuo. & rursum cuidam ait. Quid me interrogas de bono? vnus est bonus Deus. & iterum. Estote ergo vos perfecti: sicut pater vester celestis perfectus est. Itaque: Perfectus autem omnis erit: si sit sicut magister eius. Et summus auctore spiritu sancto communicatus creaturis inuenitur gradus, ut est illud prouerbiorum. Surrexerunt filii eius, scilicet ecclesie vel sancte Dei genitricis: & beatissimam prædicauerunt. & illud. Viderunt eam filie Sion: & beatissimam prædicauerunt. In Leuitico autem dicitur. Vocabitis hunc diem celeberrimum & sanctissimum. & rursum. Dies primus vocabitur celeberrimus atque sanctissimus. & in Sapiente. Imperatores in presenti populo, & virtute prudentie populis, sanctissima verba. Quoniam inquam de sanctitudine & beatitudine vel perfectione, prout Deo competunt, & prout creature (neque enim eadem

Matth. xii.

Cap. vi. p. te operu. x.

Ioan. xvii.

Matth. xix.

Matth. v.

Luc. vi.

Cap. vi.

Canti. vi.

Leuit. xxiii.

Ecclesi. xliiii.



hoc fieri potest ratione ) Deus in scripturis promiscue uti voluit nunc infimo, id est positivo gradu, nunc superlativo : quis non Fabri succenseat singularitati, exhiberetque id genus dogmata potius quam tractet?

¶ Propositio. CLXXXVI.

In hoc mundo natura diuino auxilio adiuta diligere possumus Deum: sed hæc dilectio nondum vnū facit. possumus & infusa gratia: & hæc altior est. altissima autē est: cū spiritus Dei amat in nobis, & non agimus, sed diuinā patimur (vt sic dicam) amationē: & hæc maxime vnū facit cum Deo

¶ Propositio. CLXXXVII.

Pari modo cum volumus natura: hæc voluntas vnū non facit. cum gratia: altior est hæc voluntas. Cum autem nō nos sed Deus vult in nobis: hæc voluntas altissima est, & maxime vnum facit.

¶ Propositio. CLXXXVIII.

Similiter natura, gratia, & diuine supra naturam & gratiā viuimus: & hoc vltimum maxime vnum facit, & hæc sola est vita æterna. quæ si est æterna: ergo vita viuimus quæ est Deus.

¶ Propositio. CLXXXIX.

Absorpta est ergo tūc vita nostra in Deo, & viuunt Deus in nobis: & nostrā vitā cū vitā Dei cōmutamus, & volūtātē & dilectionē nostrā cū Dei volūtātē & dilectionē. Accipit enim nostrā dilectionē voluntatē ac vitam: & dat nobis suam: & sic vnū cum Deo efficiuntur, vt pater & filius vnū sunt.

¶ Propositio. CXC.

Si id concedatur, quod scilicet nostrū esse est Dei esse, ita vt Deus omnia sit in omnibus: sic & vitā Dei in omnibus vita, & charitas Dei in omnibus charitas, & voluntas Dei in omnibus voluntas: non semper tamē diuina natura dici potest illorum natura, vt patris & filii semper: sed tum solum, cum absorbentur, & vnū cum Deo efficiuntur illa superintelligibili vnione. quæ si intelligatur: Deus est qui intelligit, non homines.

¶ Propositio. CXCI.

Hæc est optima & felicissima operatio, qua homines creduntur beati: non agendo, sed diuina patiendo. Porro ex dilectione quæ est secundū naturam Dei tractu adiutam: transimus ad eam quæ secundum gratiam, ex hac ad diuinam atque absolutam. & sic dicendum de voluntate & vita.

¶ Propositio. CXCII.

Dilectionem voluntatem & vitam, quæ sunt secundum naturam: habent ii quos catechuminos appellant. Illas quæ secundum gratiam: regenerati. Illas autem quæ secundum diuinitatem: vita sequens perficit.

¶ Confutatio.

B Est in vno in loco inter hæc quæ annotauimus scripserit Faber, nos non posse vnū cū Deo esse essentia & natura: sicut sunt pater, filius, & spiritus sanctus: sunt tñ hæc ab eo deprōpta, multipharia redargueda: ceu ex sepius iam dictis prius constat, quoad præcipuū quod in his scriptor pretendit: videlicet non esse hominis, quæ in eo maiora bona fiunt, & similia. Quæ autē in specie hic finxit triplicē dilectionis, volūtatis & vitæ in homine differētiā: videlicet naturæ

Dei gratia adiute primā, alterā gratiæ aut charitatis, & tertiā diuinā: Fabri le cōmētū est, nisi forsan istud e libro cuiusdā illiterati Germani, inscripti de ornatu spiritaliū nuptiarū, sibi cōparauerit. In quo quodē libro multa istiusmodi cōscripta esse, fideles posterorū literæ docēt: quæ olim coarguta & reprobata merito fuere. In superioribus quidē satis existimo monstratū, hominē infusa charitate deū aut proximū absque actu proprio diligere nō posse. Implicare quoque cōtradictionē: per actū animæ potētias immutari, quod nō sit opus eiusdē. Dicere insuper nos super naturā & gratiā diuinē viuere: merū est Fabri somniū: quæadmodū & alia fere quæ ipse addit. Quid est enim nisi insana blasphemia, dicere Deū vitā suā volūtātē & dilectionē cū nostris cōmutare, quod nostras accipiat, & suas nobis dat: &c. Absit præterea vt creaturæ vnū cū deo eē dicatur: sicut pater & filius vnū sunt. nepe de patre & seipso Christus dixit. Ego & pater vnū sumus. Pro mēbris autē suis orans. Serua (inquit) eos pater sancte in nomine tuo, vt sint vnū sicut & nos. Vbi dicit Augustinus. Nō ait, vt sint nobiscū vnū, aut vt simus vnū sicut & nos. Vbi dicit Augustinus. Nō ait, vt sint vnū, sicut & nos ipsi. vtique in natura sua sint vnū: sicut & nos in nostra vnū sumus. quod procul dubio verū nō diceret: nisi secundū hoc diceret, quod eiusdē nature filius est cuius & pater. sic ille. Quō item aures eruditorū pie audire citra indignationē valent: quod diuina natura, creaturarū sit natura: nō semper: sed tū cū absorbentur, & vnū cū deo efficiuntur. Quis enim deus electis suis seipsum det in præmiū ad fruendū: haudquaquā tñ eiusmodi locutiones admittūt sacri doctorum, aut theologiæ schola, vt. s. dicatur: natura diuina, creaturæ etiā beatæ natura est. Quinquidē apertā istud blasphemiam resonat. Si enim dei & creaturæ eadē est natura: creatura deus est, & cōtra. quod quale sit, quis non videt fidelis? Nec est vt hic nobis reponat nouus theologus iste, in intelligibiles vniones. si enim tales sunt: cur præsumit quod nō capit eloqui? Quæ pulchre tandē sanctitatis gradus cōpegit dicēs, nos ex dilectione quæ est secundū naturā Dei tractu adiutam transire &c. & quod primā habēt catechumini, alterā baptizati: tertiā vero non est ausus viatoribus donare, neque etiā illis negare voluit, sed ait eā in sequenti vita perfici. Somnia sunt vana, oia hæc. Idē enim prorsus est, dilectionē elicita esse a natura dei tractu, aut gratia adiutā: & esse secundū gratiam, aut diuinā. Porro nō trahit volūtātē aut adiuuat deus, vt diligat aliud vel aliter quod iustum est, & quod fieri sua lege præceperit, dicēs. Diliges dominū deū tuū ex toto corde tuo. &c. & proximū tuū sicut teipsum. Et quicquid garrat hic Faber, sic diligere est diuine diligere: nec aliud aut alio modo in gloria diligunt sancti. Alioquin nō vere dixisset Apōstolus. Charitas nūquā excidit. s. neque quoad habitū, neque quoad actū. Siue (inquit) prophetiæ euacuabūtur, siue linguæ cessabūt, siue sciētia destruetur: nūquā tñ charitas excidit. Vnde hæc præclare & paucis attigit Augustinus dicēs. Faciūt hoies volūtātē suā, nō deī: quā faciūt quod volunt, nō quod iubet deus. Quādo autē ita faciūt quod volūt, vt tñ sequatur volūtātē dei: nō faciūt volūtātē suā, quāsi quod volūt faciāt. Hæc ille. Indignū igitur sunt hic per Iacobum excogitata, quæ chartas occupent.

¶ Propositio. CXCIII.

¶ Multa verba prophetarum transierunt, & irrita iam facta sunt: vt ea quæ

Ioan. x.  
Ioan. xvii.

i. Timo. vi.

Deute. vi.  
Leuit. xix.  
Matt. xxii.

i. Cori. xiii.

Tract. xix.  
super Io.

veterem legem vt veterem concernebant. verba autem Christi quęcūq; locutus est: nunq; cadent: nunq; irrita fient.

¶ Confutatio.

**D** Non tñ est istud Iacobi assertū irritū, hoc est non ratum: sed vanū: sed absolute contrarium scripturę. Porro quęcūq; sunt prophetę locuti, non sua vt sua, verba fuerūt: sed Dei, qui iureiurando multiplici homini testificatus est quoniā nullum suorū omniū verborū, siue testamenti veteris, siue noui irritum manebit, id est inefficax, inane, seu inexplētū, Non prophanabo (inquit) testamētum meū: & quę procedunt de labiis meis non faciam irrita. Labia autē Dei non incōgrue duo dicūtur: propter geminū eius testamentum. In vnīuersum autē de veteri Christus loquens. Nolite (inquit) putare quoniā veni soluere legē aut prophetas: nō veni soluere legē, sed adimplere. Amen quippe dico vobis donec transeat cælū & terra: iota vnū aut vna apex non pręteribit a legē, donec omnia fiant. & alibi. Facilius (ait) est cælū & terrā pręterire: q̄ de lege vnū apicem. & iterū. Necessē est (inquit) impleri oīa quę scripta sunt in lege Moysi, & pphetis, & psalmis de me. Intelligat igitur Faber, irrita facta fuisse quęlibet prophetarū verba, minime dicendum. non enim irritū redditur qđ suā plene vim sortitur, qđ perficitur & adimpletur. Alioquin nihil ratū & solidū aut efficax vel firmū hoc in corruptibilibi mūdo inuenietur, vbi oīa quibusdā subiecta sunt trāsmutationibus. **Q** si velit Iacob⁹ solū dicere: ideo multa prophetarū verba trāfuisse & irrita esse facta: q̄ iā exhibita fuere quę significabāt, vt gratia exēpli, illa per quę ritus immolationis agni dederat per Moysen dñs, & iugis sacrificii ac cæterorū, significabant quippe ista quā in cruce facturus tunc erat de seipso Christus immolationē: & q̄ institutus erat diuinū corporis & sanguinis sui sacramētū. & quoniā res ipsa & veritas per eiusmodi pręfigurata signa ac prophetę verba, olim facta atq; exhibita fuit: merito ipsa Moysi verba trāfuisse & irrita esse dicūtur. Bene quidē ac optime. Ceterū in eo illaqueatus & cōlūctus Faber manet: qđ secutus addidit inquit. Verba autē Christi quęcūq; locutus est: nunq; cadent neq; irrita fient. Multa nēpe locutus est Christus: q̄ secūdū eā intelligētia oīno cecidisse & irrita esse, necesse est cōfiteri Iacobū cuiusmodi sunt hęc in Matthęo. Ecce ascēdimus Hierosolymā, & filius hominīs tradetur principibus sacerdotū & scribis: & condemnabūt eū morte, & tradēt eū gētib⁹ ad illudendū, & flagellandū, & crucifigendū: & tertia die resurget. In Luca vero sic de eodē dicit. Cōsummabūt oīa quę scripta sunt per prophetas de filio hominīs: tradetur em̄ gētib⁹ &c. vt in Matthęo. Item & hęc. Vnus vestrū me traditurus est, qui māducat mecū: & Oēs vos scandalizabimini in me in ista nocte. & Petro. Amen dico tibi, quia tu hodie in hac nocte priusq; bis gallus vocem dedit: ter me es negaturus. & simili modo. Cū venerit autē paraclytus quē ego mittā vobis a patre: ille testimoniū perhibebit de me, & vos testimoniū perhibebitis, Sūt autē in euāgelicis literis & ap̄licis actibus cōsimilia nō pauca quę erāt prophetiæ de futuro, eadē oīno pdicētes quę per legis veteris prophetarū p̄dicta fuerāt verba, seu per illud Christi ex Luca nūc citatū cōstat: quo dixit. Cōsummabuntur

Psal. 88.

Matth. v.

Luc. xvi.

Luc. xxiii.

Exo. xii.

Nu. xxviii.

Matth. xx.

Luc. xviii.

Matth. xxvi.

Marc. xiiii.

Ioan. xv.

omnia quę scripta sunt p̄ prophetas de filio hominīs: & cetera. Quoniā autē oīa quę p̄nūciauit in p̄missis verbis Christus, exhibita fuere, neq; eorū in natura quidq; restat agendū: manifestū relinquitur, aut q̄ nulla prorsus verba prophetarum transtulerūt, aut irrita fuere facta: vel eodem iure, de plurimis Christi verbis idem omnino erit cōcedendū. vnde fit vt Iacobi dicta: somnia quędam dici mereantur, potius q̄ solida fidei documenta.

¶ Propositio. CXCIII.

Quęcūq; passus est dominus in mūdo: nō tāq; ab hominibus accepta passus est, sed tāq; a Deo: acceptata quidē obcēdētia ipsius, p̄cenis, & patiētia, p̄ satisfactione omnis inobcēdētie, debitarū p̄cinarū, & impatiētie aliorum.

¶ Confutatio.

**Q** Christi vt hoīs & redēptoris mūdi obcēdētia, p̄cenas, & patiētia, pro oīs inobcēdētie, debitarū p̄cinarū, & impatiētie aliorū satisfactione accepta uerit deus, sic q̄ nō sint p̄ peccatis suis Christiāni ad vltiores deūcti exoluedas p̄cenas, vt & hic & antea crebro p̄sumpsit Faber scribere: hereticū plane esse, sep̄ius iā ante mōstratū. Quis autē fidelīū in theologia vtcūq; eruditōrū, legere citra animi tristitiā potuit qđ p̄miserit dicēs. Quęcūq; in mūdo Christus passus est, nō tāq; ab hoibus est passus, sed tāq; a deo. qđ tñ sese putauit habere ex Zacharię pphetę verbo. Percute pastore: id est pcuties. &c. & ex illo. Propter scelus populi mei percussus eū. atq; illo psalmi. Quā quę percussisti: p̄secuti sunt &c. Et nō vidit homo (qui sacros dedignatus est p̄legere doctores, vt posset p̄ eos a deo p̄be instrui) oīa hęc & cōsimilia nō p̄ceptiue dicta a deo p̄ prophetas esse, verū quod futurū erat ex p̄missione fuisse p̄nūciatū. Quō em̄ vnū eūdq; actū p̄ciperet: deus fieri & p̄hiberet. In fide aut certū est deū cuiuscūq; innocētis mortē p̄hibuisse, dū ait. Nō occides. & rursum. Nō facies qđ iniquū est, nec iniuste iudicabis. Christū autē iniustissimē & p̄ inuidiā peremptū fuisse: nullus nisi q̄ infidelis est, ambigit. Si itaq; a Deo tāq; a deo illata Christo fuere quęcūq; in passione & morte sustinuit: Deus homicida fuit, & innocētū oppressor cruētus. qđ sane quis affirmare insana sit blasphemia: ex Iacobi tñ theologia istud recte colligitur, qua ait. Quęcūq; passus est dñs in mūdo: nō tāq; ab hoib⁹ accepta passus est, sed tāq; a Deo. Ex his p̄terea fit, vt hoies qui Christi p̄curauere mortē & intulerunt: hoc agētes haud peccauerint. quicqd em̄ p̄ hominē fit, & nō est ei⁹ opus vt homo est, hoc est nō ex ei⁹ electiōe ac arbitrio p̄cedit: nequaq; illi vel ad laudem & p̄miū deputari p̄t, vel vitii & cōmeritū. At quō coherēt hęc Iacobi asserpta cū scripturę veritate: q̄ quoad rē hęc nō aliud clamare videt: qđ p̄ditōris Iude, & sacerdotū, Phariseorū, scribarū, & ceterorū oim, q̄ i Christi innocētissimi cōspirauerāt necē, iniquitatē, inuidiā, & scelera alia, p̄pter q̄ & locū eorū & gētē Deus iusto suo disp̄didit iudicio. Tenebrosissime igit in hoc aberrat nouus theolog⁹ Faber, nec immerito qđ, vt q̄ doceri a patrib⁹ indignū duxit. Porro si Augustinū & alios ecclesię doctores cōsuluisset: docuissent eū quē admodū rite fiat, qđ quis a deo p̄ceptū esset Christo vt hoī, q̄ p̄ gr̄is hūani redēptiōe fortiter ac patiēter sustineret, qđcūq; inferri p̄ tyrānos, p̄ sceleratos, & diaboluē eiusdq; mēbra illi cōtingeret: sicut ip̄e declarauit dicēs:

Zach. xiiii.  
Esa. liiii.  
Psal. lxxi.

Exo. xx.  
Leuiti. xix.

Ioan. xiiii. Sicut mandatum dedit mihi pater: sic facio, simile aut cuilibet Christiano  
 Cap. xxvii. mandat dicens in Exodo: Infontem & iustum non occides. Hinc tam varie cum  
 ipso modum, quo diuina sapientia in suorum usum electorum conuertit etiam im-  
 mania peruerforum facinora. Quaeque igitur in mundo passus est Christus:  
 a Deo pure permissiue passus est, ab hominibus vero ut homines erant & sce-  
 leratissimi quidem proprie illa omnia Christo irrogare prohibebat Deus, quod non  
 nisi iniustissime inferri poterant, aliter author ipse Deus dici posset, nisi eo  
 quo & homines alia finit scelera perpetrare: quod ideo permissiue ille fa-  
 cere dicitur, quoniam licet ne illa fiant preceptiua lege prohibeat: auctores  
 tamen (cum posset absolute si vellet) operari peruerse non impedit, propter  
 eis concessam arbitrii libertatem. Maluit enim (vt in superioribus monstra-  
 tum est) de malis bona in electorum suorum utilitatem elicere, quam mala nul-  
 la fieri sinere. In his autem quae sunt pessime per Iacobum concinnata, non  
 ponit calamum: sed addit quae sequuntur.

¶ Propositio. CXCVI.

Iob non attēdebat ad Sathanā qui mala illi irrogabat: quia is re vera non erat  
 nisi instrumentū, & vt virga in manu eruditoris: neque enim Deo nolente id po-  
 tuisset.

¶ Propositio. CXCVII.

Si attendis patietes & tribulatos æquanimiter propter Deum flagella fe-  
 rentes: vt plurimum Dei voluntas est & permissio. Si autem tribulantes: per-  
 missio est, & persepe non est Dei voluntas. Nam hi mala voluntate id fa-  
 ciunt: illi autem bona voluntate patiuntur.

¶ Propositio. CXCVIII.

Si ex parte vtrorūque contingit esse bonā in Deo & propter Deū volūtate: &  
 hi bene affligūt, & illi bene affligūt. & est Dei ex parte vtrorūque permis-  
 sio & voluntas.

¶ Confutatio.

I Magis ardua hæc profecto erat: quam sua posset theologia sic resolvere Faber,  
 vt non relinqueretur inquietus studioso lectori scrupulus. Quandoquidem diu-  
 ne volūtatis rationes, vel in se vel in signis ad liquidū ita explicare, vt expli-  
 cadū nihil restet: difficillimū existimo. & hæc ob rem non patitur desiderata  
 breuitas, vt horū inquisitioni iam incubamus. Sat nobis in tā abstrusa quæ-  
 stione fuerit, si paucis aperiamus quae male nos habet in his Iacobi sermō-  
 nis. In primis igitur asserimus falsum omnino esse, dicere Iob non attendisse  
 ad Sathanā torquentē. Sciebat enim sanctus vir tortorem illū pro sua tyrā-  
 nide ad hoc artibus vniuersis cōtendere, vt non modo rem omnē eius perde-  
 ret tēporariam, sed & animam. Id enim erat quod venabatur homo ille pec-  
 cati, quod non credendus est sanctus Dei propheta Iob nescisse, vnde & ab  
 illo hoste maxime sibi cauebat. Quae deinde asserit Iacobus dicens. Is scilicet  
 Sathanas re vera non erat nisi instrumentum, & vt virga in manu erudito-  
 ris: ex plana historię constat litera falsum. Porro sic in ea legimus. Respon-  
 dens domino Sathan ait, Nunquid frustra Iob timet Deum, &c. Sequitur.

Iob. i.

Sed extende paululū manū tuā, & tange cūcta quae possidet: nisi in faciem  
 benedixerit tibi. hoc est fractus aduersitate contra te murmurabit tibi male  
 dicendo. Et sic item dixit dño Sathan. Mitte manū tuam, & tange os eius & Iob. ii.  
 carnē: & tūc videbis quod in facie benedicat tibi, id est maledicat, animā. s. suā  
 noxa capitali cōficiēdo. Propter has autē Sathanę sollicitationes dñs dixit  
 illi. Tu cōmouisti me aduersus eū. s. Iob, vt affligerē eū frustra: id est vt te eū  
 affligere permitterē. sed hoc frustra pro tuis votis, quia. s. sua patientia tuā  
 superauit crudelitātē. Hęc in Iob contextu habētur. Nonne autē officia ista K  
 siue potius maleficia esse possunt instrumenti: quod. s. pro Fabri principiis mo-  
 uetur, non mouet, patitur non agit. Vbi, quæso, inuenit ille calamū (verbi cau-  
 sa: sicut ipse alibi pro exēplo calamū ponit) scriptorē vt scribat prouocātē?  
 Nequaquam sane instrumentalis causę esse potest, vt sollicitet principalē: quia  
 sic moueret. Sathanę autē dñs dixit. Tu autē cōmouisti me aduersus Iob. &c.  
 Vnde colligitur euidenter, quod causa præcipua afflictionū Iob fuerit dēmon.  
 Deus vero solū permissiua, quā inde patientię pro omnibus exēplū paraue-  
 rit, ipsi Iob gratiā suā in omnibus ad victoriā cōferēdo. Preterea & plane in-  
 tentioni literę dissonū est asserere, Sathanā ipsum vt virgā fuisse in manu  
 eruditoris. Porro neque Iob eruditione opus habebat noua, neque castigatione.  
 Eruditur enim qui est inspiens, & qui petulans est virga corripitur, vt vel si-  
 nistre agere desinat, aut pro gestis perperā cōmeritas det pro iustitię legi-  
 bus pœnas. Qui ergo sapientissimus est ceteros oēs instruens: eruditione non  
 indiget. qui prauū nihil admittit: cur corriperetur? quod omnium virtutū diuitiis  
 locuples est: flagello ne lasciuiat minime habet opus. Huiusmodi autē san-  
 ctus propheta Iob erat: domino illi testimoniū perhibete his ad Sathanam Iob. i.  
 verbis. Nunquid cōsiderasti seruū meū Iob, quod non sit ei similis in terra homo  
 simplex, & rectus, ac timens Deū, & recedens a malo? Omnibus autem Iob  
 armētis, ceterisque externis bonis (Sathana auctore) perditis, vna cū charissi-  
 mis pignoribus, quoniam inde auctior virtute esset effectus ac meritis: cū id  
 egerrime ferret malorū omnium author dæmon, aliis & vehementioribus cu-  
 piens illū adorari machinis, rursum affuisse legitur dño, cui (Ceu iam antea Iob. ii.  
 dū tēporaliter omni ex parte florebat Iob) eo qui præscriptus est repetito  
 sermone, videlicet, Nunquid cōsiderasti seruū meum Iob? &c. adiecit domi-  
 nus, & dixit. & adhuc retinens innocentiam. Tu autē cōmouisti me aduersus  
 eum, &c. Per hæc (quae ex sacra historię litera, clarissima videntur) euident-  
 ter elucet: beatū Iob neque eguisse eruditore nouo, neque virgā cōmeruisse.  
 Arbitrarium igitur omnino est & scripturę dissentaneum quod Faber scri-  
 psit, Sathanā vt virgā fuisse in manu eruditoris. quod vero pro horū causa  
 dīctorum subiungens ait, Sathanam minime potuisse sancto Iob irrogare  
 mala, si Deus nollet: quod longe est a sensu vel intelligentia eius, hac poterit  
 ratiocinatione ipse conicere. Illū itaque percunctor, an adulteria, homicidia, L  
 rapinas, & id genus inique facta velit Deus, an nolit. Si respondet: absit, eius  
 modi iniustissima opera Deū velle. Illa enim ne fiant intētissime prohibet,  
 facta odit, punit tormentis, quoad durant & supersunt insectari non cessat.  
 Illa ergo non vult Deus. Quomodo enim ea vellet puerfa & iniqua facinora:

que nulli velle licet: talia siquidē velle: scelus est immane. Bene quidem & optime. At cum omnia que pertulit sanctus Iob, huiuscemodi foret: scilicet rapinę, latrocinia, homicidia, mutilationes, concussiones, conflagrationes, & incendia: que omnia prohibita erāt diuina lege naturali & humana. Certum est enim Sabęos abigendo pecora Iob, & occidendo gladio pastores (sicut textus loquitur) contra triplicem illam egisse legem: & pari iure Chaldeo: de quibus dicitur in litera. Chaldeo fecerunt tres turmas, & inuaferunt camelos, & tulerunt eos: necnon & pueros percusserunt gladio. Nec minus existimet Iacobus Sathanā ipsum prohibitu saltē legibus naturali & diuina, mala illa procurare per homines vt perpetrarentur: item ne ouiu greges cum opilionibus pueris cōflagratione consumeret, ac incendio domos & liberos Iob perderet: sed & corpus Iob ne vlceribus attereret. Hęc haud dubie agēs dēmon: legē naturę transgrediebatur & diuinā, in Deum peccans. Mala igitur hęc omnia Iob illata, cū rapinę aut latrocinia erant, homicidia & iniustissima grauamina: quonammodo volebat illa Deus: aut sane illa nolebat: aut de nullis sceleribus dici potest q̄ illa nolit, q̄ nullatenus admittendū est. Vnde manifeste colligitur facta illa esse nolēte deo: cuius oppositu docet Faber. Neq; his obuiat aut iuuat illū: q̄ Deus Sathanę dixerit. Ecce vniuersa que habet Iob, in manu tua sunt: tū in eū ne extendas manū tuā. his nāq; verbis pura designatur permissio: qua iuste ipsum Iob tentandi potestātē dēmoni cōcessit Deus, quēadmodū & alios permittit exerceri. quod exprimit super hoc loco diuus Gregorius iniquens. Sathanę voluntas semper iniqua est: sed nūq̄ potestas iniusta: quia a semetipso voluntatē habet: sed a deo potestātē. Q̄ enim ipse inique appetit: hoc deus fieri nō nisi iuste permittit. & iterū. Hostē nostrū Deus permittit & retinet, relaxat & refręnat. alia ad tentandū dat, alia ad affligendū: sed ab aliis religat. In marginali vero expositione sic legimus. Nō petitione diaboli pro uocatus Deus vincitur: sed hosti cōcedit ad dolorē & ad deceptionē suā, q̄ famulo profit, Hęc ibi. Quibus euidentē cōstant que diximus, Sathanā videlicet inique & in suū malū per insanabilē inuidiā eius, & procurasse & p̄ egisse cōtra naturę legē ac diuinā, quecūq; in presenti tētatione facta sunt. Quādo igitur prohibitus ne sic ageret erat, q̄ simpliciter nō impediuit eū deus ea exequi que iniustissime petebat & volebat, mera permissio dei fuit: quā fateor signorū vnū esse diuinę volūtatis: q̄q; iniqua illa mala Iob illata (que dēmonis & Sabęorū ac Chaldeoꝝ opera erāt: & modis omnibus peccata) quoad rē ipsam seu p̄nā voluit Deus, Iob autē illa simpliciter velle non tenebatur: sed ad meritoꝝ cumulum sat illi erat, velle fortiter & æquanimitē eiusmodi mala, si inferrentur sustinere. Ceterum quoniā hic omnino a Dei voluntate separat Faber eius permissio, ita vt que solū permittit Deus, illa velle non dicatur: propterea eū in his cęcutire pronūciamus. Vnde quis Iob mandatum esset (quemadmodum & alteri cuiq;) nulla frangi aduersitate, & sic simpliciter Deus patientiam Iob volebat: id est Dei erat voluntas, vt sic humanę salutis hostem deuinceret: non tamen cōcedendūq; illata ipsa tormenta & damna Deus alia volūtate vellet, q̄ que

Iob. i.

Iob. i.

Li. ii. mora, cap. xxi.

Ibi. ca. xxiii

N

permissio nuncupatur. Quod vt Iacobus intelligat, & ab errore liberetur: nouerit illorū malorū nequaq; Iob authorem fuisse. non erant ergo eius opera: sed tantū dēmonis & hominū iniquorum. Non dicat proinde ex nunc. Si attēdis Iob mala: illa volebat deus. solum nāq; volebat deus opera Iob: que erant fortis tolerantia, patiētia inuicta, longanimitas, humilitas, & cætera rum que in eo erant virtutū opera, cū gratiarū actione. Opera autē vniuersa, que respectu creaturarū non nisi peccata sunt: neutiq; deus dicitur aliter q̄ permissione velle. Et propterea quod adiecit Faber dicens. Quando ex parte vtrorumq; cōtingit &c. non solum disseparatū a re præsenti omnino est, & importunum verbū: sed ea parte qua dicit esse dei permissio, plane falsum: cum neq; p̄nē illiusmodi actio peccatū est, neq; passio: quod cōtingit, quando secundum iustitię punitiue leges per illius ministros infliguntur p̄nē: quas gratas habet qui patiuntur, sic q̄ nolent illas nō inferri. & ita non modo volunt patientię virtutē propter illius bonū, sed etiā ipsa flagella, nō propter se tamen, sed ob aliud magis dilectū, q̄ huiusmodi p̄nē malum sit in se odibile aut nociuū. Si lectoribus ista tēdio sint, non mirandū: fuerunt enim & mihi: non vacant tamen qualicunq; fructu.

¶ Propositio. CXCIX.

Pilatus Christo dicens: Nescis quia potestātē habeo crucifigere te &c. igno- Cap. xix.  
rantia accusand⁹ erat: quia credebatur se habere illā potestātē. At nulla erat potestas ab homine data: qua quis posset Iesum crucifigere.

¶ Propositio. CC.

Condemnans seipsum Pilatus ait: Et potestātē habeo dimittere te. Et verum est q̄ habebat potestatem a deo crucifigendi eum: sed non habebat potestatem dimittendi eum: ceu rei probauit euentus.

¶ Propositio. CCI.

Quod dominus Pilatus dixit: Nō haberes potestātē aduersum me &c. perinde est, ac si diceret. Nequa potestate Cæsaris posses me crucifigere: sed potestate tibi de cælo data a patre meo.

¶ Propositio. CCII.

Pilatus cum suis, scilicet ministris, erat vt virga diuinę iustitię: ad mysterium redemptionis faciendū. & paulopost. Quod exinde querebat Pilatus dimittere eum: hoc sane suę potestati tribuebat: sed quid posset, & quid nō posset ignorabat.

¶ Propositio. CCIII.

Sed inquit: cum a deo hęc haberet potestatem Pilatus, & esset & patris & Christi voluntas vt crucifigeretur: quomodo ergo Pilatus habuit peccatū, qui potestate sibi data hoc fecit, quod deus voluit: habuit sane peccatū, quia non ob voluntatem eius a quo ipse a domino intellexerat se habere potestātē, hęc fecerat, & facturus erat quod fecit postea sed studio obsequedi placē diq; hoibus, aut timore hominē offendēdi: ppter q̄ regē glorię crucifixit.

¶ Propositio. CCIII.

Vbi est nūc Pilate vox illa præsumptionis: Potestatem habeo dimittere te: Quasi diceret Faber, hoc non poteris o Pilate,

## ¶ Confutatio.

**P** Non semel in his lapsus est Faber. In primis asserere, Pilatū nullam ab homine potestatem iudiciariam in Christū habuisse: veritati scripturæ plane dissimulatum est. Verā enim a Cæsare de criminibus aliisque ad officium præsidis pertinentibus cognoscendi & iudicii ferendi auctoritatē habebat: innocentes scilicet absoluedi, & damnandi fontes. Et quoniam Apostolo teste, non est potestas nisi a Deo: quæ autem sunt a Deo, ordinata sunt vsque adeo, ut omnīs in terris potestas de sursum vere sit: proinde Pilato respōdit dominus: Non haberes potestatem aduersum me vllam, nisi tibi datū esset desuper: quod his firmat Augusti. verbis. Vbi nō respondebat Pilato Christus: sicut omnis silebat. vbi respōdebat: sicut pastor docebat. Discamus ergo quod dixit: quod & per Ap̄m docuit: quia nō est potestas nisi a deo. & rursum. Talē quippe deus potestatem dederat Pilato: ut esset etiā sub Cæsaris potestate. quapropter inquit. Non haberes aduersum me potestatem vllam, id est quātulacūq; habes: nisi hoc ipsum quicquid est, tibi esset datū desuper. Dicere autē potestatem quam Pilatus in Christum dominū habuit, a solo deo, & non per hominē accepisse: erroneū omnino est. Quis enim nisi deus decreuisset Christum ipsum passurū, illeq; oblatuſ est quia voluit: quod tamē egit Pilatus, cæteriq; omnes innocentis Christi mortē procurantes: permissio Dei mera fuit: quæ admodum paulo ante de malis quæ sustinuit Iob dictum est. Vnde super hoc loco Chrysostomus. Hoc enim inquit datū est: hoc est cōcessum. ac si diceret: permisit hoc fieri deo, & hoc quidē meritissime dixit Chrysostomus. Si enim posituſ deus Pilatū voluisset occidere Christū: hoc illi fuisset præceptum. quod meram sapit blasphemiam: deum scilicet homicidia & sacrilegia p̄cipere. Vnde & certa fide tenemus, diuino iure & naturali prohibitos fuisse tam Iudæos q̄ Gentiles lædere Christum, illi aduersari, aut in quoq; molestos esse: nedūm eius prosequi necem, ad illā eum damnare iudicio, ipsamq; inferre. alioquin nō dixisset traditor Iudas: Peccauit, tradens sanguinem iustum: Neq; assistentiū turba, & opem ferētium executioni mortis eius, tundētes pectora sua fuissent ad veritatē reuerſi, culpas pprias agnoscentes. Id vero quod subsequenter dixit Iacobus, nō habuisse videlicet Pilatum potestatem dimittendi Christum, ceu rei probauit euentus: q̄ sit & philosophiæ ac moribus & fidei contrariū, quis non manifeste videt? docet em̄ philosophia, quoniam de futuris non est determinata veritas: quod est futurū quodcunq; a libero pendēs arbitrio, merē cōtingens esse ad vtrūlibet, hoc est ad posse esse, & posse nō esse: quia scilicet omnīs libera causa, in sua habet facultatē agere vel non agere. Quid autē magis perniciosum moribus, dicere poterat homo: q̄ prædicare, homines postq̄ peccauerūt, eos nō potuisse non peccare: Porro ex eiusmodi sermone palliationē sibi assumunt miserī peccatores delinquendi, dicentes: Ecce fors mea hæc est, non possum non ita agere: quasi nō sit rerū contingentia, præscientiæ dei cōpossibilis. quod est error centies dānatus in morum philosophia. In fide vero notissimū est, deum benignissimū ac clementissimū nulli suę creature vt agat aut euitet quod minime valet, præcipere, Fidelis est (inquit Apostolus) deus q̄ nō

patiatur vos tētari vltra id quod potestis: sed faciet cum tētatione prouenire i. Corint. x. tum. Atqui Pilatus si liberū non habebat, Christū (quem innocētē sciebat) absolueret: dānando nō peccauit. quod est plane hæreticū. Per ista autē quæ in fide certa sunt: refelluntur & alia multa per Iacobū hic asserita. vt puta id, Non haberes potestatem aduersum me, vllam &c. perinde est ac si diceretur: Nequaquā potestate Cæsaris posses me crucifigere: sed potestate tibi de cœlo data a patre meo. Item q̄ Pilatus & eius ministri erant vt virga diuinæ iustitiæ. Quis enim eorū peruersissim⁹ conatus & iniquissima opera deus in humanæ redemptionis conuerterit vsū: non dei tamen ministri aut virga proprie dici merentur: sed instrumenta ac ministri sathanæ erant. quod constat ex Christi ad eos verbo quo ait: Nūc autē q̄ritis me interficere, hominē qui veritatē vobis locutus sum. & paulo post: Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere: ille homicida erat a p̄cipio. Quod hic deniq; præterdit Iacobus: ideo peccasse Pilatū Christū flagellando & dānando ad mortē atrocissimā: non quia sic egit, sed quia agēs ita, nō respexit voluntatem eius a quo ipse &c. hoc est, nō vt obediens deo (qui illi hoc agendi potestatem fecerat) est executus: sed aut studio Iudæis obsequedi & cōplacendi, aut humano timore: impēfissime detestandum est ac execrandum. Inde siquidem pro voto Iacobi fit, & quidē rectissime: quia si Pilatus nō studio cōplacendi hominibus, aut stulto hominis timore, dānasset Christū ad passiones varias & crucē, verū attendisset quod dominus illi dixerat, potestatem sibi datam fuisse desuper: nequaquā peccasset. quo asserito quid insipientius cogitari posset? Debuerat sane Faber priusq̄ istiusmodi theologiæ diffidit cultates præsumeret edisserere: consuluisse sacros doctores, & theologorū scholam: in qua ne tyrunculus quidē tam absurda qualia hic euomuit reciperet dogmata. Peccauit nepe infœlix iudex Pilatus: q̄ innocentē sciēs non absoluit (quod liberrime poterat, ac debebat) sed dānauit cognitum iustum: ne Cæsaris iram aduersum se prouocaret, & perderet officiū ac mūdī bonas: non autem (sicut ait Faber) vt Iudæis cōplacere. & hoc quidē testantur catholici doctores, super hoc enim verbo Christi: Propterea qui tradidit me tibi: maius peccatū habet. Ille quippe (ait Augustinus) me tuę potestati tradidit, scilicet Iudæus, inuidendo: tu vero metuēdo, sequitur. Nec timēdo qui dem, præsertim innocentē homo hominē debet occidere. Inuidus homicida malus est: sed tamen id zelando facere, multo magis malum est q̄ timendo. Chrysostomus vero quasi Pilatū cōpellans: Si ait in te totum positū est, quia scilicet potestatem habes crucifigere, & potestatem dimittere: cuius gratia nullā causam inueniens non absoluis: quasi diceret. Iccirco peccas: quia damnas quem totiens innocentem protestaris.

## ¶ Propositio. CCV.

Confessio peccatorum fieri debet iis quibus dictum est: Accipite spiritū sanctum. Cap. xx. Oportet ergo spiritū Christi accipere ad remittēda aut retinēda peccata. Et haud scio quę peccata spiritus Christi retineri velit, nisi peccata infidelitatis: quibus annexa est vt plurimum in deum blasphemia.

## ¶ Confutatio.



Homil. pri  
ma super  
Matth.

Si velit Iacobus (ceu eius innuere videtur sermo) necessariū esse ad hoc vt vere confitentes sibi sacerdos absoluat, ipsum sanctum habere spiritū: quod sæpius antea diximus nō aliud esse, q̄ per gratiam (excluso omni crimine) Deum in se manentem habere: hæresis est primo Origenis, & deinceps aliorum multorum, vt Valdensium, VViteles, & Ioannis Hus, quæ in concilio Constatiensi, vel in forma, vel in suis principiis, sessionibus. viii. & xv. & iuste quidem iterū damnata est, Si enim hoc in sacerdote vt efficaciter vtatur clauæ requiritur: quis pœnitentium tutus in conscientia esse possit? de nul-

V lo enim vtum in gratia sit dei necne, certo cognosci potest. Quod autē addit Faber dicens, ignorare sese quænam velit Christus retineri peccata &c. non parū culpabilis ignorantia est in homine: qui theologia docendi nondum vniuersum, sibi assumpsit officium. Dicam⁹ ergo illi quod nemo etiā tyronum theologorū nescit, Christum ex toto peccata cuiuscunq; sint generis retineri velle, quādo qui confitetur non rite semetipsū disposuit, quod in se est faciendo vt absolutionem percipere mereatur. Eiusmodi certe hominem peccatorem deus nō vult absolui. Cuiuscunq; vero qui q̄tum cum Dei preueniente & cooperante gratia valet, se cōponit vt peccata sibi remittantur: Deus indiscriminatim remitti vult illa, siue sint hæresis, infidelitas, aut blasphemia: vel qualiacūq; existant. Nec in hoc vlla diuersitas potest a quo uis assignari theologorum.

¶ Propositio. CCVI.

Cap. xxi. Quisq; dicere debet, Fiat voluntas dei: semper hoc debet esse nostra voluntas: immo non voluntas: quia voluntatem habere nō debemus: sed in nobis sola debet esse dei voluntas. Petrus autem adhuc voluntatem habebat: & ideo reprehensionem hanc meruit: quid ad te?

¶ Confutatio.

X ¶ In confutatione propositionis. CXCII. ab Augustino præclare fuimus edocti: quemadmodum omnis in homine voluntas rationi conformis & deo grata, dei voluntas dici debet: quia scilicet per eā homo vult quod & deus. Quando vero vult homo quod vetat deus: suam facit non dei voluntatem. Et secundum hanc intelligentiam dixit Christus: Descendi de cœlo non vt faciam voluntatē meā: sed voluntatem eius qui misit me. Quod autē hic dicit Iacobus, q̄ nos nullam debemus habere voluntatem &c. in superioribus in fide erroneū esse frequenter monstratū est. Hinc Matthæus dominū refert dixisse: Quæcunq; vultis vt faciāt vobis homines: & vos eadē illis facite. Per Dauid autem dei spiritus dixit de eo. Voluntatem timentium se faciet. De Tito insuper Corinthiis loquens Apostolus: Cum (inquit) sollicitior esset sua voluntate profectus est ad vos. & iterum: Gratia ministratur a nobis ad domini gloriam, & destinatam voluntatē nostram. Per hæc plurimæq; his similia quæ leguntur in scripturis: roborantur dicta prius aduersus Iacobi dogmata: quibus q̄ sanctæ in hominibus voluntates, eorum non sunt, sed dei solius, miserabili hallucinatione contendit.

¶ Propositio. CCVII.

Librum scripsit Georgius Trapezuntius, quo monstrare nititur q̄ Ioannes Euangelista nō fuerit mortuus: & fuit opinionis in hoc apostolorum, sed audire potuit a domino: quid ad te? Et ego quocq; aliquādo disceptauī, & audire potui: quid ad te? Vt Apostolis pepercissita & mihi parcat dominus.

¶ Propositio. CCVIII.

Hieronymus sensit Ioānem mortuū, contraria Apostolis opinione: & audire etiam potuit, Quid ad te? quia dominus non dixit, q̄ moreretur, aut non moreretur.

¶ Propositio. CCIX.

Quauis hoc vel illud dicere, cōtra fidem non sit: satius tamen est quando euangelium pacis tractamus, in controuersiam non venire: id etiā nobis prohibente ipso euangelista.

¶ Confutatio.

Et hic rursus nos pascit Iacobus verbis, & quasi alter ab eo hac tempestate euangelicam turbauerit pacem super Ioannis obitu, ait: Satius est in controuersiam nō venire: cum ipse solus olim sopitam hæc suscitauerit controuersiam. Porro. XXVII. propositione super epistolas Beati Pauli, Ioannē dilectum discipulum a corporali morte exemptū fuisse pronūciat: ad quod cōprobādum in libro suo inscripto Vna de trib⁹, quas valuit rationes produxit. Ex confutatione autem eiusdem propositionis, & loco illic citato per nos, elucere satis arbitror q̄ falsa sit huiusmodi opinio, & nullæ prorsus inductæ pro illa suasiones. Quod Iacobus (vti reor) perpendens, ab illa hic descendit sententia: damnans q̄ presumpserit asserere ipsum Ioannem a lege mortis absolutum fuisse: & q̄ id cōtra Dei factam per eundē Ioannem prohibitionē egisse sese autumat, veniā precatur: Cum tamē dicat se & Trapezuntium apostolorum sententiā fuisse secutos, quam hic nō probat. Nempe sacri textus illam particulā, scilicet Sic eum volo manere donec veniā, bis a Christo enunciatam, ex quā assertionis suæ prioris potissimum sese credebat habere certitudinem, nouo cū grecis nato consilio dānat, & a Ioannis textu relegat: dicit enim nō esse legendū, Sic eum volo manere, sed: Si eum volo manere, ibi inquit mera est conditio, & nullius rei definitio. vnde neq; q̄ moreretur, neq; q̄ non moreretur Ioannes: dominus dixit. Et quoniā Petro dictum est a domino, quid ad te? innuitur (ait Faber) nulli licitum esse dicere, ipsum Ioannem a morte exemptū. quod dicimus nos omnino fatendum, cum Beatis Hieronymo, Augustino, & aliis probatis doctoribus & ecclesia, ipsum vere per animæ a corpore separationem (sine tamen preiurio, & forte concomitante dolore) mortuū esse. Cæterum q̄ sit temerarium & schismaticum damnasse q̄ prefati legerunt & tenuerunt cū vniuersa ecclesia doctores, dicendo scilicet non esse legendum sic, sed si: vt mera sit conditio &c. quis non videat? Decernere item eundē Hieronymum, & iure pari Augustinum, & omnes sequentes doctores, quin & ecclesiam ipsam, q̄ credant, prædicent, ac tueantur illum mortuū fuisse Ioannē: deliquisse, & egisse aduersus euangelicā literam, intolerabilis profecto arrogantia in Fabro fuit. Et id maxime, q̄ Apostolorum errore suum vult attenuare, dicens: Vt

Apostolis pepercit deus, ita & mihi. & q̄ Hieronymum taxat: quem dicit contraria Apostolis opinione sensisse mortuum fuisse Ioannē. Quasi leuior fuerit Iacobi culpa, q̄ cum Apostolis dum adhuc rudes essent errauerit ipse, qui sese Israeli, id est ecclesię magistrum exhibuit. & peccauerit Hieronymus q̄ intellectum Apostolorum noluerit sequi errorem, sed verum euangelicę literę amplexus est sensum. At nemini istud mirū videbitur, sed certe miserum ac ob id miseratione dignum: qui ad mentem reuocabit ipsum Fabrum vix vsq̄ cum ecclesię sacris sapere doctoribus. Illius & nostri misereatur dominus: cui fit laus perennis. Amen.

¶ Finis secundi libri Annotationum in Iacobi FABRI Commentarios.

**NATALIS BEDÆ IN SEQVENTEM TERTIUM ANNOTATIONVM LIBRVM ADVERSVS ERASMV M ROTERODAMI MVM PRÆFATIVNCVLA.**



NON existimet nostras in errores Desiderii cęsuras lecturus recurrisset nos ad eiusdem vel annotationes seu per nouum testamētum, & nouam sacrorum textuum traductionem, vel ad respōsiones quas Dei & Stunice annotationibus parauit ille & edidit, de illisq̄ nos definiuisse, nihil siquidē omnino ad illa prospexim⁹: verū (quod onerosum mihi negociū vehemēter erat) Paraphrases dūtaxat examinādas suscepī propter consimilem rei cum Iacobo Fabro iam absolutę rationē

& q̄ ipsas quidem Paraphrases nullum adhuc videbam speciātim attigisse scriptorum: Cum tamen eo nomine iudicio impensius opus illas habere cęsebam q̄ a plurium manibus teri possunt: & audieram quosdam istarū cupidos nouitatum, eiusmodi Paraphrasum in vernaculam linguam pro illiteratis adornare versionē: quę omnia sub pietatis prætextu, humanę salutis id procurante inimico, impietati militat. Simpliciter itaq̄ perpēdi quę in ipsis Paraphrasibus minus vera legendo occurrebant, & pro temporis angustia vbi opus videbam esse succinctis rationib⁹ quid me moueret ad insequentem indicāui modum. Eum autē tenui procedēdo librorum ordinem quo vel ab authore emissi fuere vel a me lecti. Qui ocio fruuntur & præpotentes sunt hac occasione vtinā quod nostris deest censuris adiiciant.

**ERRORES X EPISTOLA ERASMI AD CÆSAREM PRO PARAPHRASI IN MATTHÆVM EXCERPTI CVM ADIECTIS IN EOSDEM CENSVRIS.**

¶ Prima propositio.

Non omnes quę Paulo ascribuntur epistolę, illius esse citra cōtrouersiam dicendę sunt.

¶ Censura.



VM pro sententiā Beatorū Ambrosii, Hieronymi, Augustini, Gregorii, cęterorumq̄ omnium qui hos sunt secuti catholicorum doctorū & vniuersalis ecclesię vsu atq̄ comprobatione, citra cōtrouersia omnes sancto Paulo ascriptę epistolę vere illius sint: hæc propositio temeraria est & schismatica. Nec est vt eam dicat quispiā non legi in Erasmi litera. Quippe ipsa ex illius propriis colligitur sermonibus quib⁹ sic ait. Non licuit mihi per amicorum efflagitationes conquiescere donec quicquid esset apostolicarū epistolarum absoluissē: cum ipse non sumpsissē tractandas nisi eas quę citra cōtrouersiam a Paulo conscriptę sunt. Ecce quod præmisimus plane tradit Erasmus: non omnes scilicet ascriptas Paulo epistolas illius esse.

¶ Propositio. II.

Veteres ecclesię doctores in allegoriis explicandis partim variant, partim sic agunt, vt mihi nonnunq̄ ludere videantur: ait Erasmus.

¶ Censura.

Quoniam quidem certum est veteres ecclesię doctores diuinarū tractando sensu scripturarū nihil ioco aut ludo, sed omnia serio egisse vsque adeo vt Hieronymo qui loco vno scribēs ad Augustinū quadā verbosę figura dixerat: In scripturarum campo si placet sine nostro inuicē dolore ludamus: respondit Augustinus inquiring. Petis vel potius fiducia charitatis iubes vt in scripturarum cāpo &c. Et quidem quātum ad me attinet, serio nos ista q̄ ludo agere mallem. Qz si hoc verbū tibi propter facilitatē ponere placuit ego ( fateor ) maius aliquid expeto a benignitate virium tuarū prudentiaq̄ tam docta & ociosa, annosa, studiosa, ingeniosa diligentia hæc tibi non tantum donante, verum etiam dictante spiritu sancto: vt in magnis & laboriosis quęstionibus non tanq̄ ludentem in cāpo scripturarum, sed in montibus anhelantē adiuues. Si autē propter hilaritatē quam esse inter charissimos differentes decet, putasti dicendum esse ludamus: siue illud apertum & planum sit vnde colloquimur, siue arduū atq̄ difficile: hoc ipsum edoce obsecro te quonā modo assequi valeā. &c. Et sequitur. Tum vero sine vllō timore offensionis tanq̄ in cāpo luditur: sed mirū si nobis nō illuditur. Quia inquam res ita sese habet: hæc propositio arroganter, & in veterū ecclesię doctorum sprētū enunciata est, temeritatiq̄ hæc resarchę Lutheri fauet qua in

Lib. epistol. Augusti. epist. xviii. ibidem epist. xix.

ter alia sic scripsit. In ecclesiastica hierarchia Dionysius ludit allegoriis, quod est ocioforum hominum studium.

¶ Propositio. III.

Sunt in euangelio loca quaedam prorsus mea sententia inexplicabilia: quorum est de peccato in spiritum sanctum remittendo, de die supremo quem solus pater norit etiam filio incognitum.

¶ Propositio. IIII.

Explicare dissonantes locos in Euangelistis: nihil aliud est quam in labyrintho quodam versari.

¶ Censura.

Utraque harum propositionum falsa est, & ex mera theologie processit ignorantia. Porro in superioribus plane perspicueque per B. Augustini, & aliorum doctorum verba explicatum est, quidnam sit & quale peccatum in spiritu sancto.

De die autem supremo clarissime in scriptura dicitur quia deus illum, neque angelorum cuiquam, neque hominum reuelauit: hoc proinde nulla prorsus explanatione opus habet. De iis autem que illud aliquando tetauerunt secretum rimari, ita dicit Augustinus. Omnium de hac re calculatum digitos resoluit & quiescere iubet ille qui dixit. Non est vestrum nosse tempora vel momenta que pater posuit in sua potestate. Multi quippe vel ante eiusdem Augustini, etate id presumpserunt, & eidem contemporaneus Esicius episcopus hoc super negotio non nihil erras ab ipso instrui per epistolam poposcit: cui consulens rescripsit Augustinus. eumque plene quod rectum erat edocuit. Alii insuper longo post tempore curiositate falsi, ipsius mundi finem definire conati sunt, ut Nobertus quidam cuius meminit Bern. & Ioachim abbas. Errauerunt itaque hi & consimiles explicare conates per scripturas quod eadem explicandum minime continent aut tradunt, sicuti hic, sed falso asserit Erasmus. Quod vero ait die illum nouissimum etiam dei patris filio incognitum esse, in fide erroneum est: cum enim eadem numero sit & vnica, eaque simplicissima scientia, prescientia, prouidentia, ac omnium notitia patris, ac filii, & sancti spiritus: fieri nullatenus potest ut quod nouit pater sit filio incognitum, id est nihil omnino penitus latere ualet filium, & hoc quidem quatenus deus est. Secundum vero serui formam seu ut homo est, quia ut eiusmodi data est illi vniversa iudicandi a tota trinitate facultas: quia in qua forma iudicatur est per mundi redemptionem iudicaturus mundum apparebit: quod angeli duo in monte Oliueti ipso ascendente suspicium tibus omnibus qui aderant discipulis expresserunt dicentes. Viri Galilaei quod statis aspicientes in caelum: hic Iesus qui assumptus est a vobis in caelum, sic veniet quem admodum vidistis eum euntem in caelum. Et iudicium ipsius locum tempus & modum nescire haud potest. Porro omnium necesse est que fuerunt, sunt, & erunt certissimam habere notitiam, omnino iudicem. Quomodo autem sit accipiendum, quod ipse Christus narrate Marco euangelista dixit. De die autem illa vel hora nemo scit neque angelus in caelo, neque filius nisi pater: cum locutione propria dictum minime possit intelligi propter prescriptas causas: alium sancti doctores, quem scilicet preterdebat ipse Christus sensum statuerunt. Qui est: vel quod ut homo die illum nouissimum non ex se poterat cognoscere, sed deo illi reuelate cognouit: vel quia non pro se capite dicit hoc filius: sed pro corpore suo, quod est ecclesia. aut denique ideo nescire illum dicitur: quia ipsum scire homines non facit. Quod denique hic dicit Erasmus, scire

Cōsūtati-  
one pposi-  
ti. xxxix. li.  
ii. contra  
Fabrum.  
Matt. xxiiii  
Mar. xiiii.  
Actuum. i.  
Li. de Ciui.  
xviii. ca. liiii

Epi. lxxix.  
Epi. lxxx

D

Actu. x.

Actu. i.

Mar. xiiii.

licet explicare dissonantes locos in euangelistis, nihil aliud esse quam in labyrintho quodam versari: quod impium sit quis non videat? cum nulla scriptura dari possit apparatus dissonantia que per sacros ecclesie doctores non fuerit iam olim ad catholicam reducta consonantiam, aut facile per theologos possit. Viderit autem Erasmus cur ipsarum scripturarum mysteria, ut ea paderet, conciliaretque sibi quos pugna re secum locos putabat aggressus est, cum id quasi labyrinthum duceret? Labyrinthus profecto sunt scripturae diuine sensus: unde emergere cuiquam non conceditur, quod catholicorum doctorum & ecclesie filium non sequitur intelligentiam. Quam vero hoc contingeret Erasmo, qui profitemur sese de diuinis differere inter primos & potissimum secutum fuisse Origenem, quem rei theologicę longe peritissimum decernit: cum ille & de diuinis & de humanis in copulibus absurdissime & sapuerit & scripserit: quemadmodum plus satis nos monstrasse alio quodam opusculo credimus.

## ERRORESEXEPISTO

LA Erasmi ad Pium lectorem pro Paraphrasi in Mattheum excerpti, cum adiectis in eisdem Censuris.

¶ Propositio. V.

Exclamant (scilicet doctores theologi) indignum facinus, si mulier aut corarius loquatur de sacris literis. At ego puellas quasdam audire mallem de Christo loquentes, quam quosdam summos vulgi opinione rabbinos.

¶ Propositio. VI.

Me auctore libros sacros leget agricola, leget faber, leget lator, legent & meretrices & lenones, denique legent & Turcae. Si hos non submouit a sua voce Christus, nec ego submouebo eos ab illius libris.

¶ Propositio. VII.

Nec Ezechielis prophetae, nec Cantici canticorum, aut cuiusque librorum veteris testamenti lectionem vlli hominum interdixero.

¶ Propositio. VIII.

Non protinus accedi sunt a sacris libris idiotę: si quis exortus fuerit, qui per hanc occasionem prolapsus sit in errores.

¶ Propositio. IX.

Quidam piaculum arbitrantur si sacri libri vertantur in linguam Gallicam, aut Britannicam. Equidem cupiam in omnes eos verti linguas.

¶ Propositio. X.

Cur indecorum videtur si quis sonet euangelium ea lingua qua natus est, & quam intelligit: Gallus Gallica, Britannus Britannica, Germanus Germanica, Indus Indica.

¶ Propositio. XI.

Mihi (ait Erasmus) magis indecorum, vel ridiculum potius videtur, quod idiotę & mulierculę psittaci exemplo psalmos suos & precepcionem dominicam latine murmurant, cum ipse quod sonant non intelligant.

¶ Censura.



Quanto studio hic conetur Erasmus conuincere licitum, pulchrum, edecens, ac simplicium salutem, tum virorum, tum mulierum expediens esse ut cuilibet sexui, etate, & statui vulgari lingua sacre omnes comunicentur literę: prescriptę propositiones septę indicant, &

quidem nō obscure. At istud q̄ rei Christianæ sit noxiū nō est per me aperiē- dum: quoniā quidē iam iam est id monstratū per nos aliosq; recentēs, & sane egregios scriptores. Et p̄pterea ne id fieret olim p̄ sedis ap̄licę decreta intē- tissima cura prohibitū extitit: eandem dirigēte sedē viro cū doctissimo, tum optimo Innocētio, eius nominis tertio. Qua vero cōsideratione præsumpserit tam impēse aduersus eiusmodi ap̄licam & iustissimā inhibitionē Erasmi cōtēdere, decernēs etiā in oīm linguas nationū trāsfundendos esse libros cā- tici cāticoꝝ, & Ezechielis, qđ nemo antea fuerat ausus asserere: ipse viderit,

¶ Propositio. XII.

Vtrū symbolū qđ ap̄loꝝ dicit̄ ab ipsīs ap̄līs proditū sit, nescio: ait Erasmus.

¶ Censura.

**F**lsta nescientia in viro qui orbē omnia quæ fidei sunt docēdi munus suscepit ad infidelitatē p̄tinet impiūq; schisma. dubius em̄ in fide, vt̄ prius dictū notauim⁹, infidelis est. nullus autē ecclesiasticorū doctoz̄ in dubiū reuocauit, an symbolū illud sanctū ab Ap̄līs cōgestū fuerit. Nā Rufinus p̄sbyter vir (et si pro Origenis libris aduersus B. Hieronymū multa improbe & scripserit & cōposuerit) doctissimus tamē, ita in eiusdē symboli quā edidit nō spernēda expositione ad principiū scripsit inquis. Tradūt maiores nostri, q; post ascē- sionē dñi, cū per aduētū spūs sancti supra singulos quosq; ap̄los &c. sequitur. Præceptū eis a dño datū hoc, ad prædicandū dei verbū, ad singulas quemq; proficisci nationes. Discessuri itaq; ab inuicē normā sibi prius futuræ prædi- cationis in cōmune cōstituit, ne forte alii alio adducti diuersū aliquid his q; ad fidē Christi inuitabatur exponerēt. Omnes igitur in vno positi & spiritu sancto repleti breue istud futuræ sibi vt dixim⁹ p̄dicationis iudiciū, in vnū conferendo quod sentiebat vnusquisq; cōponūt: atq; hanc credētibz dandā esse regulam statuerunt. Symbolū autē hoc multis & iustissimis ex causis ap- pellari voluerūt. hæc Rufinus. Sanctus vero August. ad Valentinū scribēs: ludicabit de⁹ mundū (ait) quando vēturus est, sicut tota ecclesia in symbo- lo cōfiteatur: ludicare viuos & mortuos. Quæstioni itē quā loco tertio Dul- citius proposuerat, respōdens inter multa, ait. Huic sententiæ proculdubio conueniet, quod in regula fidei cōfitemur: venturū dñm iudicaturum viuos & mortuos. Alibi quoq; ita August. ait. Quod autē dicimus in symbolo in- G aduētū dñi, viuos ac mortuos iudicādos &c. De ipso p̄terea symbo. lib. qua- tuor ad Cathecuminos scripsit iam senex August. q; parte ope. eius decima dog. ca. viii habent. Ante episcopatū vero vnū de fide & symbolo q; est in tertia p̄te edī- derat. Exorsus autē primū ad Cathecu. lib. eos sic alloquitur. Accipite filii re- gum. x. gūla fidei qđ symbolū dicit̄: & cū acceperitis, in corde scribite: & quotidie dicite apud vos anteq; dormiatis, anteq; p̄cedatis v̄ro symbolo vos munite. hoc est autē symbolū qđ retēturi estis & reddaturi. Credo in deū patrē. &c. Rursū in sermō. i. pro vigil. Penthecost. sic ait. Sancti ap̄lī certā regulā fidei tradiderūt, quā secūdū numerū ap̄licū duodecim sentētis cōprehēsam Sym- bolū vocauerūt, p̄ quā credētes catholicā tenerēt vnitatē, & p̄ quā hæreticā conuincerēt prauitatē. Sermonē vero. ii. dñicæ in Ramis palmarū: sic quoq; habet ad verbū & loquitur August. Symbolū quod vobis tradituri sumus

Epi. q; præ- mittit lib. de gratia & lib. arbi. pre- operū. viii. Eadē opū. parte ad fi- nem volu- minis.

Lib. de eccl. dog. ca. viii Parte ope- rum. x.

fratres charissimi, cōprehēso est fidei nostrę atq; perfectio: Simplex: breues plēnū: vt simplicitas cōsulat audientū rusticitati: breuitas memorię: plēni- tudo doctrinæ. Quod em̄ græce symbolū dicitur, latine collatio nominat̄. collatio itaq; dicit̄: quia collata in vnū totius catholicę legis fides symboli colligitur breuitate. Cuius textū vobis modo deo annuēte dicemus. Petrus dixit: Credo in deū patrē omnipotentē. Ioannes dixit: Creatorē cœli & ter- ræ. Iacobus dixit: Credo & in Iesum Christū filiū eius vnīcū dñm nostrum. Andreas dixit: Qui conceptus est de spiritu sancto, natus ex Mariā virgine. Philippus ait: Passus sub Pōtio Pilato, crucifixus, mortuus, & sepultus. Tho- mas ait: Descēdit ad inferna: tertia die resurrexit a mortuis. Bartholomęus dixit: Ascēdit ad cœlos: sedet ad dexterā dei patris omnipotentis. Mattheus dixit: Inde venturus iudicare viuos & mortuos. Iacob⁹ Alphēi: Credo & in spiritū sanctū: sanctā ecclesiā catholicā. Simō Zelotes: Sanctoz̄ cōmuniō- nem, remissionē peccatoꝝ. Iudas Iacobi: Carnis resurrectionē. Mattheus cō- pleuit: Vitā æternā. Amen. In eo autē infidelis ipsius Erasmi nesciētia plane proditur q; cū p̄ insigni vno errore Stunica vir sane eruditus illi obiecisset ita eū quodā loco scripsisse, symbolū in cōcilio Niceno editū illud esse qđ vulgo dicitur ap̄loꝝ, quod sapuisse inspicētissima fuit impietas: nullū tamē Stunicę dat Erasmus responsū. assertū non inficiatur suū: tantū sic ad ver- bum ait. Hæc rixa olim exercuit Vallā: doceat Stunica rē tantā. En omnīū censor scriptoz̄ Desiderio sit ne idē symbolū qđ vulgo ap̄lorū dicitur & Nicenū, rixam existimat: q; pie autē q; q; sobrie, ipse viderit, & appē- dant lectores. Neq; moueat quēq; si forsā in recētioribus vel ap̄loꝝ nomi- na alio descripta inueniātur ordine q; ea hic locauerit Augusti, aut ipsæ sen- tentiæ secus distinctę. eiusmodi em̄ in qua sit varietas, etsi diuersa existat, ad- uersa tamē minime, cū omnes in idē cōsentiāt rei argumentū: quæ admodum plerūq; idē Christi factū variē diuersi referūt euangelistę. Præscriptis autem B. Augusti. sentētis consentaneę: Symbolū specialiter, ait B. Ambrosi⁹, de- bemus tanq; nostri signaculū cordis antelucanis horis quotidie recēdere: ad quod etiā cū horremus aliquid animo recurrendū est. ita Ambro. Ecce testa- tur Rufin⁹ maiores, id est q; ante tēpora Ambrosii, Hieronymi & Augusti- ni in ecclia doctores fuerāt de ap̄lorū symbolo tradidisse, qđ & nūc firmissi- me retinem⁹: August. vero qđ tota ecclia in symbolo eodē confiteat̄ &c. q; q; illud regula fidei est. & hæc firmat Ambro. Videat iccirco Erasmus quo spū concitat⁹ scripserit sese an symbolū ap̄lī pdiderint nescire: hoc sane debuit certo nosse, & nō infidelitate schismatica de fidei principiorū authorib⁹ du- bitādo, qđ in se fuit, ea ipsa infirmare Christianę doctrinę fundamēta, vilio- raq; reddere.

¶ Propositio. XIII.

Baptizati paruuli postq; ad pubertatē peruenerint, & in cōibus fidei articu- lis fuerint instructi, debēt publice vocari & interrogari ratū ne habeant qđ susceptores, id est patrini & matrinę, illoꝝ noīe polliciti sunt in baptismo. si respōdeant se ratū habere: tū publice renouetur illa professio. & paulo post.

¶ Propositio. XIII.

Verum hic geminus existet scrupul⁹. Primū q; videatur itēari baptismus:

id quod fas non est. Deinde quod periculum sit ne quidam audita professione non approbent quod gestum est per vicarios. sequitur. Prior ille facile discutitur si hec sic gerantur, ut nihil aliud sint quam instauratio ac representatio pristini baptismi. quod genus est cum aqua sacra quotidie conspergimur. Posterioris difficilior est solutio: sed omnia tetanda sunt ne quis resiliat a prima fide: quod si non potest obtineri, fortassis expediet illum non cogi, sed suo relinquitur animo donec resipiscat: nec ad aliam interim vocari poenam, nisi ut ab eucharistia sumenda relinquitur quicquid sacramentis arceatur: ceterum nec a sacris, nec a concionibus excludatur.

¶ Censura.

I Inaudita prius & vere miserabili, & ob id miseranda temeritate hic sacros ecclesie catholice ritus & sacramenta temerare presumpsit Erasmus, & ac si nouus euangelista foret nouos supinducere satagit: quibus nihil impensius schismaticum exitiosum poterat excogitari ac erroneum. Tum quia iterare docet initerabile diuino iure sacramentum: dicente Apolo Hebraeis. Impossibile est eos qui semel sunt illuminati, & participes facti sunt spiritus sancti &c. rursus renouari: hoc est per baptismum, quod est lauacrum regenerationis & renouationis, rursus iustificari. Tum quod liberum vult baptizatis in infamia postea adoleuerint esse, a professione Christiane religionis si libet deficere. & non vidit praesumptione cecatus quemlibet adultum non baptizatum eatenus dei teneri de cretis eandem profiteri religionem, quatenus aeternam euadere gehennam de iunctis: quoniam vniuersale edictum est: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto non potest introire in regnum dei: & Qui non credit, iam iudicatus est. & rursus: Qui vero non crediderit, condemnabitur. Quando igitur euangelio Christi obtinere obligatur etiam non Christiani adulti, & ita lauacrum regenerationis suscipere, id est baptizari & profiteri gratiam legem: quoniam pacto liberum illi esset resiliere a professione pro salute sua iam facta, quam alias facere, aut cum diabolo aeternum perire attritus est: Ceterum Erasmo, qui de baptismi sacramento dogmata hic tradit regulis Romane & vniuersalis ecclesie aduersa nesci diuersa, perpeditare est opere precium, quid contra eiusmodi praesumptores olim iam fuerit decretum. Nepe epistola vna decretali sequente ad modum definitum est. Vniuersos qui de sacramento corporis & sanguinis domini nostri Iesu Christi, vel de baptismate seu de peccatorum confessione, matrimonio, vel reliquis ecclesiasticis sacramentis aliter sentire aut docere non metuunt, quam sacrosanta Romana ecclesia predicat & obseruat: vinculo perpetui anathematis innodantur. Perpetuat inquam opus est Erasmus, quousque hec reformidanda quidem eum pertingant verba, ut suae consulat salutem.

¶ Propositio. XV.

Quid sunt humane professiones, religionum scilicet, nisi simulachra quedam professionis sanctissime que fit in baptismo? Norunt monachi suas professiones ceremoniosis imitatiois commendare populo: & sic agunt hanc fabulam ut nonnunquam erumpant lachrymarum spectatoribus.

¶ Censura.

L Cum in probata per ecclesiam religione professionem emittendo sese homo ad consiliorum Christi obseruantiam salutaribus astringat promissionum vinculis: quod est re ipsa perfectionis scholam sic firmato proposito ingredi, hoc docete Christo, qui eundem contestati quod iam omnia legis seruauerat mandata respondit inquiring:

Hebrae. vi.

Ad Tit. v.

Ioan. iiii.

Marci. viii.

De hereticis in anti- quis. ca. ad abolendum.

Si vis perfectus esse: vade & vende omnia quae habes, & da pauperibus: & habebis thesaurum in caelo: & veni sequere me. non tantum scilicet obseruando mandata, quod pro omnibus ad salutem necessitas est: verum quoque ipsa mea consilia: Sacramentum eiusmodi obseruandorum Christi consiliorum professionem simulam christi nomine vocare, eiusque declarationem & ad illius amplexum suavorum sermonem, fabulam: impium est, pusillorum scandalisatiuum, ac cum heretico Luthero diuinum & laudatissimum statum impudenter est infamare.

## ERRORES EX PARAPHRASI

ERASMI in Matthaeum excerpti, cum adiectis in eosdem censuris.

¶ Propositio. XVI.

Quo homines veteris legis per anxiam illius obseruantiam vehementer humanis freti precibus ad innocentiam & felicitatem contendeant: eo amplius vitium & cupiditatibus inuoluebatur. ¶ Censura.



Propositio haec manifeste est in fide erronea piarumque offensiuam aurium. certum est enim, Moysen, Aaron, Iosue, Samuelem, Dauid, Ezechiam, Iosiam, ceterosque sanctos reges ac duces populi, & prophetas, pariter ite Christi & B. Iohannis Baptiste, ipsi quoque praesidiis humanis fretos per accuratissimam anxiamque seu sollicitam legem Moysae obseruantiam (ut in consutationibus assertionum Iacobi Fabri sepe numero monstratum est) non modo vitium & cupiditatibus non fuisse inuolutos: verum per eiusmodi obseruantiam ad veram innocentiam omniumque cumulatum virtutum & tandem aeternam puenisse felicitatem. Omni quippe studio, cura & animi anxietate cuncta quae aut mandabat lex aut hortabatur vel consulebat, deo more gerentes custodierunt: quia per Iosue dictum est: *omni populo, Estote solliciti, ut custodiatis cuncta quae scripta sunt in volumine legis Moysi: & non declinetis ab eis, neque ad dextram, neque ad sinistram.* Non perfecto praesidiis humanis haud freta erat, neque tantum sollicitudine anxietateque vacabat: cui dominus (quae hospitio creberrime meruit suscipere & pascere) dixit. Martha, Martha: sollicita es, & turbaris erga plurima. praeparat enim. & Paulus dixit: *Qui praeparat in sollicitudine.* Vnde in ecclesiastica persona dixit Dauid: *Dum anxietur cor meum: in petra exaltasti me.*

¶ Propositio. XVII.

Christus Hierosolymam circumcisus est ac purificatus.

¶ Censura.

Propositio haec ex ignorantia prodiit. est siquidem prorsus inopinabilis: & recte diuinorum eloquiorum intelligentiae contraria, seipsam quoque interimit: quoniam quidem ex Luca notum est: quia die a Christi Beata natiuitate quadragesimo, ipse & sancta eius parens purificati fuerunt. ait enim: *Postquam impleti sunt dies purgationis eius, (scilicet matris) secundum legem Moysi: tulerunt illum in Hierosolymam ut sisterent eum domino &c.* Ante diem autem illum quadragesimum, neque matrem que masculum pepererat, neque nato infanti licebat templum accedere. Dictum namque erat in ipsa lege Moysi. *Mulier si suscepto semine pepererit masculum: immunda erit septem diebus: & die octauo circumcidetur infantulus.* Ipsa vero triginta tribus

A. iiii.

Ca. primo.

M

Iosu. xxiii.

Luc. x.  
Roma. xiii.

Cap. ii.

Luc. iiii.

Leui. xii.



diebus manebit in sanguine purificationis suæ: omne sanctū non tæget, neq̄ ingreditur in sanctuariū, donec impleatur dies purificationis &c. Obuiant itaq̄ sibi duo hæc asserta Erasmi, videlicet q̄ Christ⁹ Hierosolymis in tēplo fuerit purificat⁹ die quadragesimo: & illic die octauo sit circūcisus: quia vt dicimus nō licebat tēplum accedere ante purificationis diē. Nouerit igitur Erasmus, quia circūcisio in parentū domibus sub Moyfi lege fiebat (ad id exequendū peritis chirurgis accitis) in parentū & vicinorū præsentia. Quod euidenter colligitur ex actis in circūcisione Ioannis Baptistæ, de illis etenim loquēs ait idē Euāgelista Lucas. Factū est in die octauo: venerūt, cognati scī licet & vicini, circūcidere puerū: & vocabāt eū nomine patris sui Zachariā, & respōdēs mater eius dixit. Nequaq̄, sed vocabit̄ Ioānes. &c. En mater Ioānis, circūcisionis faciendæ sacramēto præsens erat cum vicinis & cognatis. Domi igitur hoc fiebat: nō enim per Moyfi legē prodire licebat dieb⁹ illis perperæ. Q̄ autē inopinabile sit istud (seclusa etiā scripturarū certitudine) asserere scilicet paruulorū circūcisiones sub Moyfi lege in tēplo fieri de bere vel ciuitate Hierusalē, q̄ illic non erant nati: vel inde poterat conuicere Desideri⁹, q̄ infantis recēs nati nō patitur imbecillitas a matris etiā paucis horis elōgari mamilla. Qui ergo in Iudæa finibus nascebātur quomō sustinerent ad ciuitatem trāsportari, & accepta circūcisione (cuius dolor die gen. xxxiiii bus aliquot ita grauis esse legitur: vt vires etiā virorum pœne eneruet) per viarum discrimina ad matris vbera domum reduci?

¶ Propositio. XVIII.

Cap. iiii. Christus solus omnium nulla peccati labe contactus fuit.

¶ Censura.

N Cum sessione. xxxvi, sacrum Basiliens. concii. consentanee ad cultū ecclesiasticū definierit B. Christi genitricē nulla vnq̄ peccati labe contactā fuisse, nulliq̄ de cætero licitū esse in contrariū prædicare seu docere: constat assertionem hanc schismaticam esse. Quam asseror, Luthero in hoc dextras dās, contra honorem immaculatæ virginis impie concepit, & perniciose edidit.

¶ Propositio. XIX.

Cap. iiii. Christus mox postq̄ ab Ioāne baptizatus est petit solitudinē: idq̄ facit non hortatu cuiusq̄, sed suo ipsius spiritu. Nā q̄ baptizat⁹ est iam exiit affectus carnales, & factus regeneratione spūalis, spūs sancti ducitur & agitur arbitrio. Nō meminit Bethleē, non repetit Nazareth, nō redit ad matrē aut nutritium &c.

¶ Censura.

O Quæ hac cōplectitur propositione Desiderius, deplorandā in eo rei theologice inscitia arguit: vnde fit, vt non nisi in fide erronea simulq̄ blasphema hic euomerit. De Christo enim quasi homo purus esset primo ait petiuisse illum solitudinē non cuiusq̄ hortatu, sed suo ipsius spiritu: quasi ceterorum more hominū circa agibilia nonnunq̄ cōsultiuo eguisset discursu, aut ad ea quæ agenda erant cōmonitione interdū prouocaretur: alias etiā suo ageret sensu nullis pūis aut prudētiali discussione, aut alteri⁹ exhortatiōe. Absit autē q̄ beata eius anima eiusmodi mortalib⁹ auxiliis, hoc est inq̄sitione, cōsilio vel puocatione opus habuerit, vtpote cui omnium p̄teritorū p̄ntiū atq̄ fu-

rororū euidentissima in creatione collata fuit notitia. Sciebat (inq̄ Io.) qd̄ esset factur⁹. Et iterū, Sciebat ab initio Iesus q̄ essent credētes, & quis esset eū traditurus. & alibi: Nunc scim⁹ (aiebāt ad eū discipuli eius) quia scis omnia, & nō opus est tibi vt quis te interroget. Q̄ autē adiciatur, eundē Christū dñm in baptisimi susceptione exuisse affect⁹ carnales, q̄q̄ sit factus rege generatione spūitua, & ita spūitus sancti ductus arbitrio, vt ex tūc Bethleē nō meminerit: nō repetierit Nazareth, ad matrem non redierit: aut nutritiū Ioseph: apertas spirat blasphemias. Porro ea lauachri acceptione (vti in confectionibus erroꝝ Jacobi Fabri non semel docuimus) nihil animæ domini accessit noue virtutis, nullos profus affect⁹ exiit carnales, neq̄ tunc spūitua, q̄ antea foret factus est. Plane itaq̄ hic delirat Erasmus.

¶ Propositio. XX.

Christ⁹ inediā ad quadragesimū vsq̄ diē produxit, Danielē, Helia, ac Moysen referens.

¶ Censura.

Quod hic de Daniele scribit Erasmus, humanus est lapsus. Quāquidē neq̄ illum retulit Christ⁹ ieiunās quo ad tēpus neq̄ quo ad abstinentiæ modū, sed duntaxat Moysen & Heliam: nō enim Daniel ad dies quadraginta inediā (vt loquitur Erasmus) p̄duxit, litera eius sic sonāte. In diebus illis ego Daniel lugebā triū hebdomadarū diebus: Panē desiderabile (id est subtile, alibum, & delitiosum) nō comedi (supplēdū, sed forsan fursureū ordeaceū) & caro & vinū non introierunt in os meū: sed neq̄ vnguēto vntuissū donec cōplerētur triū hebdomadarū dies. Sic Daniel. Præterea ipse illo hebdomadarū triū tpe nō sicuti Christus oī cibo caruit: sed p̄ legis more semel in die ad vesperū nōnihil grossiorū sumebat alimentorū. Somno igit̄ hic laborauit Erasmus.

¶ Propositio. XXI.

Iam vxor esse desit mulier quæ se miscuerit alteri viro.

¶ Propositio. XXII.

Nullum volum⁹ esse diuortiu, excepta causa stupri: quæ pugnat cū ipsa natura matrimonii.

¶ Censura.

Quod in vtraq̄ harū propositionū docet Erasmus, videlicet coniugiū altera partiū adulterate sic dirimi, vt nō ampli⁹ subsistat sitq̄ soluta pars innocens: plane hæreticū est, quia diuinis cōtrariū scripturis. ait enim per Ap̄m spūitus dei. Quæ sub viro est mulier, viuente viro alligata est legi: si autem mortu⁹ fuerit vir eius, soluta est a lege viri. Igitur viuente viro, vocabitur adultera, si fuerit cū alio viro: si autē mortuus fuerit vir eius, liberata est a lege viri, vt nō sit adultera si fuerit cū alio viro. Ne autē errare cū Erasmo sit cuiq̄ liberū, si dicat virū qui fuerit adulteratus, mortuū quo ad matrimonii vinculū esse: & ea rōne vxorē castam a viri illius lege solutā: eundē calūniæ huic occurrētē Ap̄m audiamus. Iis (inq̄ Corinthiis) qui matrimonio iuncti sunt præcipio non ego, sed dñs, vxorē a viro non discedere: q̄ si discesserit (supplēdū causa fornicationis quo ad thorū) manere innuptā, aut viro suo, adultero scilicet, recōciliari. En rectissima linea decretum Ap̄icum obuiat Desideriū sententiæ: hic ait: Iam vxor esse desit &c. & rursum: Diuortiu fieri volumus causa stupri (hoc quidē manifeste innuit). Ap̄s vero eum

Lucæ. i.

gen. xxxiiii

Cap. iiii.

Cap. iiii.

Ioan. xvi.

Daniel. x.

Cap. v.

Rom. v. iiii

I. Cori. vii.

Marci. x.

quem vxor ob causam fornicationis dimisit, virū adhuc illius vocat, prohibereq; deum dicit ne eo viuo alterū superinducat. Manere, inquit, præcipit dominus mulierem eiusmodi innuptam: aut viro suo recõciliari. Quod aperte expressit Christus dicēs referente Marco: Quicūq; dimiserit vxorem suā, & aliam duxerit, adulteriū cõmittit super eam: & si dimiserit virū suum & alteri nupserit mœchatur. sic Christus. Vir igitur adhuc illius est: etiā adulter. vnde & rursus paulopost subiungit B. Paulus, dicens. Mulier alligata est legi quāto tempore vir eius viuit. Quod si dormierit vir eius, id est naturali morte obierit: liberata est: cui autē vult nubat, tantū in dño. Cui autē non sunt hæc satis: plane cum hæreticis annumerandus est, q; de matrimonii sacramento secus ille sentit q̄ ecclesia Romana doceat. Quæ variis epistolarum decretaliū capitibus B. Apostoli Pauli citatis innixa verbis, decernit matrimonii durare vinculum ac subsistere etiam inter cõiuges propter fornicationem ecclesiæ iudicio quoad thõr & temporalia bona separatos. Ad hoc insuper est Augustini sententia libro. ii. de adulterinis cõiugijs etiā pluribus capitibus: nam & capitis secundi huiusmodi summa est. Error dicētis mulierem propter fornicationē a viro discedentē, posse alteri nubere, quasi mortuū sit vir eius prior. & hoc quidē iustissime. Quippe cum Christ⁹ propter sacramenti rationē Pharissæis eum tentantibus respondisset matrimonium quoad eius vinculū indissolubile esse: dicēs, Quod deus cõiunxit homo non separet: obieissentq; illi dicētes: Quid ergo Moyse mandauit dari libellum repudiij & dimittere: inualidā monstrans oppositionem, ait illis. Moyse ad duritiē cordis vestri permisit vobis dimittere vxores vestras: ab initio autē non fuit sic. Quod vero subsecutus addidit Christus inquit: Di-

In anti. tit. de diuort.

co autē vobis, quia quicūq; dimiserit vxorem suam &c. q; non sit accipiens quasi liberū sit interueniente adulterio, vel partī quæ thori fidem seruauit, vel vtriq; ad alia transire vota: satis ex priori innuit verbo. Quod tamē per Aplm apertius voluit aperiri, dum ait. Præcipio non ego sed dñs: vxorē quæ scilicet propter fornicationē virū dimisit (nulla enim alia licebat causa) manere innuptam: aut viro recõciliari. Nequis autē pro Erasmo zelans causetur dicēs nō illum eo vsq; insanire potuisse vt existimaret quod hic ei ascribimus audiam⁹ quid in cõsequentibus scribat, in Paraphrasi nāq; capit. xix. huius euāgelistæ ita ad verbū loquitur. Scitote q; quisquis ob quālibet causam abiecerit vxorē, & alterā duxerit, adulteriū cõmittit: nisi forte quā repudiat, adulterio meruerit repudiū. Nam quæ alteri viro sui fecit copiam: iā vxor esse desit, & matrimonij ius ademittit sibi. Hęc Erasmi⁹: per quæ eum cõstat sensum plane hæreticum & tenuisse & sparisse in ecclesiam: At non absq; suo discrimine propter ecclesiæ decretū superius citatum.

Matth. xix. Genesis. ii.

¶ Propositio. XXIII.

Apud Iudæos non punitur nisi periurium. Ceterum qui non interposito iurando fallit proximum impunitus est.

¶ Propositio. XXIII.

Lex euāgelica prorsus dānat omne iusiurandū: vt iam non sit fas iurare.

¶ Propositio. XXV.

Non opus est in cõtractibus admiscere iusiurandū aut execrationes, aut aliud simile, quod & promittentē obstringat metu, & stipulatī fidem faciat.

¶ Propositio. XXVI.

Non minus est Christianus simplici nudoq; verbo obstrictus q̄ Iudæus per omnia sacra deierans: nec alter minus fidit, q̄ si iusiurandum intercessisset.

¶ Propositio. XXVII.

Cum in totū vetem iurare: non abrogo legem quæ vetat periurium.

¶ Censura.

¶ Quæ sint in fide erronea & moribus quæ his in quinque assertionibus docet S. Erasmus: ex cõfutationibus propositionis vndecimę Jacobi Fabri super epistolam beati Pauli, & xxi. cum sequentibus quatuor super euāgelium sancti Matthei plene constare puto. eodē nempe spiritu hoc de iuramentorū negotio post veteres hæreticos sunt locuti Faber, Erasmus, & Luther damnatus: quæadmodū & de his quæ proxime sequuntur, alijsq; non paucis. Dicēs itaq; Erasmus fas per legē euāgelicā nō esse iurare &c. criminis reum agit angelum per quē beato Ioanni euāgelistæ deus Apocalypsim reuelauit. Iurauit enim ille sub legis euāgelicę tēpore, sic nāq; de eo idē Ioānes ait. Angelus quē vidī stātem super mare & super terram, leuaui manū suam ad cælum, & iurauit per viuētē in secula seculorū. Atqui si Faber & Erasmus recte mūdo Christi sensum tradiderunt: peccauit beatus ille arcanorū detector angelus. quod vel cogitare impium est & blasphemum.

¶ Propositio. XXVIII.

Illud doceo vos: pro quālibet atrocibus iniurijs nullā omnino vindictā esse reposcendam, nec damnū damno, nec iniuriā iniuriā retaliandam.

¶ Censura.

Et hanc in fide & moribus esse erronēam, cõfutatione propositionis. xvi. Fabri super Mattheum perspicue monstrauimus.

¶ Propositio. XXIX.

Lex dicit, Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. & sic permittit male velle ijs qui nos ledunt.

¶ Censura.

Hanc propositionem sanę diuinorum eloquiorum intelligentiæ aduersari, & ob id etiam in moribus & fide esse erroneam, per dicta in cõfutatione propositionis. xvii. Fabri super Mattheum liquet.

¶ Propositio. XXX.

Lex nihil aliud vetat q̄ occidere: lesus exigebat vt nec irascerentur fratri. Cap. vii.

¶ Censura.

Hęc propositio pro parte priori manifeste hæretica est. Porro legem inficia tur prohibere, quod certum est illam studiosissime vetare. Nihil (inquit Erasmus) aliud vetat lex q̄ occidere. Exoculari igitur non vetat, aut aliud quodlibet amputare illata vi membrū, vnde non fit mors secutura. Ceterū quomodo impune sineret lex proximū in personā quātūlibet citra mortem ledi: quæ etiā eiusdē externa non solū nō vi auferre prohibet, sed & illa sibi desiderare? Non concupisces (inquit dñs per legem) domum proximi tui, Exo. xx.

Leuiti. 24. nec desiderabis vxorem eius, non seruū, non ancillā, non bouem, non asinū. Præterea si non prohiberet lex omnē offensam in proximī personā etiā citra mortiferum vulnus: cur in aliter ledentes pœnas decernit? Ait autē in Leuitico. Qui irrogauerit maculam cuilibet ciuiū suorū, sicut facit, sic fiet ei: fracturā pro fractura, oculum pro oculo, dentē pro dente restituet: qualem intulerit maculā, talē sustinere cogetur: Qui percusserit hominē, punietur. Exod. xxi. In Exodo vero Deus pœnas statuī diuersas in homicidā de industria, & in eum qui proximū occidit nō id prætedēs: Diuersas item in vulnerātes aut mutilantes citra interitum: & hoc quidē pro illati damni ratione. Si (inqt) rixati fuerint viri, & percusserit alter proximū suū lapide vel pugno, & ille mortuus nō fuerit, sed iacuerit in lectulo &c. & paulopost. Si mors (ait do minus) fuerit subsecuta: reddet animā pro anima, oculū pro oculo, dentem pro dente, manū pro manu, pedem pro pede, adustionē pro adustione, vuln⁹ pro vulnere, liuorē pro liuore. In Leuitico iterū, Non facietis (ait domin⁹) furtum, non mentiemini, nec decipiet vnusquisq; proximū suū: non periurabis in nomine meo: non facies calumniā proximo tuo, nec vi opprimes eum: nō queres vltionē, nec memor eris iniurię ciuiū tuorū. Cū hæc igitur ita sint per Moyſi legem iubente domino decreta: certū relinquitur, quia hæreticū est qđ afferunt Desiderius inquisiens: Lex nihil aliud vetat qđ occidere: quando etiā hic alia prohibitione omne mendaciū vetat Deus, & alia periuriū, Nō mentiemini ait: & postea, nō periurabis in noīe meo. Hinc manifestū euadit quia propositio. xxiiii. plane hæretica est, vbi dicitur. Apud Iudęos non puni tur nisi periuriū: ceterū qui non interposito iureiurando fallit proximū, im punitus est. Nullum siquidē crimen impune permittebat lex, qđ aliter mē dacium simplex, atq; aliter peierationem emendari iuberet.

¶ Propositio. XXXI.

Cap. x. Quinto loco nomina Apostolorū erant Iacobus Alphęi filius vna cū Iuda Iacobi filio: qui idem Lebbeus siue Thaddęus dicitur.

¶ Censura.

Matth. x. Marc. vi. Luc. vi. V Quod in hac propositione dicitur, vna cū Iuda Iacobi filio, rebar culpā scri proris fuisse: quia tamen non istud castigatur in erroꝝ qui operis calci ap positus est indice: cui sit lapsus ipse tribuendus nisi auctori non video, qui pueriliter hallucinatus est, existimans qđ cū in Matheo, Marco, & Luca le gatur Iacobus Alphęi, & subintelligitur filius: eodē quoq; sensu quod idē Lucas scribit, & Iudam Iacobi, accipiendū sit: vt scilicet dicatur, & Iudā Iacobi, supplendo filiū, quod erroneum est. Hic enim subintelligi pro omnīū sanctoꝝ traditione debet secūdū euangelicam veritatem, nomē frater: vt sit sensus, & Iudam Iacobi fratrem. quod vigilanter adici voluit Dei spiritus vt discernatur Iudas iste a proditore. Qz autem ita sit sentiendū vt scilicet Iudas Iacobi frater dicatur, & Alphęi filius, nō Iacobi, vt delirando scripsit Erasmus: hinc conuincitur qđ id palam continent sacre literę. Porro beatus ipse Iudas vnicā sic exorditur epistolam suā. Iudas Iesū Christi seruus, fra ter autē Iacobi, his qui sunt in Deo patre &c. vnde & Matheo referente & Marc. vi. Marco, Christi vicini mirantes supex doctrina & virtutibus eius, quē cū pa-

rentibus nutriri viderant, purum eū autumantes hominē: dixerunt: Nonne hic est fabri filius? nonne mater eius dicitur Maria? & fratres eius Iacobus & Ioseph, & Simon, & Iudas? Cum enim Iacobū hunc Apostolus Galathis scribens domini fratrem nūcupet: Marcus vero ait, Maria Iacobi minoris & Ioseph mater: hos autē quatuor, vicini q; nouerāt eos, fratres asserāt: notū fide certūq; relinquitur Iudā nequaquā filiū dici posse Iacobi, sed fratrem esse.

¶ Propositio. XXXII.

Cap. xiii. Paterfamilias. i. Deus nō vult pseudoapostolos & hæresiarchas extingui, sed tolerari, si forte resipiscant, & ex zizaniis vertantur in triticum: qđ si non resipiscant, seruentur suo iudicio, cui pœnas dabunt aliquando.

¶ Censura.

Assertio hæc, hæresis est VViclef, Bohemorum & Lutheri damnata: adde qđ X aperte etiā schismatica est. Porro & imperatorū fidelīū leges & ecclesię, de cernūt, monent, ac præcipiunt: eiusmodi hæresiarchas & pseudoapostolos de terra funditus (nisi cōmoniti ad catholicam reuertantur ecclesiam) perdi, & vlticibus cōmitti flammis. Falsus est autē Erasmus putās ex illo Christi verbo quo seruos ne zizania ante messis tempus colligerent, prohibuit: sim pliciter sese habere inter fideles. in ecclesia tolerādas esse quātūlibet pesti lentes ac subuersores homines. & animaduertere dedignatus est: quia si id Christus prætedisset: diuine legis transgressores essent omnes vtriq; in ec clesia politię præidentes. ii nempe omnē dedere operā de Christianorū sinibus hæresiarchas & pseudoapostolos exterminare. qđ vel cogitare & impiis simū est & schismaticū. Sapientissime quidē vidit Christi sponsa ecclesia eo inspirante, nō illum absolute in ea de qua loquimur zizaniorum parabola inhibuisse, peruersos de medio tolli: verū vbi id fieri saluo tritico nequiret: quod est quando plus ecclesię pacē turbaret seuera punitio qđ promoveret. & hoc quidē intellexerunt certo ecclesię patres Christum voluisse, dū pro causa prohibitionis subiunxit dicēs. Ne forte colligētes zizania simul era dicetis & triticum. Voluit itaq; Christus dominus solū qđ explicuit Augu stinus, dum ait. Cum quisq; fratru, id est Christianoꝝ, intus in ecclesię socie tate constitutoꝝ, in aliquo tali peccato fuerit deprehensus, vt anathemate di tra epi. Par me. ca. i. p te operū. v. & transcri pte Gratia nus. xxiii. q. iiii. Cum quisq; iste non subest, sed omnino de frumentorū certa stabilitate, certa securitas manet, id est quādo ita cuiusq; crimen notum est omnibus, & omnibus exe crabile apparet, vt vel nullos prorsus, vel non tales habeat defensores per quos possit schisma contingere: non dormiat seueritas disciplinę: in qua tā to est efficacior emendatio prauitatis, quāto diligentior cōfirmatio charita tis. Tunc autē hoc sine labe pacis & vnitatis, & sine lēſione frumētōꝝ fieri potest: dū congregationis ecclesię multitudo ab eo crimine quo anathema tizatur aliena est. tunc enim adiuvat præpositum potius corripientē qđ cri minosum resistentē, sic Augustinus: & merito quidē. Dominus enim in lege

Deut. 18. de pseudopropheta vt deprehensi mox interficerentur mandauerat dicens, Si surrexerit in medio tui propheta, aut q somniū vidisse se dicat: & cetera. Sequitur. Propheta ille aut fictor somniorū interficietur, quia locutus est vt vos auerteret a dño Deo vestro. Quis autē istud legis Moyfi decretū (q iudiciale sit) in christianismo obligandi vim non habeat, nisi quatenus per legiflatores Christianos acceptatū & reipublicę cōmodis veluti iustum & expediens cōprobatum est: manifeste tamen ad illud conformiter in euangēlica lege inquietos & quoslibet nefarios aut sacrilegos homines corripiēdi & puniēdi modos, qui in vtraq; politia, laica scilicet & ecclesiastica obseruantur, per sese vel suos apostolos tradidit Christus. Porro dicens, Si peccauerit in te frater tuus &c. dic ecclesię: & si ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. & per Apostolū. Hereticū hominem post vnā i. Corin. v. & secūdam correptionem deuita, & alibi. Auferte malum ex vobis ipsis, Et ii. Corin. x. iterum. Arma militię nostrę, non carnalia, sed spiritalia: potentia Deo ad destructionem munitiōnū, cōsilia destruētes & omnē altitudinem extollētem se aduersus sciētiam Dei: & in promptu habentis vlciisci omnē inobediētiam. Per illatam quoq; mortem Ananię & Saphyrę propter ecclesiasticum crīmen, p̄ncipe Apostolorū Petro iustitię Dei executore, potestātē sese ecclesię contulisse peccata in foro exteriori prout sapiēs iudicabit corrigēdi, Christus euidenter docuit. Seculari autem officio per eūdem Apostolum plane iubet obcēdiendum tanq̄ suo ministro, dicens. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit, nō est enim potestas nisi a Deo: quę autē sunt, a Deo ordinata sunt. Itaq; qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Qui autē resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt. nam principes nō sunt timori boni operis, sed mali. Vis non timere potestatem: bonum fac, & habebis laudem ex illa. Dei enim minister est tibi in bonū. Si autem malum feceris, time: non enim sine causa gladiū portat. Ecce sanguinis sumēdi supplicium potestātē, sequitur. Dei enim minister est vindex in iram ei qui malum agit. Hęc Apostolus: per quę luce meridiana clariū tradūtur quę dicimus, quibus consentaneę ita ad rem presentem scripsit super Io. Augustinus. Quando vult Deus concitare potestates aduersus hereticos, aduersus schismaticos, aduersus dissipatores ecclesię: non mirentur, quia Deus concitat vt a Sarra verberetur Agar. & post pauca. Si ergo non mouerentur potestates Christianę aduersus detestādos dissipatores ecclesię: quomodo redderent rationem de imperio suo Deo? Intendat charitas vestra quid dicam, quia pertinet hoc ad reges seculi Christianos, vt tēporibus suis pacatā velint matrem suā ecclesiā habere, vnde spiritaliter nati sunt. Audiat deniq; Erasmus, qui infeliciter nimīū de hereticorū exterminio etiā modo cū veteribus hereticis & nouis Lutheranis sapuit, inquiens heresiarchas non debere extingui, sed: tolerari, quidnā de illo olim monumētis literarū mādauerit idem Augustinus. Scripsi (inquit) librū de correctione Donatistarū ppter eos, qui nolebāt illos legibus imperialibus corrigi. Illius autē libri capite quinto hoc inquit. Contigit Donatistis quod accusatoribus sancti Danielis. Sicut enim in illos leones: sic in istos conuersę sunt leges. & paulo post.

Tract. xi. sup Io. & renarrat Grat. xxiii. q. iiii. cap. quando. Genē. xvi. ii. li. retrac. ca. xlviii. pte opū. 8. Danie. vi. & xlii.

Molestus est & medicus furētī phrenetico, & pater indisciplinato filio: ille ligando, iste cędendo, sed ambo diligendo. Si autē illos negligāt & perire permittant: ista potius māsuētudo falsa crudelitas est. Item alio libri eiusdē loco: Proponūt nobis (ait Augustinus) quidā sentētiam cuiusdā secularis authoris, qui dixit. Pudore & libertate liberos retinere satius esse credo: q̄ metu. Hoc quidē verum est: sed sicut meliores sunt quos dirigit amor: ita plures sunt quos corrigit timor. Nam vt de ipso authore istis respōdeatur: apud illum etiā legūt. Tu nisi male coactus: recte facere nescis. Porro autē scriptura diuina & propter illos meliores dixit: Timor nō est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem. & propter hos inferiores qui plures sunt, ait. Seruus verbis non potest erudiri: quia qđ dicis intelligit & respondere contemnit. & rursus. Qui parcat virgę, odit filium suum.

Cap. xliii. Terentius est in Adelphis. i. Ioan. liiii. Proue. xlii. & xxiii.

Propositio. XXXIII.

Petrus dicens Christo, Tu es Christus filius Dei viui, certa & indubitata sententia professus est illum esse Messiam a prophetis promissum, singulari quodam amore filium Dei.

Cap. xvi.

Censura.

In hac propositione displicet istud q̄ scilicet Christum Petrus professus est Dei filium singulari quodā amore. Ratio enim hęc filiationis: Ioanni Baptiste, Petro, Ioanni euangelistę, & cuiq; in sanctitate eminentium conuenit. Quisquis enim eiusmodi p̄stantis extitit meriti: singulari quodam amore Dei filius fuit, adoptiuus tamē. Non sic autē censuit Petrus de Christo: verum q̄ vnigenitus Dei patris & naturalis esset filius ac consubstantialis. Adoptiuę autē filiationis ratio, amor est seu charitas: diuinę vero nequaq; Non enim (aiunt sacri doctores) a patre gignitur filius per modum volūtariū amoris, aut libere voluntatis: sed per naturę legem. quę admodū mens fecunda suapte natura notitiā in intellectu & non libere producit. Si itaq; opinatur Erasmus Petrum (cui id reuelauerat pater qui in cœlis est) dūtaxat enūciasse Christum Dei viui filium esse per amoris singularitatē, id est super omnes p̄stantiā: mera est & horrenda blasphemia, & post Origenem super hoc beati Matthei loco heresis Arriana. sin nobiscū catholice sentitur illud pro literę exigentiā non expresserit, ipse perpendat.

Propositio. XXXIII.

Quisquis vxorem dimiserit, & duxerit aliam: adulterium cōmittit: nisi forte quā repudiat, adulterio commeruit repudium, sequitur. Nam quę alteri viro sui fecit copiam: iam vxor esse desit.

Cap. xix.

Censura.

Quid de hac propositione sentiendum sit: in propositionū. xxi. & xxii. censura in superioribus paucis aperuimus.

Propositio. XXXV.

Christus apostolorum nō reprobatur respōsiōnē, qua dixerāt, Si ita est causa hominis cum vxore non expedit nubere. verū subindicat nō esse tutū vitare matrimoniu: nisi si q̄s ita firmo sit animo, vt possit in totū tēperare a coitu: perpauca autē sunt q̄ possunt: quia hoc quodāmodo vires excedit humanas,

☞ Censura.

B Impudenter hic sese Desiderius præstat incontinentiæ patronū. Cum autē sic ille sacerdos & canonicorū regulariū beati Augustini ordinē expresse professus iam olim fuerit, ætateq; sit veteranus, vehemēter admiror non erubuisse ipsum talia quidē orbi in rebus tam diuinis scripsisse dogmata, quæ & scandalosa sunt & moribus immodice pernicioſa. utpote quibus magis franguntur corda infirmorum fidelium: tātū abest ut cum Christo & Apostolo Paulo ad perpetuæ castitatis amplexū hortetur, eaq; consulat. Quæ vero ait perpaucos esse qui possint in toto cōtinere: in fide erroneum est nedum falsum. Si dixisset: perpauca sunt qui velint: tolerari poterat. quæ autem ait, qui possint, blasphemie proximū est. nemo enim datur siue vir, siue mulier extra coniugiū: qui non valeat si velit ex toto abstinere a carnali cōmercio, quādo quidē Dei gratia, citra quā nullus id (fateor) posset, omni eā poscētī semp̄ est præsto. Legat proinde Erasmus, precor, dialogum de cēlibatu ecclesiasticorū, quē sub nominib; sophiæ & nature scripsit Christianissimus doctor de Gerſonno, et si docibilis Dei est, secus incipiet vel senex hoc de negotio sapere, & pudescere scripti. Videbit quippe q̄ sit facilius in totū cōtinere hominib; bonæ voluntatis, q̄ tēperate eiusmodi corporis uti actibus. Lōge (proh pudor) semet effecit Erasmus a patris sui Augustini votis alienū. is etenim in libro de bono coniugali ait. Noui quosdam qui murmurent. Quid si inquit omnes velint ab omni cōcubitu abstinere: vnde subsistet genus humanū? utinam omnes hoc vellent dūtaxat in charitate, de corde puro, & cōsciētia bona, & fide non ficta. Multo citius Dei ciuitas completeretur, & acceleraretur terminus seculi. Quid enim aliud hortari apparet Apostolū ubi ait cum inde loqueretur. Vellem omnes esse sicut meipsum. & iterū. Hoc autē dico fratres: tempus breue est: reliquū est ut qui habent vxores tāq; non habentes sint, & qui flent tāq; non flentes, & paulopost. Præterit enim figura huius mundi, Volo autē vos sine sollicitudine esse. qui sine vxore est, sollicitus est quæ domini sunt, quomodo placeat Deo: qui autē cum vxore est, sollicitus est quæ sunt mūdi, quomodo placeat vxori, & diuisus est. Hæc ex Paulo citauit Augustin; vnde probe colligi existimauit Apostolū desiderasse, ut omnes soluti continentie propositum firmiter conciperent sequereturq;. Quid em̄ enucleatius dici posset? Volo vos (inquit) sine sollicitudine esse: hoc est cupio vos mūdi & carnis cura vacuos esse: qđ in matrimonii vſu obuenire non posse monstrat subnectens. Qui cū vxore est, sollicitus est quæ sunt mundi, & diuisus est, & prius dixerat: Volo vos oēs esse sicut meipsum, virgo etenim erat. Cum igitur his omnino aduersa euangelizet Erasmus: viderit ipse senex: professione religiosus, cuius hac in re discipulus existat, nepe Apostoli aut Augustini esse nequit. Iouiniani ergo sectator est: de cuius pudendo errore ipse Augustinus, libri huius de bono coniugali mentionem faciens, scribit sequentem in modū. Iouiniana heresis sacrarum virginū meritū equādo pudicitie coniugali, tātū valuit in vrbe Roma, ut nonnullas etiā sanctimoniales (de quarū pudicitia suspicio nulla præcesserat) deiecisse in nuptias diceretur. Videat Erasmus: num ipse cum Fabro & Luthero

Parte operū. ii. numero. xxxviii. a lsa k.

C Cap. x. pte operū. v. i. Timor. i. i. Corin. i.

i. Cor. vii.

Lib. ii. de tract. cap. xxii.

hoc nostro æuo id suis moliti sint doctrinis, & effecerint. Et post pauca addidit Augustinus Huic mōltro sancta ecclesia quæ ibi est, fidelissime ac fortissime restitit. & quoniā iactabatur Iouiniano responderi non posse cū laude, sed vituperatione nuptiarū: propter hoc librū edidit, cuius inscriptio est de bono coniugali. Sic Augustinus. Opinor autē q; hæc scribens nondum viderat quæ in eūdē turpitudinis patronū Iouinianū scripserat beatus pater Hieronymus: quæ re ipsa & aduersus grecizantes hac tēpestate theologos militant.

☞ Propositio. XXXVI.

Nullum est opus hominis ita bonū ut mereatur præmiū æternæ vitæ.

☞ Censura.

Variis errorum Iacobi Fabri confutationibus ostensum est, propositionem hanc heresum vnam esse contra Lutherum damnatarum.

☞ Propositio. XXXVII.

Adolescēs qui Matth. xix. a Christo quæsiuit, Quid boni faciam, ut habeam vitam æternam? audiuerat illum docentem præcepta legis Moſaycæ non esse satis ad consequendum regnum cęlorum.

☞ Censura.

Quod hic asserit Erasmus, adolescentem scilicet audiuisse a Christo. &c. falsum & temerarium est, quod vero præterdit præcepta veteris legis non esse satis ad consequendū regnū cęlorū: etiā in actis contra Fabrum erroneum crebro esse docuimus. Et est istud aperte verbo domini per Matthæū hic nobis tradito contrarium. Interroganti quippe adolescenti & dicenti Christo, Magister bone quid boni faciā: ut habeā vitā æternā? plane respōdit. Si vis ad vitam, id est regnū cęlorū, ingredi: serua mandata. Pergenti dein quære quæ nā essent necessario ad illud cōsequendū bonū seruanda mandata: dixit illi Iesus. Non homicidiū facies: Nō adulterabis: Nō facies furtum: Nō falsum testimoniū dices. Honora patrē tuū & matrē. Diliges proximū tuū sicut teipsum. En Christus manifeste docet satis esse ad promerendū in cęlorū regnū ingressum, obseruatiam mādatorum decalogi. quæ re vera legis Moſaycæ præcepta sunt. ea autē cum aliis eiusdem instrumenti præscriptis solis seruando: Moyses & omnes prophetæ & iusti in regnū cęlorum indubie meruerunt introire, tempore a domino constituto. Porro legis euāgelicæ iussa, monita, vel consilia, ut eiusmodi (utpote quæ nōdum tradiderat Christus) ne Ioannes quidem Baptista seruauit. Intrauit tamē regnum cęlorum, cum vniuersis qui eum præcesserant iustis.

☞ Propositio. XXXVIII.

☞ Omnibus iustitie cultoribus idē est præmiū æternæ salutis, modo vocati gnauiter in vinea iustitie laborarint. neq; em̄ minus habent qui vocati sunt tēpore Christi: q̄ qui tēpore Abrahæ, aut Moysi, aut Dauid. neq; minus habent qui senes trahuntur ad cultum euāgelii: q̄ qui pueri aut iuuenes.

☞ Censura.

Ex dictis in confutatione propositionis. liii. & trium sequentiū super euāgelia cōtra Fabrū, puto quantū opus erat nos monstrasse qđ hic asserit Desiderius hereticum esse. cū Fabro enim sapit, qui non operibus reddi præmiū

Cap. xx.



vite scripsit non quidē semel, sed mere gratis a Deo dari: & proinde omnibus (quoniam ei ita liber) æquale donat.

¶ Propositio. XXXIX.

Ideo veni (ait Christus) vt omnium comodis subseruiam: adeo vt nec vitam grauer impendere, quo iactura vnus animę multas redimam.

¶ Censura.

**E** Propositio hæc in eo quod dicitur, quo iactura vnus animę multas redimam, falso & ignoranter est asserta, nec est a blasphemia multum diuersum, dicere, Christi animam, hoc est spiritum, propter susceptas in carne poenas aut vi illatas, vel minimū iacturę fecisse: nempe in omnibus lucrū fecit: aut pro veri sui corporis gloria, aut pro mystici membris. Si autē vocabulo animę significare voluisset Erasmus animalem vitam seu corporalem, sicuti in scripturis nonnunquam accipi videtur: fateremur sensum illum non esse reiiciendum, at quando id quod adiecit dicens, vt multas redimam, plane ostendit de spiritu qui anima corporis est loqui (non enim Christus redempturus vitas animales venit) propterea eius dictum sic taxauimus.

¶ Propositio. XL.

**Cap. xxxiiii.** ¶ Diem & horam vltimi iudicii nec ipse filius hominis nouit. hoc sibi soli seruaui pater.

¶ Censura.

In propositionū. iiii. &. iiii. redargutione, & huius vide assertionis censuram: illic enim idem quod & hic repetit Erasmus, præmisit.

¶ Propositio. XLI.

Non opus aut locus aut vite genus beabit hominem: sed affectus.

¶ Censura.

In fide & moribus propositionē hanc plus satis superioribus cōtra Fabrum docuimus erroneam. In quibus autē eodem laborant morbo: eodem vterque curari debet remedio. Vtinā non sint illis similes, de quibus legitur, Cura vniuis Babylonem: & non est sanata.

Hier. li.

¶ Propositio. XLII.

Christus solus omnium a peccatorum maculis fuit immunis.

¶ Censura.

Cum hæc assertio eadem sit cum. xxviii. vt de illa ferendum venit iudicium.

¶ Propositio. XLIII.

Christus non ausus est octo ex apostolis velut imbecilliores, agonis sui testes facere ne deficerent animis: sed tres dūtaxat secum assumit, Petrum ac duos filios Zebedei: vt quos in monte spectatores adhibuerat suę maiestatis, nunc testes haberet extremę imbecillitatis humanę.

¶ Censura.

**F** Apertam spirat in Christum blasphemiam quod hic dicitur, nō eum ausum fuisse assumere nisi tres. &c. quasi hominum more ab humana fragilitate & variis personarum circumstantiis tractis conjecturis, quenam pro meliori deberet ipse agere fluctuaret. cuius in prioribus oppositum monstratum est. Merā insuper est ignorantia euangelicę historię: asseruisse tres agonis sui voluisse testes habere &c. Porro agonis Christi nemo hominum fuit cōcius.

a tribus nāq; illis, Petro inquā Ioāne & Iacobo (quā paulo interius in horti locum quā ceteros, secum eos duxerit) post nonnulla tamen eis facta verba patrem exoraturus Christus est auulsus, hoc est elongatus, quātum iactus est lapidis. & quā ab eis discedens dixisset, Orate ne intretis in tentatione: mox tamen somno profundo sepulti fuere, magistri & domini agonis prorsus im memores. Illius ergo testes haud esse potuerunt. quod sane hoc in loco nō obscure describit beatus Mattheus dicens. Assumpto Petro & duobus filiis Zebedei, cepit contristari & mœstus esse. Tunc ait illis. Tristis est anima mea vsq; ad mortem. sustinete hic & vigilate mecum. & progressus pusillū procidit in faciem suā orans & dicens. Pater mi si possibile est transeat. &c. & postea sequitur. Et venit ad discipulos suos & inuenit eos dormientes: & dixit Petro sic. Non potuistis vna hora vigilare mecum? & post pauca iterū secundo abiit & orauit. Item post aliquanta. Et relictis illis iterum abiit: & orauit tertio. En euidentissime per hæc colligitur quia absentibus etiam Petro, Iacobo, & Ioanne Christus in horto semper orauit, & agoniam passus est, non ergo testes agonis illius extitere tres nominati apostoli.

Mat. xxvi.

Luc. xxii.

Mat. xxvi.

¶ Propositio. XLIII.

Ceteris mulieribus digressis a loco sepulcri Iesu, perseverauerunt illic duę Maria Magdalene, & altera quędam, sedentes e regione sepulcri, & expectantes quod promiserat dominus se reuicturum.

¶ Censura.

Quod in hac assertionē dicit Erasmus, scilicet mulieres Magdalena & alia quędam in sepulcri loco solas remansisse ceteris illinc digressis: euangelicę veritati contrarium est, & proinde hæreticum. Mirabile autem, quod iste Paraphrastes pro verbo sancti Matthei quo solum dixit: Erat autē ibi Maria Magdalene & altera Maria, sedentes contra sepulcrum (quod quidem aliarum beatarum mulierum nullam signat præclusionem) reddit. Ceteris digressis mulieribus a loco sepulcri: perseverauerunt illic duę. Hoc enim plane ad euangelii puritatem sacrilege humano sensu est addere quod nō voluit Dei spiritus. Porro quemadmodum inspirauit vt per Mattheum trā scriberetur, Erat autē ibi Maria Magdalene & altera Maria: nō expresso se eundē huius mulieris noīe: per Marcū vero eiusdē nomē voluit designari dū per illū dixit: Maria Magdalene & Maria Ioseph mater. s. quę Alphę vxor erat: Ita quę per hos duos beatos euāgelistas Mattheū & Marcū, minus dictū extitit, per sanctū Lucā exprimi iussit. Ille em̄ de hac mulierē ad sepulturę officium assistētia perseveranti agēs. Subsecute (inquit) mulieres quę cū eo. Christo venerāt de Galilęa: viderūt monumētū, & quęadmodū positū erat corpus eius: & reuertētes parauerūt aromata & vnguēta: & sabbato quidē fluerūt secūdū mādātū. Ecce indiscriminatim tradit Lucas mulieres quę de Galilęa dñm fuerāt secute, monumētū vidisse: & quęadmodū in eo positū erat corpus. quę simul reuerse, vrgēte videlicet sabbati inītiō, parauerunt aromata. Quā itaq; citra exclusionē Mattheus scripsit ceterarū mulierū a Magdalena & Maria Ioseph, id est filia Cleophe: nō debuit sacrā perimens Matthei literā, ad hæreticum pertrahere sensum Erasmus.

Mat. xxvii

Marc. xv.

Luc. xxiii.

# ERRORES EX EPISTOLA

LA ERASMI AD ANGLIÆ REGEM PRO PARAPHRASI  
IN BEATVM LVCAM EXCERPTI, CVM ADIECTIS  
IN EOSDEM CENSVRIS.

¶ Propositio. XLV.

¶ De authore Epistolę quę dicitur Pauli ad Hebręos, semper dubitatũ est.

¶ Censura.

**H** Vemadmodum in primæ propositionis censura dictũ est, iudicio beatorum Ambrosii, Hieronymi, Augustini, Gregorii, & omniũ sequentiũ catholicorũ doctorũ vsq; ecclesiastico, singulæ beato Paulo ascriptæ epistolæ procul dubio illius sunt. Quid ergo causę potuit Erasmus habere, vt hoc nostro seculo mũdo nũciaret dicens, de epistolæ (quę dicitur Pauli ad Hebręos) authore semper fuisse dubitatũ: Porro istud vel inde cõstat euidenter falsum & schismaticũ esse: q; in concilio Niceno ad numerũ canonicorũ librorũ recepta fuit huiusmodi epistola. In Carthaginensi autem tertio, cui intererat beatus Augustinus: decretũ est rursus, quinã apud Christianos pro canonicis in vniuersum essent recipiendi libri ac firmiter tenedi & defendendi. Inter quos expressis verbis annumeratur beati Pauli epistolę quatuordecim: quarũ vna est illa quę ad Hebręos est scripta. Illis autẽ decretis parens catholicus quisq; ex tũc certũ habuit: Apostolũ Paulũ epistolæ illius authore fuisse. qđ suo vsu (sicut præmissum est) vniuersalis probauit ecclesia, dũ illius epistolę in publicis missarũ officiis lectiones vsurpã pro titulo pmittit, Lectio epistolę beati Pauli Apostoli ad Hebręos. Cũ itaq; ab annis vndecies centũ & amplius indubitata fide senserint ac tenuerint fideles quiq; in ecclesia eruditi, stabitq; istud (haud ambigo) in æternum: viderit Erasmus qua fronte psumperit etiã hac tẽpestate orbi scribere: qđ de authore epistolę ad Hebręos semper dubitatũ est. & psertim cũ legere ipse potuerit quidnã sup hoc (referente in ecclesiastica historia Eusebio) scripserit Origenes annis plus cõtũ ante Nicenũ cõcilium. Ita em ille ait, Quis nonnulli de ea qđ ad Hebręos scripta est epistola dubitauerint: ego tñ dico sicut mihi a maioribus traditũ est, quia manifestissime Pauli est: & semper oēs maiores nostri antiqui, ita eã vt Pauli epistolam susceperũt. Hęc ex Origene Eusebius, Erasmi itaq; etiã hoc nostro quo dicere, de epistolę ad Hebręos authore semper eẽ dubitatũ, qđ aliud est nisi fidei fundameta quatere, & illa impietate lugeda quãtũ in homine est reddere nutatia.

¶ Propositio. XLVI.

Deus pater emisit sermonem suũ: qui cęlesti medicina liberat vniuersos ab omnibus animorũ morbis: tñ vt morbum agnoscamus & fidamus medico.

¶ Censura.

**I** In hac propositione vocabulum sermonem posuisse pro nomine filii: & curiosa vanitas fuit: & quia non ita illo vocabulo ratio personę aut suppositi exprimitur aut signatur ceu nomine filii, plane ineptũ. Quod vero sequitur heresis est Lutherana. Cõtrariũ em scripturis omnino est asserere, ad omniũ

Li. vi. cap. xvii.

spiritualiũ morborũ, id est peccatorũ, adipiscendã curã satis esse morbũ agnoscere & fidere medico. Ille nepe medicus non sic euangelizauit egrotis: sed clamari sui voce pconis fecit & dici. Pœnitentiã agite: appropinquabit regnũ cęlorũ. per semetipsum vero: Pœnitementi (inquit) & credite euangelio. & iterũ. Nisi pœnitentiã habueritis omnes simul peribitis. vnde & cõtestatus est alibi dicens. Non veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiã. Petrus autẽ magistrũ secutus, ad infirmorũ secundũ animũ turbam ingentẽ, qui eo docente & morbum agnouerant, & confidentes medico dixerãt ad Petrum & ceteros apostolos: Quid faciemus viri fratres? Petrus vero ad illos respõdens: Pœnitentiã (inquit) agite, & baptizetur vnusquisq; vestrũ in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorũ vestrorũ. & iterũ ad aliã ægrotorum multitudinẽ sese vt eiusmodi humiliter contentiũ, Pœnitementi igitur (ait Petrus) & conuertimini vt deleantur peccata vestra. Ecce Christo domino authore per Ioannẽ pconẽ, per seipsum, per suũ quoq; vicariũ Petrum, necessariã ad animę morborũ liberationẽ docet esse pœnitentiã. Videat eã ob rem Erasmus cuiusnã Apostolus esse possit, mũdo annũcians sat esse vt peccator morborũ sanitatem animorum assequatur sese infirmũ fateri & fidere Christo. Non Baptiste quidẽ est imitator, nõ Christi euangelista, neq; Petri discipulus. Delicatus dubio procul miles est Desiderius, ceteriq; id genus noui, per linguarum peritiã, nouam conantes in ecclesiam superinducere theologiam. Canonica etenim ecclesię ieiunia fastidiant, & abstinentias seu delectum ciborum, continentia quoq; perpetuã, onus importabile nõ verẽtur predicare: ceteraq; perulantis carnis refręnatiua exercitia, contra legis euangelicę impudẽter asserunt militare libertatẽ. Quoniã autẽ aduersus istos Antichristi pcursores per alios iam non pauca sunt edita scriptas: sat mihi fuerit qđ eiusmodi probem, & omnibus occurrentibus congratuler.

Matth. iiii.  
Marc. i.

Luc. xiii.  
Luc. v.

Actu. xlii.

Actu. iiii.

# ERRORES EX PARAPHRASI

ERASMI IN LVCAM EXCERPTI, CVM  
ADIECTIS IN EOSDEM CENSVRIS.

¶ Propositio. XLVII.

Non iam per opera legis, sed per fidem gratis donatur æterna felicitas.

¶ Censura.

**H** Elicatorum militum, hoc est Lutherane factionis, assertio ista est, quã in superioribus decies fuit agitata, & per scripturas & sanctorũ dicta doctorum heretica comprobata.

¶ Propositio. XLVIII.

Diuini fauoris est (ait Gabriel ad Mariam) quod offertur, non meritũ tuũ.

¶ Censura.

Latine professores linguę Paraphrasten, qđ iuxta literam quam eo trãffert genere loquitur, non secũdum eam, pro peruerso & deprauatore accipiunt. qđ sane sicuti plurimis aliis in locis, & hic vsu venit Erasmo. qđ enim dicit Gabrielis ad mundi dominam referens eloquiũ. Quod offertur nõ meritũ tuũ est, non modo iuxta sermonẽ archangeli, id est ab eius sensu nõ discedes, nõ

Luc. i.

loquitur: sed velut euāgelicę veritatis peruersor aut deprauator erroneum sensum suū nobis euāgelium statuere contendit. Si tm̄ dixisset, diuini fauoris fuisse quod beatę oblatum est virginī: cum euāgelio loqueretur. Gratiā enim Dei quis inficiaretur eo in negotio principem tenuisse locum? qđ aut addit: Non meriti tui est: diuino spiritui aduersatur: qui eadē dominam inter alia dicere cōpulsit. Quia respexit dominus humilitatē ancillę suę: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Humilitatis nimirum virtutūq; cęterarum officiū (quemadmodū sacri docent ecclesię magistri) meruit prę cunctis Dei mater illa fieri. quod agnoscēs vniuersa ecclesia, in eius laudum pręconia compellans pro temporis cōgruitate eandem dicit: Regina cęli lætare, alleluya: quia quem meruisti portare &c. Atqui nō gratia omnino in ea hoc fecit dominus. Nam tanto beneficio semetipsam (pręueniente tamen & cooperante, vt semper dicimus, gratia Dei) meritis propriis in mulieribus sola dignificauit. Cum itaq; veritas euāgelica, humilitatem sanctę virginis meritoriam causam cur Dei mater facta est testetur, dicens, Quia respexit humilitatem ancillę suę: cui consentaneę canit ecclesia, Quia quem meruisti portare: quod hic asseruit Desiderius in fide erroneum est atq; schismaticum.

¶ Propositio. XLIX.

Vbi libido intercedit in coitu: ibi quod nascitur immūdum nascitur

¶ Censura.

L Quoniam neq; hic ab regula cōmuni demit Erasmus sanctam Dei matrē: de hac dic propositiōne sicuti de decima octaua.

¶ Propositio. L.

In toto itinere (quo scilicet accessit Helizabēth) neminē salutauit Maria.

¶ Censura.

M ¶ Et hic ad euāgelium suum addit Erasmus sensum. Cum enim, vt legitur longa satis esset via, qua de Nazareth ad Zacharię domum profecta est recens facta Christi mater Maria, q̄ sit inopinabile, vel per viam salutantes humillimam scēminarum ac benignissimam non resalutasse, bona scilicet eis imprecando, vel hospites ad quos pro fragilitatis humanę refocillatione declinabat: quis non videat? Qđ autē Helisęus Giezi famulo quē mittebat in Sunam ciuitatem dixisse legitur. Si occurrerit tibi homo, non salutes eum: & si salutauerit te quispiam, non respondeas illi. & idem Christus discipulis, quos euāgelizare mittebat, dixit inter alia: Neminem per viam salutaueritis: nequaquā secundum propriam accipienda sunt locutionē: quasi ad perfectionem spectet, proximos non salutare: & ob id sancta Dei mater quę mulierum perfectissima erat, ad literam hoc obseruās, nulli omnium Aue aut salue dixerit: donec peruenerit ad Helizabēth, de qua dicitur, Et salutauit Helizabēth. Absit hoc voluerit Deus, qui hominem quęcūq; proximo bene optare, verbaq; amica vbi occurrit facere iubet. Morale igitur est quod dicitur: Si salutauerit te quispiam, non respondeas illi: & neminem per viam salutaueritis. Vult nāq; dominus his locutionum schematibus, cum incumbit nobis celeriter exequendum quicquid aut agendum,

4. Reg. iiii.

Luc. x.

quod scilicet vt fiat vrget, non esse cum occurrentibus fabulandum, aut eis inherendum sermones non necessarios miscendo: sed id maxime curandum, vt quod pręcipimur maturare studeamus.

¶ Propositio. LI.

Adhuc hodie sunt quibus magis arridet nomen Zacharię q̄ Ioannis. nimirum ii qui nondum patiuntur aboleri dies festos, ieiunia, delectum ciborum, sacrificia, &c. videlicet clamitantes: Nomen Ioannis nolumus: veterem Zachariam volumus.

¶ Censura.

Eia nō hic in ænigmate orbi loquitur Erasmus a Christo & ecclesia dissentiens quoad dies festos, ieiunia, abstinentias (quas ciborū delectū vocat: quod genus est feria sexta, aut aliis hebdomadę diebus nullo tēpore carnis vesci) & sacrificia, vt altaris quotidianam & frequentem oblationem, constāter & sincere propter Dei euitandam indignationē obseruantibus succenset: Deo & ecclesię obcedentibus indignatur, disciplinam omnem ecclesiasticam exosam habet, libera vult omnibus omnia esse: Relegat quadragesimā, tempora quę dicuntur quatuor: confundit ciborum delectum cum festis diebus: & reprobat matris ecclesię sacrificia. O insanū dogma vere miserū & miserabilis senis, presbyteri, & professione religiosi, ac theologi officio. His enim titulis debuerat ipse fragiles seu infirmos, animos sua dicēdi arte (qua nouit quæ vult miris suadere modis) ad dura quęq; pœnitentię cohortari opere, & animum ad perseverantiam in obediētia mandatorum Dei & ecclesię. Bonum profecto erat, si natus non fuisset ille. Cui cōtra Lutheranos decertans Iudocus Clichthoueus respondet pro cōmeritis, & in Antiluthero, & in ecclesię propugnaculo.

¶ Propositio. LII.

¶ Christus solus ab omni peccati contagio immunis fuit.

¶ Censura.

Ad. xviii. &amp; xlix. propositiones quia hec pertinet: iam est in illis damnata.

¶ Propositio. LIII.

Cum adesset dies a partu quadragesimę secundus: quo lex iubet masculinum scetum exhiberi domino. &amp;c.

¶ Censura.

¶ Quoniam ex Leuitico manifeste constat dominū pro maiore immunditia mulierī quę suscepto semine masculinum pepererat dies septem duraxat stauisse, & pro consequente (quæ minor immunditia iccirco dicebatur: quia puerperæ templi ingressu & sanctificatorum contactu solum interdiceretur) decreuit Deus tres & triginta dies tantū. quorum primus a partu octauus erat, quo circūcidebatur secundum mandatum Abrahę factum paruum: Septem vero & trigintatres numerum quadragenarium iuste reddidit: quod hic Erasmus asserit plane & scripturę sacrę obuiat, & ecclesię ritui: quæ purificationis sanctę Dei matris commemorationē die quadragesimo celebriter agit. Est igitur hæreticū & schismaticū. Putem tamē hoc potius Erasmo humana contigisse inaduertētia (quoniam euidentissimū est quod in

Cap. ii.

Leuiti. xii.

Gene. xvii.

stamus argumētū) q̄ proposito legis literę (quę perspicua est) obnitēdi.

¶ Propositio. LIII.

Symeon senex puero Iesu bene precatus est.

¶ Censura.

P Assertio hæc in spiritum sanctum blasphemiam irrogat: quoniã quidem bene precari alicui, aut est illi bonum quod non habet exoptare, & vt confertur a deo aut ab alio qui id potest votis procurare: aut vt in habitis bonis conferuetur, in eisq; proficiat. Quemadmodum in commentariis super Matth. xxi. thæum Iacobus Faber hæc verba Hebræorum, Osanna. &c. asseruit (sed profecto non citra blasphemiam) perinde esse, ac si dixisset Deo eorum quisq; Saluū fac obsecro filium Dauid, id est Christum: q; q; eiusmodi vox & laudis erat, & bonę imprecationis, quia scilicet p̄ Christo quatenus homo erat Deum deprecabantur. Eisdem itaq; rationibus quibus illic ostendimus Fabri commentarium impium esse & blasphemum: & præsens Erasmi assertio eiusdem generis esse monstratur. Absit autem vt Symeon iustus, & spiritu sancto illustratus agens, bonum quodlibet Christo etiam secundum serui formam exoptauerit. q; si vsq; in catholicis doctoribus scriptum inueniatur, qđ huic blasphemie videatur astipulari: illud ad rectum trahendum est sensum, aut simpliciter declinandum. cum enim sint hæc scripturis conformia, nihil aduersus ea militare iuste potest. Hallucinatus est autem Paraphrastes iste, existimans per theologię imperitiã quod retulit Lucas de Symeone dicēs: Et benedixit eis (quod reuera illis de quibus agebatur bene erat precari, seu eis imprecari bona) etiam Christum contingere. cū tamen de Deo loquens pauloante non in casu dandi, sed accusationis dixerit Lucas: & benedixit Deum, id est bonum illum prædicando laudauit dicens. Nunc dimittis seruum tuum domine, &c. De beatis vero Maria & Ioseph verba faciēs: datiuo vsus est casu. Sic enim litera habet. Et erat pater eius, scilicet Christi, & mater eius mirantes super his quæ dicebantur de illo. Et benedixit illis Symeon, & dixit ad Mariam &c. En ex plana constat litera, quia haudquaquam ad Christum referri potest quod dictum est, & benedixit illis. Peruerse igitur pro euangelica veritate, ecclesiæ Dei de corde suo Erasmus impietates depromit. Sic tamen dicit quodam loco. Mihi monendus est lector crassior, ne nusq; in Paraphrasi loqui: ne quod sub euangelistæ persona modeste verseq; dicitur, sub mea videatur arroganter dici. Per hæc vult Paraphrastes nouus theologus quęcūq; in beati Lucę persona locutus est, pro euangelico sensu recipienda omnino esse, nihilq; Erasmicum in omnibus cōtineri, cum tamen in plurimis longissime a vero abhorreāt. Est autem id pro expertorum & doctorum theologorum sententiã, sacrilege præsumere. Appendat has ob res iusta lance Erasmus seipsum: & proculdubio inueniet, quia est a veritate minus habens, sicut Balthasar rex Babylonię.

¶ Propositio. LV.

Symeon iste iustus, nec sacerdos, nec leuites erat.

¶ Censura.

Q Cum istud asseueret Erasmus Paraphrastes, quod certissimū est beatū Lucā

minime voluisse: videat ille quomodo sese a sacrilego vēdicet mēdacio, qui dixit (vti proxime est cōmemoratū) Mihi monendus est crassior lector meusq; in paraphrasi loqui. Porro nō hoc locutus est Lucas: sed pro solita audacia cōmentatus est Erasmus. Enimvero in lege scriptū hac super re legitur. *Leuit. xii.* Cū expleti fuerint dies purgationis, siue pro filio, siue pro filia: deferet infantis mater scilicet, agnū &c. sequitur. Et tradet sacerdoti qui offeret illa coram domino, & orabit pro ea: & sic mūdabitur. & paulopost. Q; si nō inuenerit manus eius, nec potuerit offerre agnum: sumet duos turtures vel duos pullos columbarū: vnū in holocaustū, & alterū pro peccato: orabitq; pro ea sacerdos, & sic mūdabitur. Ecce agēdorum in die purificationis pro puerperio per legē, solus a deo decernitur sacerdos minister. Beata autē Dei mater nihil qđ ad rem pertineret omisisse credenda est. solus vero Symeon tunc ministrasse per Lucā (qui accurate omnia videtur descripsisse) refertur. Existimandū igitur omnino est: Symeonē (qđ expōitores aiūt) sacerdotem magni tūc in sanctitate nominis fuisse. & quoniã tunc non erat sue vicis ordo (alioquin in ipso inuentus fuisset templo, de quo egredi nō licebat citra hebdomadę finem ministrantes) in spiritu venit in tēplum, vt pro concessio sibi priuilegio, tunc sacerdotis fungeretur officio: qui accepisse responsum a domino meruerat non visurū se mortē nisi prius videret Christū dominū. Erasmo hanc ob rem & hic dicimus: quia de corde suo prophetat loquens, & Lucam non refert, sed semetipsum.

¶ Propositio. LVI.

Cunctis tādē rite peractis quæ ad purificationē præscripserat lex: reuersi sunt in Bethleem vbi natus erat puer.

¶ Censura.

Etiam hic paraphrastes pro euangelio, quod euangelio & rationi aduersatur, mundo impie scripsit. Vehementer autē stupeo hominem tam acris ingenii, & assidua lectione in variis disciplinis doctū, tam profundo sepultum somno, vt in re vbi summa erat vigilandum sollicitudine orberet quæ euangelicę historię manifeste obuia sunt. Age: beatus euangelista Lucas, qui Deo volente solus infantilia hæc Christi, diuina tamen, literarū mandauit monumentis, testatur dicens. Et vt perfecērūt omnia quę scilicet ad purificationis pertinebant mysterium secundū legem Moyli: reuersi sunt in Galilæam in ciuitatē suã Nazareth. Erasmus huic occurrit dicens. Omnibus tandem rite peractis quę ad purificationē præscripserat lex: reuersi sunt in Bethleem vbi natus erat puer. Quis non admiretur aut viri inscitia, aut sacrilegium: quod autē ad rei ipsius attinet causam: cur Bethleem reuertentur, quo solum vrgente Cęsarıs edicto fuerant (Deo tamen ita disponente) profecti: cum ibi nec hospitium in extrema necessitate potuerāt inuenire? Nihil illis prorsus suberat causę vt illuc redirēt. ad ppria igitur remeasse eos, cum beato Luca citra dubitationem credendum est.

¶ Propositio. LVII.

Pater tuus & ego iam dies aliquot anxii te quęsuimus, omnia metuentes tibi quæ parentum pietas solet amatis liberis metuere.

¶ Censura.

**S** Cur hæc Erasmus Lucæ euangelistę ascribit, quasi per illum dicta: cū apertā spērent blasphemiam? non enim euangelium scribendo potuit Lucas tam insane loqui. Scribit ille solum quoad hoc filio matrem dixisse: Ecce pater tuus & ego dolentes querebamus te. Et ait ad illos. Quid est quod me querebatis? nesciebatis quia in his quæ patris mei sunt oportet me esse? non refert dixisse matrem: O filii metuebamus tibi mala, quæ pueris per parētum incuriam nonnūq̄ solent obuenire. quod hic vel cōsimile dictum iuuenitur: metuere siquidē alteri, vereri est ne illi quodpiam accidat malū. Erasmicū ergo istud est. sciebat quippe illa nihil malorū posse ei quæ verū credebat Deum esse contingere, quod non vellet ipse. quod si secus existimasset illa: in Deum blasphemaret: ceu Petro sic cogitanti semel dictū est: Vade post me Sathana: non sapiis quæ Dei sunt, sed ea quæ hominum. Hoc autem nefas est etiam cogitare. Dolere vero & anxietate interdum torqueri: naturæ mortalis hominis propriū est, non impiū. sibi certe mater & nutritius Ioseph metuerunt non Christo: ne forte eo in negotio non nihil humanitus per incuriam fuisset ommissum ab eis: quia scilicet alter alteri fidebat pro puero conitando seu reducendo.

¶ Propositio. LVIII.

**T** Iesus demisit se morigerumque præbuit matri & Ioseph nutritio suo: non quod illis deberet obcedentiam: sed ex sua bonitate obsecutus est ad tempus eorum imbecillitati.

¶ Propositio. LIX.

Iesus nulli debebat obcedentiam nisi patri cęlesti.

¶ Censura.

**V** Rursum hic contra euangelium, quasi in arena pugnat paraphrastes. Lucas de Christo testatur dicens, immo per eum Deus. Erat subditus illis. Verissimè me ergo eorum iustis imperiis ut homo erat suppositus. Illis igitur naturali & diuino iure obcedere obnoxius erat. Erasmus contra: non inquit illis obcedentiā debebat. Christus ipse dixit. Non veni soluere legem, sed adimplere. & iterum. Descendi de cęlo non ut faciā volūtātē meā: sed volūtātē eius qui misit me. Voluntas autē Dei patris est ut parentibus iuste monentibus filii obtemperent. naturæ hæc lex est adeo incommutabilis, ut nec in cęlo sua virtute frustretur. Hinc pie ad misericordię matrē non formidat ecclesiā etiā nūc supplicādo dicere, Mōstra te esse matrē: quasi modo cuiusdam pię fiducię cū vno sanctorū diceret: Iure matris impera redēptori. Ut homo certe matri debet vel modo Christus obcedentiā. cępit enim Iesus facere & docere. Erroneū itaq̄ est quod hic docet Erasmus. Si autē opinatur & suis velit verbis ipm Christū patri cęlesti obcedentiā debere ut æternus est eius filius: blasphemia est post Origenē Arrii in eternū damnata. Ut homo igitur nō modo patri cęlesti subditus est, sed & sibi ut Deo, & spiritui sancto, & per hoc parentibus: quoniam id iussit sancta trinitas vnus Deus.

¶ Propositio. LX.

**Cap. iiii.** Naaman Syrus iussus. s. ab Helisęo, ter mergi in Iordane: obtēperauit.

¶ Censura.

**X** Humanus est lapsus iste: non enim ter solum iussus est mergi ab Helisęo Naaman: sed septies. Sic enim in quarto Regū dicitur libro: Vade & laua te septies in Iordane: & recipiet sanitatem caro tua atq̄ mundaberis. **iii. Reg. v.**

¶ Propositio. LXI.

Etenim cum Sathanas natura sit mendax: etiam si quando verum prædicat, non in aliud tamen hoc agit, nisi ut fallat.

¶ Censura.

**Y** In hac propositione illud solum displicet: quod dicitur Sathanam natura mendacem esse. & id quidem quoniam scripturis sanctis contrariū est: & proinde erroneum. eiusdem namque naturæ modis omnibus a deo creati fuerunt angeli: & qui per virtutū officia vsq̄ liberi arbitrii, creatoris adiuti gratia illi sese uti dño supponētes, adherētēsque ut summo bono, ac eū seu patrē amātes, steterunt: & qui naturæ ac gratiæ donis per voluntatis libertatem abutētes, aduentitia malitia sua in dñm deū creatorē superbientes, ut ingratiissimi ab eo sunt auersi, & cōuersi in cor prauū: & ita in sua prauitate fixo animo obstinati fuere, ut recte illi nunq̄ agant. Porro de omnibus, tum angelis & hominē, tum cæteris creaturis per Moysen scribi fecit Deus propter nos: quod scilicet illud certo cognosceremus. Et vidit deus cuncta quæ fecerat: & erāt valde bona. Quæ autem natura boni a deo creati fuerunt angeli, qui per accidētē prauitatem dæmones sunt facti, euidentē docuit Christus, referente Ioāne inquis. Diabolus in veritate nō stetit, in qua scilicet est creatus: quia non est veritas in eo, cum loquitur mendaciū, ex propriis loquitur: quia mendax est, & pater eius: scilicet mendacii. Et istud vno hoc explicuit Augusti. verbo. Dicēs Christus de diabolo. In veritate nō stetit: a veritate lapsum in telligi voluit. In qua utiq̄ si stetisset: eius particeps factus, beatus cū sanctis angelis permaneret. sic ille. Quæ autē in canonica Ioannes ait: Ab initio diabolus peccat: non intelligendū est quod sine peccato nūq̄ fuerit: alioquin nunq̄ in veritate fuisset. cuius oppositū Christus indicauit dicens: In veritate non stetit. Vult ergo Ioannes dicēs, Diabolus ab initio peccat: quia ex quo cępit peccare (quod ei accidit in mundi initio: id est nō longe post suam creationem) vsq̄ modo peccat. Ob hoc tamen nō fit, ut eius sit mala & mendax natura: id est substantia quā creauit deus. Bona certe est suapte natura omnis substantia, & proinde in esse eam cōseruat deus: imminime hoc factur⁹, nisi in se illa bona esset. Non itaq̄ sathanas natura mendax est: sed acquisita peruersitate. Et quæ illud tritū, Consuetudo est altera natura, nō sit reiiciendū: quod recte exprimat in ore non simpliciter naturam esse, sed alterā naturam: id est primę (quæ semper in se bona est) adiectitiā, seu accidentariā: assertio nem tamen Erasmi magis illud arguit quā excusat.

¶ Propositio. LXII.

Fides autem obcedentia est. obcedit enim, qui iussus credere credit.

Cap. v.

¶ Censura.

In philosophia & theologia error est dicere: fidem esse obcedentiā. Est enim fides doctore ap̄to, tritū virtutū diuinarum seu theologaliū, generatione &



Natalis Bedæ Censuræ in errores Erasmi

natura prima: quæ ad rationē seu intellectū pertinet. Obœdiētia vero iustitiæ moralis non theologicæ virtutis pars seu species est: in voluntate consistens. Et hæc notoria peritorū cuiq; in philosophia sunt. vnde Ap̄s ipse Timotheo loquens, has inter sese discernit virtutes, vbi ait: Iuuenilia desideria fuge: sectare vero iustitiā, fidē, spem, & charitatē. Quod autē pro ratione subiungit Erasmus, dicens: Obœdit enim qui iussus credere credit: futile est ac inane. alioquin virtus omnis obœdientia erit. Nempe nulla, siue theologa, siue cardinalis, siue moralis est virtus: cuius nō possit actus hō iussus elicere & exercere. Ita ergo ratiocinabimur: obœdit qui iussus sperare, diligere, prudenter de agendis dictare, tēperate viuere, sperare, amat charitate, prudenter iudicat, & viuunt temperate: Spes igitur obœdientia est, & charitas, prudentia quoq; & tēperantia. Eandem sane vim cōnexio ista habet cum Erasmi argutiola: quæ est tamen omnino ridicula.

¶ Propositio. LXIII.

Solus Iesus omne morborū genus tollit ab omnibus: nullum aliud exigens sacrificium, q̄ simplicem ac puram erga se fidutiam.

¶ Censura.

A Hanc assertionem quoad utramq; suam partē ad Lutheranas pertinere hæreses: sepius in superioribus, & contra Fabrum, & contra scriptorē hunc cōmonstratum est. propositio enim. XLVI. cum hac in sensu cōspirat. Quando autem animorū tollere morbos, idē est quod peccatorū vincula soluere, eaq; remittere: Christus vero suis dixit vicariis: Quæcunq; solueritis super terrā: soluta erunt, & in cœlo. & rursum: Quorum remiseritis peccata: remittētur eis. Non solus igitur Iesus omne morborū tollit genus. Contra Fabrū autem ad intentionē hanc nō pauca diuinæ scripturæ produximus testimonia: quibus omnino palam factū est quod hic nos repetere cogit Erasmi litera, q̄ scilicet nō solus Christus omne morborū tollit genus, tollit utiq; sub eo ecclesia, tollit minister eius, tollit & pœnitens, tollit & fratrem ad pœnitentiam cohortans: quisq; pro diuinis iussionibus suas agens partes.

¶ Propositio. LXIII.

Quæ Christus frequēter oraret: tamen suos docuit paucis & clam esse orandum, nec vllum exegit ieiunium.

¶ Censura.

B Non hic certe Lucas Euangelista loquitur: sed euāgelii peruersor & deprauator Erasmus Paraphrastes: Homo quidē si non mutauerit mentem deploratus. Legens equidē hæc illius dogmata, dissimulare eius pericula non valeo. Christus (ait Erasmus) suos docuit paucis & clam esse orandū. At nos contra sic asseueram⁹: Suos Christus multis & palam ac assidue docuit orare: non modo sub eius euangelica lege, verum & vt deus sub veteri. Nam per Dauid dictū est: Septies in die laudē dixi tibi. Et per eundē cōtinuos & publicos ritus orandi pro toto populo, tribuī Leuiticæ tradi dominus præcepit. Vnde & per Sapientē scripsit dicens. Nō impediaris orare semper: & non verearis vsq; ad mortē iustificari. In euāgelio autē expressis per semetipsum verbis, Oportet (inquit Iesus) semper orare & nō deficere. Per Ap̄m

vero Paulum dicit. Sine intermissione orate. At ne putaretur quod docebat i. Tessal. v. nō agere: Timotheum cōpellans ait: Gratias ago deo meo, cui seruiō a progenitoribus meis in conscientia pura: q̄ sine intermissione habeā tuī memoriam in orationibus meis die ac nocte. Hæc debebat Erasmus perpendere: priusq; mundo nunciaret dicens: Christus paucis & clam suos orare docuit: vt in vnam doceret fideles veritatē conspirare quamcunq; scripturæ partē. non enim dissensionis scripturæ author deus est. Et quoniā ista non est putanda ipse Erasmus sapuisse: eum oportebat ecclesie magistrōs cōsultare, ne ab eorum catholicis deuiaret sensibus. Quod quia neglexit linguarū presidiis fidens: iuste permisit deus, vt euangelicæ veritati cōtraria crebro pro euāgelio tradat, & pugnantia nonnunq; secū: quod vel hic obuenit illi. Pugnat utiq; simul secundū fidei veritatem, Christū frequēter orasse, & suos paucis esse orandū docuisse: quasi aliter opere, & aliter sermone docuerit. Orās haud dubie frequēter, suos efficacissima doctrina vt ita agerēt instruxit. Quod docendi genus vehementius multo cōsetur: quoniā plus mouent exempla q̄ verba. non enim frustra scribi voluit de se: quia pernoctaret in oratione dei. In eo quippe diuino exercitio illū imitati sunt sui pro viribus. Nēpe in principio actū apostolicorū de eis ita scripsit Lucas. Omnes, scilicet Christi apostoli & discipuli, qui post eius in cœlum ascensionē Hierosolymis diuersabantur, erant perseuerantes vnanimiter in oratione & obsecratione, cū mulieribus & Mariā matre Iesu, & fratrib⁹ eius. Publice itē erant preces, ad quas persoluendas ibant ipsi Christi discipuli: de quibus idē Lucas scribit dicens. Petrus & Ioānes ascendebāt in templū: ad horā orationis nonam. & rursum de illis tribus milibus ad Petri verbū conuersis aliisq; fratribus: Erant (inquit Lucas) perseuerantes in doctrina Ap̄lorū & cōmunicatione fractionis panis & orationibus. & paulopost. Quotidie quoq; perdurantes vnanimiter in templo. Quod igitur hic scribit de oratione Paraphrastes: scripturæ veritati aduersum est, schismaticū, & cleri moribus perniciosissimū. Nec minus id quod de ieiunio subiūgit. Pro qua causa Erasmo respōdeat Clichtoueus: in his nos leuans.

¶ Propositio. LXV.

Designauit dominus Iesus e numero discipulorum septuaginta, quæadmodum & antea selegerat duodecim.

¶ Propositio. LXVI.

Sermonibus instructos dominus Iesus emisit septuaginta discipulos: facturos sui periculum in euāgelii prædicatione.

¶ Censura.

Hoc in loco euāgelista scripsit, quod rei veritas habebat, inquit. Designauit dominus & alios, scilicet ab apostolis, septuagintaduos. Cur autē duos suppresserit Paraphrastes etiā bis: ipse viderit. Quod vero asserit illos missos sui periculum facturos in prædicatione euāgelii: impietatē haud dubie spirat, & in Christum blasphemiam. quasi scilicet quos ipse (qui nouerat quid esset in homine) seu maxime idoneos delegerat: oporteret per opera probari, iuste ne ad id muneris eos ipse elegisset. Abeat hæc insana cogitatio. Neq;

2. Timo. ii.

Matt. xviii.  
Ioan. xx.

Psal. cxviii.  
i. Para. xxiii  
& sequen.  
Eccl. xviii

Luce. xviii.

i. Cor. xiiii.  
C

Luc. vi.

Actu. i.

Actu. iii.

Luce. x.

Matthæi. x. enim sese probare cupiebāt quos præfecit ille qui eis dixit: Nolite cogitare quomodo aut quid loquamini, cum eritis ante reges & præsidēs: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. In eius siquidē verbo rete in capturam laxabant, nihil hęsitātes. Porro nullos per se Christus misit, quos nō effecerit idoneos sui euangeliū prædicatores. Et si modo humana sineret ambitio, aut fidelium promereri possent pia studia, vt eo dūtaxat inspirāte ad regēdos populos eligerentur: soli vtiq; ad hoc assumerentur capaces & ecclesię vtilēs, quemadmodum & tunc, quis longe forent meritīs dispares.

¶ Propositio. LXVII.

Capit. xviii. Pharissęus stans vicinus propitiatorio, velut dignus qui cum Deo cominus colloqueretur, sic orabat &c.

¶ Censura.

E Etiam hic quidem non loquitur euangelista: qui probe nouerat, aut ex certa lectione historię veteris instrumenti, aut diuino magisterio, quidnā esset propitiatoriū, totiusq; tēpli & atrioꝝ eius structura. Erasmus autem de propriis, verba faciens nō obscure indicat q̄ nesciret quę ceu euangeliū orbi tradit, solis innixus cōiecturis. Porro quoniā Christum refert Lucas de Publicano dixisse: Publicanus a lōge stans, nolebat nec oculos ad cœlum leuare: existimauit Erasmus, Pharissęum propius stantē orasse. quod fateor ad vnā intelligentiam non debet improbable reputari: q̄ scilicet ostio atrii Sacerdotum & Leuitarum orando esset vicinior Pharissęus: Publicanus vero in illius atrii, in quo orabant viri, parte infima, seu ab eodem ostio maxime distante. At quod exprimit Erasmus, dicens: Pharissęus stans vicinus propitiatorio: ridendū plane est veluti somnium quoddā. Propitiatoriū nāq; sicut in Exodo dicitur: aurea erat tabula, archę fœderis superposita: cui duo Cherubim imminēbant. Quando autē certum ex eadē veteris legis traditione constat, locum seu partem illā templi, in qua huiusmodi archa, & quę continebat, propitiatoriū quoq; & Cherubin erant, hoc est sanctū sanctorū: nulli licuisse introire, ne principibus quidē sacerdotū, id est illis quatuor & viginti quos Deus per Dauid designari mādauit, quo ceteris præsidētes (qui minores dicebātur) sacerdotib; secundum sibi assignatas vices quotidie altaribus holocausti & thymiamatis quę lex mandabat suo exequerētur ministerio. Quādo inquam illis illicitū omnino erat propitiatoriū accedere: sed tantū vni summo pōtifici, qui absolute cunctis præfectus erat: & id quidem semel in anno, scilicet decimo die mensis Septembris, qui ob hoc dies propitiacionis dicebatur: quomodo dici potest Pharissęus propitiatorio fuisse orando vicinus, qui nec atrium sacerdotū ingredi permittebatur? Sunt itaq; verba ista Erasmi quasi nebulę quędam, historię antiquę legis quoad hoc veritatem obtenebrātes: quę citra causam ignoranter effudit, ad Lucę literarum suas addens præsumptiones.

¶ Propositio. LXVIII.

Alius ostēdit aliquē ex Pharissęoꝝ genere nigro pallio: & dicit: Aspice, hic est Christus. Alius rursus indicat alium candido pallio: & dicit: Ecce, hic est Christus. Ali; diuerfos indicās colores & formas vestiu: clamat, Hic est Chri

stus. Alius demōstrat vescentē piscibus: & dicit, hic est Christus. Alius spadonem ostēdit, id est continētē: & dicit, hic est Christus. O Iudaicū & incredulū genus: vis videre Iesum: conscende arborem: sume tibi oculos Zachari.

¶ Censura.

Nihil penitus in his adimus quod sit euangelicū: nō loquitur sanctus Lucas, sed impudētissime senex sacerdos, per os sanctū quem olim professus fuit religionis statū, sacra suis prophanat venenatis sermonibus, salutifera patrum beatoꝝ subsannat instituta: Christi vestem polymitam (quę quoniā incōutilis est desuper cōtexta per totū: diuidi haud poterit) pro viribus cōscindere satagit infœlix homo sua verboꝝ figura. Qui autē pro his impietatibus nō illi succenset, qui quorsum ille tēdat intelligit: quo spiritu agatur viderit. Manifestum est enim per hanc Erasmi parabolam, illū & castitatem mordere ecclesiasticorū & professorū: ac criminari omnem victus abstinentiam, austeritatēq; vestitus. Porro cum deo acceptissima sint eiusmodi penitentię officia: ea tamen Iudaica vocitat & Pharissęica. Beatos vero patres, qui de rebus illis certas dederūt regulas: vtputa Basilium, Augustinū, Benedictum, Franciscū, & reliquos qui facere cœperunt prius, & quę fecerant pro imitari volentibus, hoc eisdē deo inspirante, & ad id magnifice exequendum ministrante sapientiā, literis posterius mandauerūt: impūssime & execrabili blasphemā incredulos appellat. Cum autē dicere, Alius ostēdit alium quem nigro pallio, & dicit: Aspice hic est Christus &c. pium hūc & rectum habeat sensum: videlicet qui sub magisterio sancti Benedicti, hoc colore vestitus vitam suam regulauerit, piscibus vescedo & continendo vt spada: ibi Christum sicut eius præceptor Benedictus inueniet (quod si nō fœliciter cōtigerit Mauro, Romano, aliisq; beatoꝝ milibus multis monachorū: exprobrat Erasmus) Sensum tamen eiusmodi verissimū, & euangelicis cōsiliis germanissime consentaneum, quiq; omnē eius claudit perfectionē: vt pote quia datam per monachorū Benedictū nomine & re (ait sanctus Gregori) patriarcham, viuendī formā non tenet, qui pro viribus & euangelica mandata & monita atq; cōsilia obseruare nō studet. Ad ridēdum tamen eadē verba detorquet intellectum Erasmus: sed id dubio procū impudentia damnabili. qui enim sacrum religionū factitiarum lacerat statum: hæreticorū in superioribus locis contra Fabrum expressorum discipulus est, non Christi.

¶ Propositio. LXIX.

Nisi Christus Petrum euidentē castigasset: existimasset nobis licere aduersus impioꝝ violentiā armis nos defendere, ac vim vi repellere. Nunc cū Petrus reprehensus sit, q̄ aduersus impios & sceleratos, pro innocentissimo domino strinxerit ferrum: quę poterit esse posthac causa, vt homo Christianus iniuriā iniuriā repellat?

¶ Censura.

De eo quod in hac propositione statuere potissimū vult Erasmus, non licere videlicet Christiano vim vi vllō repellere casu: quidnā sit secūdū rectam fidē doctrinā iudicandum, ex dictis pro assertione. xxviii. in superiorib; est monstratum. Diuino autē iure naturale declarante, Hebręis licebat iniuste

Exo. xxv.

i. Para. xviii

ii. Dialo. li.

Capit. xviii

G

inuadentē vi repellere, domino sic dicēte: Si effringens fur domū sine suffo diens fuerit inuentus, & accepto vulnere mortuus fuerit: percussor non erit reus sanguinis. Hęc vero lex iudicialis in vtroq; humano iure recepta est & obseruata: vt ex ca. Si perfodiēs constat, tit. de homicidio, in anti. In consilio autem Vien. eodem titulo in Clemen. ita legim⁹. Si furiosus aut infans seu dormiens hominē mutilet vel occidat: nullam ex hoc irregularitatē incurrit. Et idē de illo censemus, qui mortē aliter vitare non valens suum occidit vel mutilat inuasorē. Cæterum quoniā impresentiarū occurrit: paraphrastē nostrum vnū postulo sermonē. Cū & in Mattheo & hic illicitū prorsus censet & prædicat, aduersus sceleratos etiā qui cuiuspiam volunt mortē iniuste ac violenter inferre, illis vim vi repellendo obistere: cur semetipsum ore proprio dānat? Aliter quippe scribit: & aliter agit. Dei (inquit Erasmus: sed profecto erronee) mandatū transgreditur Christianus, quisquis iniuste illatam vim vi satagit quocunq; casu repellere. Hoc mūdo euangelizat cū heretico Lutero & errante Fabro, ceterisq; recens per linguarū artē theologiā tractantibus. audi q̄ suę sint doctrinæ cōsentanea opera. Q̄tū nouim⁹, Erasmo iniusto vtiq; catholicę veritatis cū prefatis græcisantibus multifariam aggressori: obniti studuerunt non via facti legib⁹ inimica, verū legitimo iure (quo non modo licet cuiq; potenti fidei veritates tueri aduersus illas ledētes: sed vt id agāt omni lege mādatur) veluti veritatis ipsius catholicę defensores obuiam ierunt in arenā descendentes his postremis annis aduersus illius errores certaturi: Edoard⁹ Leus, Iacobus Stunica, docti sane mea opinione theologi, prodiit & Petrus Sutor, gradu Parisiē in theologia doctor & Garthuanus p̄fessione. Ex his autē que respōdere molitus est Erasmus: (qui haud scio an aliquādo tacere docebitur) vidēt vel tardī mēte: quia nihil penitus operibus suorū secutus est documentorū. Vim illi (quātum ad præcipua rerū argumēta spectat) nō intulerunt Erasmo: sed veritatib⁹ violentiam irrogātī obistere studuerunt. At q̄ eiusmodi defensoris armis nō nihil suam non dei gloriā vidit attingi: nō ferens cuiusq; correptionē, quem (vt aiunt) non mouit lapidē, vt saluam sibi retineret in mūdo gloriolam. Tantum certe egit non defendendo veritatē, sed illam tuētibus recalcitrando: vt ab omnibus probis qui legerunt respōsiones eius impatiētissimus omnium iudicetur esse scriptorū. Et proinde maxime illi compatiendū existiment: q̄ scilicet seipsum omnino ignorās, de omniū conditionib⁹ hominum sibi iudiciū vane arrogauit, quasi homo qui nihil nesciret. Quid autē ageret si quisq; iniuste in eius personā vim conaretur inferre, nō est difficile conicere, qui certe pro iusta causa nō potest patienter audire correctionis verba, sed neruos omnes, omnes & vires explicat, vt recte monētes reiiciat: qm̄ non resistendo sustineret cōtra iustitiam illata verbera? Aliter igitur omnino loquitur, atq; aliter agit. Illius & nostri, domin⁹ misereatur. Porro ita agens, seipsum Lutheri & sequaciū præstitit, aut præceptorem, aut discipulū, quod norunt qui eiusmodi hominum legerunt scripta.

## ¶ Propositio. LXX.

Iesus suam mortem non lugubrem: sed gloriosam esse voluit: nec deplora-

ris: sed adorari. Non enim deslenda est mors innocentis.

## ¶ Censura.

Si de gloriosa Christi resurrectione diceret Erasmus, eundem Christum non Iuuisse eam esse lugubrem: cū euangelio saperet. Nempe ad monumentū foris Marię Magdalenę stanti & plorati dixerunt angeli: Mulier quid ploras? Perseueranti itē in fletu occurrēs in alia specie Christus: itidem ad illā ait. Mulier quid ploras? quasi & angelorū dominus & ipsi, sceminę dicerēt. Dum Christo vt homini pro hominis redēptione, omnibus deploranda lachrymis ab iniquis inferebantur: tēpus erat flendi ac gemēdi, q̄ vere deploranda tū recogitanda proponerētur: Nunc vero resurrectionis considerāda venit gloria, quę mysteria cōplectitur non deslenda, sed spiritalibus attolenda exultationū vocibus & iubilis admirāda. Cum vero passionē ac mortem luctuosissimā dicit nō debere per tunc actorū memoriā deplorari: quis delicato huic militi præbeat assensum, quando contra cōmunem naturę legem docet? Notum enim experientia scitur, quia historię flebilis & luctuosę cōmemoratio vi sua a corde pio lachrymas elicit. hinc fatetur Augusti. se puerum Didonis historiā legendo, q̄ illa ob amorem se occiderat, ploras se. Si igitur Christus suam mortē noluit esse lugubrem & deplorari: cur ecclesię inspirauit vt redeūte tēpore studiosissime illius recitetur historia: cū & litera, & ei adiecta nō sine diuino nutu musica, etiam a cordibus duris vi quadam lachrymas extorquet. Hoc (inquit Ap̄s) sentite in vobis, quod & in Christo Iesu. Mira quidē Erasmus, & vere deslenda molitur: id est ieiunia reprehendit, a carnibus abstinentiā, vt Iudaicū morem dānat: vestitus austeritate ridet, omnēq; p̄nitentię disciplinam respuit: passionis deniq; & mortis Christi memoriā, letam cōtra rei naturam vult esse nō flebilem. Regnare vult non militare, gloria & honore coronari nō certare: quasi iam nō esset in lachrymarū valle, sed eleuatus in mōte sancto. Non trānsibit profecto nouus euangelista Desiderius de delitiis ad delicias: nullus sic docuit sanctorum: Vñ (inquit dñs) vobis diuitibus: qui habetis hic consolationē vestram. & rursus: Vñ vobis qui ridetis nūc: quia lugebitis & flebitis. Quid precor, facere poterimus huic nouę Lutheranorū factioni? Si vtiq; illis crederet ecclesiā: non vltra luctus retineret tēpora, nullę dierū festorū vigilię relinquerētur: nihil de septuagesima, nihil de quadragesimali ieiunio, nihil de dñica in passione, nihil de postrema (q̄ & sancta dicitur & p̄nosa) hebdomada ageret: tēpus omne per annū pro diebus duceret paschalibus: Nō legeret lugendā passionis dominicę historiā, non psalmos illam p̄nūciando describētes, non prophetā Esaiam, non Hieremię Threnos, & cōsimilia. cur hoc? quoniam eiusmodi vix legi a piis possunt fidelibus: quin erumpāt compassionū lachrymę, & dicit Erasmus. Non est mors innocentis deslenda etiā ab iis quos morte iniuste illata a iusta morte liberat, & quidē æterna. Est certe de eiusmodi iniusta morte flendū suo tēpore: & vicissim de redemptione gaudendū. Tēpus (ait scriptura) flendi, & tēpus ridēdi. Has ob res Erasmus contestor: quia non est theologia qđ tradidit in his & aliis nō paucis, sed Sathanę traditio, gladio & ignibus cōsectanda. Eodē autem spiritu

Li. i. confes. ca. xiii.

Philip. ii.

Luc. vi.

Eccle. iii.

quo hic agitat<sup>9</sup> est Erasmus, locut<sup>9</sup> est & Faber ppositionib<sup>9</sup>. CXXXIII. & CXXXV. super euangeliâ. si velis illic vide confutatione: quæ (fateor) poterat multis augeri: sed finē cupiens multa q̄ occurrunt nonnunq̄ omitto.

¶ Propositio. LXXI.

Ab hac hora sexta, videlicet qua maxime solet feruere sol, tenebræ subito obortæ sunt per totâ illâ regionē Hierosolymitanâ vsq; ad horam nonam.

¶ Censura.

**K** Vt Erasmo donemus potuisse illū ad euangelicā literam adūcere nōnulla: modo sensibus conuenirēt fidei aut saltē non disconuenirent. cuiusmodi q̄ hic de suo scripsit, scilicet solem maxime feruere sexta hora: puto cēsendum pro cōmuni enūciandi forma. Qz̄ enim ex philosophiâ cōpertum sit nullo anni tēpore plus alio feruere solem, nec vlla diei aut noctis hora magis alia: sed vnum eundēq; parem perpetuū ac vniformem semper habere feruorem, vt pote qui in se neq; incrementū aliquando suscipit neq; munitionem partem tamen mūdi huius inferioris in ordine ad quā sexta hora est seu meridiana, quæcunq; illa fuerit (nam semper est alicubi meridiēs) quia impensius calefacit sol propter causas philosophis nō ignotas: iccirco in ea existētium respectu maxime feruere dicitur, cū alias quasdam mūdi partes frigere maxime sinat. Nō itaq; vim euangelio intulit Erasmus dicēs quod a sancto Luca non habet: ab hora qua maxime solet feruere sol. Hinc neq; displacere id cuiusdam debet: q; verum sit & euāgelio nō aduersum. At vero quod subnectens asserit tenebras fuisse per totâ illam regionem Hierosolymitanam, inuens q; illic solum fuerint: cuiq; merito ingratū esse oportet. Porro in hoc etiam Origenem (quē in p̄ceptoribus potissimū sese habere testatus est) audendo excessit. Siquidē ille non id asserit: sed ait. Arbitror ergo sicut cætera signa quæ facta sunt in passione ipsius, scilicet Christi, in Hierusalem tantūmodo facta sunt: sic & tenebræ tantūmodo super omnē terram Iudæam. Nec enim extra Iudæam petre diruptæ sunt, aut monumenta aperta: nec alia terra tremuit tunc, nisi terra Hierusalem, sicut solum in Hierusalem velum tēpli scissum est. Ecce in duobus ad euangeliū addendo super greditur Erasmus discipulus Origenē p̄ceptorem: Quoniā quod hic non asserit, asserit ille: & quod hic ad totâ Iudæā extendit, quæ tribuū duodecim terrā cōprehendebat: hic ad Hierosolymitanā contrahit. Neq; enim regnū Israel quod tribus decē continebat: terra Hierosolymitana vocabatur, sed tantū regnū Iuda. Hoc tamen & illud collectim terra Iudæa recte dicebatur. Cæterum quādo hæc quæstio de nomine esse videtur, hoc super articulo iudico nō contētiōse agendū esse. Dicamus potius & p̄ceptorī Origeni, qui crebro solis agit cōiecturis, & Erasmo: non verū esse quod ille velut compertū suspicatus est: Signa videlicet omnia illa quæ sub dominicæ passionis historia cōtigisse in euangelio leguntur: tātūmodo in Hierusalem fuisse facta. q̄to minus illud verū esse poterit: quod inde putat. probe collegisse, tenebras scilicet illas super Iudæā terram solum cōtigisse. Cum autē in quibus singulorum exigitur veritas, qui a syllaba cadit, ait iuris peritus, a toto cadere debet: haud iniuria quæ parauit Origenes rationum argumē

Hom. xxxv  
super Mat.

M

ta reicienda ducimus: tum q; appēdenti dictorū naturam plane occurrit nō esse æquū asserere: quia tantūmodo in Hierusalem velum tēpli scissum est, cum pro mūdi redēptione penderet in cruce mūdi dñs, aut aperta sunt monumenta: illic quoq; tenebras solū apparuisse motamq; fuisse terram. tum q; falsū id esse qđ de terræ motu dicit Origenes testat Augusti. sic ingens. In terræ motu dñicę passionis vndecim in Thracia ciuitates subuersæ sunt. hoc asserit Augustin<sup>9</sup> iā senex: quod certe nō citra legitima existimādus est fecisse documēta. De ipsis autē tenebris docet Hieronymus nō fuisse eclīpsum, qđ certa ratio mōstrat: sed fuit vniuersalis obtenebratio solis. de quo super Mattheū sic ait: Hoc factū reor vt cōpleatur prophetiā dicēs: Occubebit sol meridie: & cōtenebrabitur super terrā in die lux. & in alio loco: Occubuit sol cū adhuc mediā esset dies, videturq; mihi clarissimū lumen mundi, hoc est luminare maius, retraxisse radios suos: ne aut pēdentē videret dominū, aut impiī blasphemātes sua luce fruerētur. Qz̄ præterea nō in sola Iudæa terra illę apparuerūt tenebrę plane tradit B. Dionysius: de Apollophane pho sancto Polycarpo his scribens verbis. Tēpore crucis dñicæ eramus ambo apud Heliopolim, id est solis ciuitatē, in Ægypto: amboq; simul incidentem mirabiliter soli, lunæ globū notabamus &c. Et ad eundē Apollophanem. Tu (inquit) mihi p̄cne coęuus: vna morātes cōstiteramus, cū feria quadam sexta & hora etiā p̄cne sexta, sol horribilibus subito est obsitus tenebris. & cetera. Et quis p̄tendat B. Dionysius id lunę interpositione fuisse factum: scripturis autē pro Hieronymi sententiā cōgruere magis videtur, q; diuina potentia solis radii fuerint remorati. nam sic ait Lucas: Et obscuratus est sol: In id tamen cōueniunt q; nō solum illas passa est tenebras (sicut temerarie asseruit Erasmus) Iudæorū terra, sed & gentium. Quod plane scripsisse videntur Mattheus, Marcus, & Lucas. Primus enim ait: A sexta autem hora, tenebrę factę sunt super vniuersam terrā, vsq; ad horā nonam. Alter vero: Facta (inquit) hora sexta tenebrę factę sunt per totā terrā, vsq; ad horam nonam. Tertius autē, id est Lucas, ait: Erat autem fere hora sexta, & tenebrę factę sunt in vniuersam terrā vsq; in horam nonā. En triū euangelistarū litera aperte sonat, tenebras illas per vniuersam terrā factas fuisse: nec potest quicq; expressius designari. In cōsultissime igitur planā diuinarum scribarum reliquit Erasmus sententiā, nacta in Origenis suspicionibus occasione, quem (vt prædiximus) etiā temere audendo hic superauit.

¶ Propositio. LXXII.

Christus discreuit nobis vtriusq; legis discrimen: interdicens diuortiu, quod Moyse lex concesserat: Prohibens iurare, qđ nō prohibuerat lex prior: iubēs etiā inimicos diligere: cū vetus lex permitteret & odisse & vlcisci inimicū.

¶ Censura.

Omnia hæc in superioribus verę scripturarum intelligentiæ contraria esse & erronea: plus satis ostendimus.

¶ Propositio. LXXIII.

Quid exigit Christ<sup>9</sup> a suis, nisi fidē? & post pauca. Deus nō iudicat ex operi b<sup>9</sup>, sed ex fide: nō ex cibo aut potu, nō ex veste aut ocio: sed ex animi pietate.

Li. ii. de mirabiliscripte. parte op. x.

Amos. viii. Hier. xv.

Epistola ad Polycarpū, quæ est ordine. vii. Episto. xi.

Lucæ. xxiii.

Mat. xxviii.

Marci. xv.

Lucæ. xxiii.

Cap. xxxiii.

¶ Censura.

**N** Et hæc iam fuere non semel reprobata. quis autem non admiretur: si perpendat quæta hostilitate in omnia pœnitentię opera gręcissantes feratur theologi: vsque adeo ut clamitent bonorū operū meritis non correspondere præmium: & (ut hic) quod deus non iudicat ex operibus: Cum tamē euidentissime iudex Christus suę prænūciarit ecclesię renarrante Matheo, iudicādo mundum nihil sese cōmemoraturum, nisi externa hominū opera bona ad regnū præmiū, mala vero ad supplicium sempiternū. Cum venerit (inquit) filius hominis in maiestate sua, & omnes angeli eius cum eo: tunc sedebit super sedem maiestatis suę &c. sequitur: Tunc dicet rex his qui a dextris eius erunt. Venite benedicti patris mei: possidete paratū vobis regnū a constitutione mundi. Meritoriam autē causam tantę mercedis exprimens: non dicit: Fidem habuistis & fiduciam in me, aut in animo pietatē: cum tamen certū est illa deesse nō potuisse electis: sed ait: Esuriui enim, & dedistis mihi bibere: sitiui, & dedistis mihi bibere: hospes erā, & collegistis me &c. Reprobis vero cōtra pro suę causa perditionis, eiuscmodi operū bonorum duntaxat ommissionē esse contestatur. In Ioāne vero itidē: Procedent (inquit) qui bona fecerunt in resurrectionem vitæ: qui vero mala egerunt, in resurrectionē iudicii. Nihil hic de fide exprimitur, de fiducia nihil: de operibus tñmodo dominus in iudicio disceptaturum sese prænūciat, quod illis debetur cœli præmium. Et dicit Erasmus: Deus non iudicat ex operibus. Palam ergo in his delirat: sicut in non paucis aliis.

¶ Propositio. LXXIII.

Inter discipulos erat Thomas, vel cum eis, quando Christus in die resurrectionis vesperi ianuis clausis ad illos intrauit, & stetit in medio eorum.

¶ Censura.

**O** Altissimo sopitus somno tenebatur Erasmus quādo hæc chartis commisit, quæ plane euangelicæ aduersantur veritati. Porro de ea ipsa Christi apparitione scribēs Ioannes, ait. Cū sero esset die illo (scilicet resurrectionis) vna, id est prima sabbatorū, quod est dominica: & fores erant clausę, vbi erāt discipuli cōgregati propter metum Iudęorū: venit Iesus & stetit in medio eorum, & dixit eis: Pax vobis &c. sequitur. Thomas autē vnus ex duodecim, qui dicitur Didymus, non erat cum eis quando venit Iesus. Dixerunt ergo ei alii discipuli: Vidimus dñm. Ille autem dixit eis: Nisi videro in manibus eius fixuram clauorū &c. non credam. Et post dies octo iterū erant discipuli eius intus, & Thomas cū eis: venit Iesus ianuis clausis &c. Ecce non hic opus est verbis pluribus. Spiritu euangelico certe nō attingebatur paraphrastes noster calamum stringendo: cum in foribus, id est tritissima aberrarit via. Mirabile autem quod ipse, aut scribendo, aut dictando, vel recensendo, hunc non animaduertit lapsum. Permisit sane istud opinor dominus, quo vel manifestissimis erroribus daretur lectoribus occasio sibi in cæteris cauendū: & non putarent verum esse quod in epistola præmisit: sese videlicet in Paraphrasī nūquā loqui, sed Lucam. Quod quidem assertum, omnī pestilēte auro nocentius existimari debet. Nobis ignoscat dominus. Amen.

ERRORES EX EPISTOLA

ERASMI Ad dominum Ferdinandum, pro Paraphrasī in Ioannem excerpti, cum adiectis in eosdem Censuris.

¶ Propositio. LXXV.

Sic multa dicuntur a domino, ut non prius intelligēda sciret, nec prius intelligi vellet: quæ rerum euentus quod dictum erat explanaret.

¶ Censura.

**R**asmus muneris quod suscipiebat, Ioannis scilicet euangelium per paraphrasim explicandi, arduitatē illustrissimo principi Austrię Archiduci aperiens: inter alia quod hic transcriptum proposuit, sed profecto nihil ad præsentē eius valet intentionem. Esto quidē non pauci sermonum Christi cū eos proferret minime ab audientibus intelligerētur: quæadmodū nec beata eius parens, & vir sanctus Ioseph perceperunt, quod ad eiusdē matris verbū quod quæserat: Fili quid fecisti nobis sic respondens dixit illis, cū adhuc duodecim annos natus esset: Nesciebatis quia in his quæ patris mei sunt oportet me esse? Sic enim de hoc retulit Lucas: Et non intellexerunt verbū quod locutus est ad eos. Et modo cōsimili de eo quod duodecim apłis suis prædixerat: Ecce ascēdimus Hierosolymā, & cōsummabuntur omnia quæ scripta sunt per prophetas de filio hominis. tradetur enim Gētibus, & illudetur &c. idē Lucas testatur dicēs: Et ipsi nihil horū intellexerūt: & erat verbū istud absconditū ab eis: & nō intelligebant quæ dicebātur. Quid tamē istud ad euangelicę scripturę obscuritatē iam pertinet: nihil penitus, certū nempe est, omnia illa tā per rerū euentus quæ spiritus sancti illustratione fuisse per apłos & Christi discipulos plene intellecta: multo ante tēpore quæ ipsum sanctū euangelium in pellibus seu chartis describeretur. Quoniā igitur quæ in nōnullis euāgelii sui nondū scripti partibus futura prænūciauit Christus, per alias partes cōpleta leguntur, quod multa ille dixerit sic ut nō intelligerētur prius quæ facta essent, nulla iam inde difficultas intelligēdi euāgelii oritur. Quod vero addit Erasmus dicēs: Nec prius vellet illa Christus intelligi &c. arbitrarium omnino cēseri debet. Porro uti in superioribus monstratū est, nō semel Christus ipse suos arguit auditores: quod tam foret obtuse mentis ut quæ dicebat illis nō intelligerent. Vnde & super hmoi indocilitate duobus discipulis, quibus in Emaus die resurrectionis euntibus se iunxit dñs, dixit: O stulti & tardi corde ad credendū in oibus quæ locuti sunt Prophete. Omnibus autem apłolis recubentibus in die suę ascensionis, apparēs: exprobrauit incredulitatem eorū, & duritiā cordis. Impiū igitur est dicere, Christū docendo suos nōnulla quæ dicebat noluisse eos intelligere. Etsi enim absolute, & omni facilitate poterat ipse efficere, ut singula quæ ab eo audiebant, plene intelligerent: non iudicauit tamē id tum expedire: ut scilicet per miracula, seu infusam scientiā docerentur. Eos prius voluit more aliorum cura, studio, & labore exerceri: quo mererētur meliorum capaces fieri bonorū, propriamque agnoscēdo imbecillitatem in in oribus humilitatē conseruarent.

Cap. ii.  
Lucę. xviii.

Luc. xxiii.

Marcii vlti.



¶ Propositio.LXXVI.

Principes persuasi nonnunquam ab iis qui perfectæ religionis professione commendantur: existimant summam esse pietatem si quotidie precum quas honorarias vocant pensum absoluant, si nullus dies abeat absque sacro.

¶ Propositio.LXXVII.

Hæc quidem ut in prophano simul & iuvene principe fateor argumentum aliquod esse pie mentis: ita permulta sunt quæ propius ad Christiani principis officium attinent.

¶ Propositio.LXXVIII.

Etenim si princeps prospiciat, ne belli tempestas oriatur, ne publica libertas violetur, ne populus tenuis ad famem adigatur, ne magistratus corrupti creentur: mea quidem sententia sacrum deo gratius obtulerit quam si sex annis recesserit preculas illas, & tamen hoc laudo, si modo quod precipuum est accesserit.

¶ Censura.

Q Perniciosa moribus sunt hæc Erasmi dogmata: ac plane Lutherana. Quid enim magis impie principibus suaderi posset: quam quod sint parvifaciendæ preces quæ horis canonicis, aut aliis ad id deputatis sermonibus, deo & sanctis eius porriguntur: & quod deterius est, sacri, id est sacrificii quod missa dicitur, cultus seu assistentia vel auditio? Hoc tamen efficit Erasmus: dum ista summam esse pietatem ita incipias, aliaque esse quæ propius ad Christiani principis attinent officium asseuerat: dum ita preculas eius orationes vocitat, & non precipue ad illum, ut quotidie Deum pulset precibus & rei sacræ assistit, pertinere. Quoniam autem non opus esse reor multa hic expendere, ut mostretur quanto studio per scripturas sacras deus voluit orationis commendari officium, quomodo item potissima religionis portio in assiduam oblatione deo exhibita precum reponitur: cum hoc nemo nisi peruerse cogitans detrectet. Sat ergo fuerit si vno verbo conuincamus, falsa omnia esse quæ hic præterdit scriptor, & eorum opposita vera: videlicet cultum orationum canonicarum vel aliarum & quotidiani sacrificii, summam esse etiam principum pietatem, & nihil propius ad eorum spectare officium, nullumque posse illos deo offerre sacrum gratius. Non est sane operosum istud statuere: Cum animaduertenti notissimum occurrat, quatuor illa quæ diuino cultui in principe preposuit Erasmus: scilicet operam dare ne oriatur bellum, ne publica ledatur libertas, ne populus fame conficiatur, aut iniquus in republica sufficiatur magistratus, non nisi ad diuinum ordinari cultum. Docuit enim ceteris experientia, quod literis tandem mandatum est: scilicet quod non nisi in pacis tempore bene colitur pacis auctor. Finis autem bellorum proxima pax est. Pax vero a vere Christianis postulatur, ut libertatem pacis auctori debitum persoluant famulatum: qui maxime per orationum & precum sacrificiorumque cultum redditur. Orationum igitur in ecclesia quotidianum exercitium: proximus est scopus ceterorum quæ potest in politica magistratus promouere. Quod (ut omittam innumera) euidenter unico expressit verbo Christus dicens Marthæ (quæ omnium in ecclesie utraque politica vitam actiuam agentium gerebat typum) de Mariæ (in qua & contemplatiuorum figurata est vita) Porro vnum est necessarium, Mariam optimam partem elegit: quæ non

In Clemen.  
dudum de se  
pulturis.

Lucæ. x.

auferetur ab ea. Manifestum itaque relinquatur, omnem actiuæ vite operationem quam princeps potest in populi Christiani regimine exhibere, suapte natura per dei voluntatem in vitæ speculatiuæ officium ordinari: cuius quidem partes sunt Lectio, oratio, consideratio, & meditatio. Si quis autem adhuc super his dubius est: opusculum diuini Bernardi de consideratione ad Eugenium Papam, percurrat oculis: & nobiscum haud dubie (si lector docilis est) sapiet, & reiciet præscripta Desiderii dogmata: nec immerito quidem. Nam quotquot sub Christi lege sancti cognoscunt fuisse Imperatores, Reges, & Principes: pro summis desideriis duxerunt semper diuinis vacare orationum & sacrificiorum actionibus: probe scientes, non nisi eiusmodi officiis a rege regum domino posse obtineri, ut iuste quæ populi concernunt administrationem valerent homo exequi. Quod aperte dominus ipse monstrare & docere voluit: dum sic scribi in lege iussit. Dixit Moyses ad Iosue: Elige viros, & egressus pugna contra Amalech cras: Ego stabo in vertice collis habes virgâ in manu mea. sequitur. Fecit Iosue ut locutus erat Moyses: & pugnavit contra Amalech. Moyses autem & Aaron & Hur ascenderunt super verticem collis. cumque leuaret Moyses manus, vincebat Israel: sin autem paululum remisisset, superabar Amalech. sic ibi. Si perfectio fideles & pii Imperatores ac reges non maxime dilexissent assidua orationum & precum officia: non tam studiose curassent erigere monasteria tam magnifica, ecclesias & sacra loca, in eisque tam numerosos oratorum fouere conuictus. Quorum non nisi impie statui hic & sapientius derogat Erasmus.

Exo. xvii.

¶ Propositio.LXXIX.

Nullis seculis defuerunt homines, apud quos euangelio suus constiterit honos: sed tamen his annis quadringentis vigor illius apud plerisque refrigerat.

¶ Censura.

Hoc assertum, Lutheranum omnino est. Fatemur autem nos euangelicum serueret (proch dolor) apud multos semper tepuisse: Verum apud Lutheranos iam nihil de euangelica disciplina esse videtur. In eorum linguis plus satis resonat euangelium, & (quam fingunt) euangelica libertas. Cum tamen manibus, id est operibus, vim euangelicæ disciplinæ omnino negent: magis est dubio procul dicenda recentium horum libertas theologorum, dæmonis licentia, quam obseruatiua Christiana. Huic autem factioni si per scholasticam theologiam (quam cum Lutero a quadringentis annis hic ortam insinuat Erasmus: alibi vero aperte id scribit, in eam non parum inuectus) non itum fuisset obuiam: quid illa promouisset, facile ex iam actis conici potest. Neque ceu dicere & scribere passim solet Erasmus) in errorum examinatione & iudicio solis utitur theologorum collegium sophismatibus argutulis, seu spinosis philosophorum complexionibus aut tricis. Non audiuntur quippe illa in fidei iudiciis: sed per catholicam diuinorum eloquiorum intelligentiam, pro sensuum puritate quam tradiderunt sacri doctores, & tenet ecclesia: confutat, & erronea iuxta artis theologice regulas decernit, & rectis scripturæ diuinæ sensibus aduersa aut dissona, quæ eiusmodi sunt. Quatenus autem nos talium subsidiis aut quousque digladiemur: potest quisque lector ex superioribus certum agnouisse.

# ERRORES EX PARAPHRASI ERASMI IN IOANNEM EXCERPTI, CVM ADIECTIS IN EOSDEM CENSVRIS.

¶ Propositio. LXXX.

Capi. i. Matth. vi. Philippus professus est eadē de Christo, quæ postea Petrus professus est: sed quia nō eodem animo: iccirco nō audiuit eadem quæ ille audiuit: Sup hanc petram ædificabo ecclesiam meā: & tibi dabo clauēs regnī cœlorum.

¶ Censura.

**T**X hoc lapsu nō obscure prodit Erasmus (vt aliis quoq; similibus) quāta aut negligētia aut præcipitatione re hanc sacrā agitauerit. Porro ad calcem primi capituli sui euāgelii, dialogum Christi & Nathanaelis his retulit Beat⁹ Ioānes verbis. Vidit Iesus Nathanaelem venientem ad se: & dixit de eo. Ecce vere Israelita: in quo dolus nō est. Dixit ei Nathanael: vnde me nostis? Respondit Iesus & dixit ei. Priusq; te Philippus vocaret: cum esses sub ficu, vidi te. Respondit ei Nathanael, & ait: Rabbi: tu es filius dei: tu es rex Israel. Respondit Iesus & dixit ei. Quia dixi tibi: vidi te sub ficu: credis, maius his videbis &c. En planū est mera inaduertentia Erasmi de Nathanaele fecisse Philippum. Non enim Christo dixit Philippus: Tu es filius dei: sed Nathanael. Pro veritate igitur euangelica, mūdo sua paraphrasi hæreticū sensum scripsit Erasmus. Quod vero subnectit, eadem hic Christo dicta fuisse quæ postea dixit Petrus: neq; verbis coheret sequentibus, neq; vsque adeo certū est, vt euāgelii loco reponi debuerit. In consequētibus etenim sic ait Erasmus: q̄ ceu magnifico titulo volens honorificare Iesum Philippus, appellauit eū regem Israel: significat eū adhuc de regno terreno somniasse. Terrenum autē est & humile quiddam, regnū habere in mundo: sed longe sublimius est regem esse toti⁹ orbis, ac etiā angelorū. sic ille. Vnde aperte satis colligitur: quia non eadem Christo nō Philippus, sed Nathanael dixit, quæ & Petrus. **Matth. xvi.** Quandoquidē Petrus dixit: Tu es Christus, fili⁹ dei viui. Quod haud dubie de æterna generatione qua patri naturalis vnigenitus est & cōsubstantialis, ac in omnibus æqualis, enūciasse Petrus Christus docuit, respōdens Petro & dicens: Beatus es Simon Bariona: quia caro & sanguis nō reuelauit tibi sed pater meus qui in cœlis est &c. Nathanael vero duntaxat inquit: Tu es filius Dei. Liqueat igitur si voces consideres: quia nō hoc dixit quod Petrus. Non enim ait Tu es Christus, neq; addit dei viui. Si autē sensum respicias, vel doctore Erasmo non id sapiebat Nathanael q̄ Petrus. hic enim dicens illum vnum deum esse cum patre: regem cœli cōfiteatur & terre. Ille terrenum attendebat regnum. Et q̄ potuit Erasmus id in quadam legisse glossula: fuit tamen magis pie illa interpretanda (quod agūt semper qui recte theologiam edisserunt) q̄ vt sonat vsurpanda. Et præsertim q̄ secus sunt sacri doctores de eodem locuti verbo: & quidē secundum rectam euāgelicæ literæ sententiam.

¶ Propositio. LXXXI.

Hactenus (ait Christus matri suæ) tuę voluntati me præbui morigerum: quod nunc restat, ex arbitrio patris gerendū est non ex humano præscripto. **Cap. ii.**

¶ Propositio. LXXXII.

Alibi mater fuisti: posthac mihi nihil aliud eris q̄ mulier, quoties versor in patris negocio.

¶ Propositio. LXXXIII.

Patris gloriæ quoties erit seruendū: nihil opus erit tua interpellatione. Vltro faciam quod res ipsa postulabit: habeo tempus a patre præscriptum.

¶ Censura.

Impia hic & vicina blasphemie multa locutus est paraphrastes: & quæ assertis alibi per eū non consentiunt. Porro in superioribus Lucę cap. ii.iple scripsit, Christum nulli nisi patri cœlesti debuisse obcedentiā: & q̄ nullo iure matri aut Ioseph putato patri obtēperare deuinctus erat. Hic autē Christum introducit, dicentē matri: hactenus tuę voluntati me præbui morigerum. Percontor ergo an q̄ matri sese Christus filius eius hactenus morigerum præbuit, id naturalis & diuinæ legis iussionibus erat consentaneum, an contrariū, aut veluti ex cōsilio illud supererogādo legi præscriptis addebat. Horū quodlibet homo respōderit: præsentibus Erasmi obuium probabitur assertis. Porro cū haud dici possit Christū etiam vt homo est quicq; aliquando admisisse legi aduersum: quia de eo scripsit ap̄torum princeps, dicens: Quia peccatū non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius: Reliquū est aut q̄ vt legi dei parēs se matri præbuerit morigerū, aut vt qui legis necessitati supererogando quod cōsilio solum erat, obcedēs adiecit. Vtrum autē horum duorū quis dixerit: adigitur fateri Christū nullo vnq; tempore sanctę eius parenti aliter obcedentiā impendisse, q̄ quolibet. Quippe nō secus infans, aut puer, vel adolescens, aut iuuenis, q̄ in dierū eius mortalīs vitę finē, ad id erat obnoxius. Nempe quod naturę lex per diuinā cōprobata præscripsit, honorare parēs: nullo tēporis lapsu, nulla obueniēte status mutatione, liberos ab huiusmodi eximit præcepto. Si autē Erasmus velit eiusmodi obcedentiā Christi ad matrē, e cōsilio produisse & non præscripto legis: fortius inde vrgetur. Porro qui in pueritia & adolescentia ad dei consiliorum obseruatiā sese addicit, eaq; illibate obseruare studet: cum in hoc perfectionis rationem consistere ipse Christus tradidit cuiusdam dicens: Si vis perfectus esse, posteaq; omnia mandata seruasti: vade & vende omnia quæ habes &c. qui magis adultus minus agit: a sanctitatis perfectione elongari videtur & respicere retro: quod nequaq; de Christo absq; immani dici potest blasphemia. Ratum ergo relinquatur iure parī, Christum quatenus est homo, matri, omni tēpore, etiam nūc in cœlo, obcedentiā debere. Lex enim prima naturæ, qua eius author deus vult liberos parētibus quandam debere reuerentiā, vigoris est inextinguibilis. neq; obstat q̄ ipsa Dei matrē spiritali iure filio, quaten⁹ etiam homo est, subdita sit: alioquin ad summum eneētus pontificatum vel imperium, a legis mandato, quō dicitur: Honora patrem tuū & matrem &c. censeretur exēptus. q̄ falsum esse nescit nullus.

C. iiii.

Qz sit autem insipiens, quantaq; contineat blasphemiam, quod secutus addidit Erasmus, Christu faciens his loqui sermonibus: Qd restat, ex arbitrio patris gerendu est no ex humano prescripto: si recte quis sermones ipsos perpendit, facile intelliget. Quid queso spirant hæc, quæ velut a Christo ad matrem dicta, vniuerso scripsit Erasmo orbi: Hactenus tuę voluntati me prebui morigerum: quod nunc restat ex patris arbitrio gerendu est, non ex humano prescripto: Execrandã sane & stultissimã blasphemiam: quasi videlicet sancta Christi genitrix prius propria voluntate citra diuinã benedictio filio precipere solita fuisset vel iniuste aut imperfecte: quod iam quoniam ipse Christus ætate & autoritate creuisset, veniret corrigendu aut mutandu in melius. Quod aliud no redolet nisi & in matre delictu, quæ no ex æterni patris arbitrio filium rexisset, sed humano prescripto: & itidem in filio quadam imperfectione, q se passus illuc vsq; fuerit no eodem patris sui arbitrio deduci, sed humana quæ dei non esset voluntate. quod plane hæreticum est & blasphemu. Confimilia quoq; sunt omnino quę sequuntur, scilicet q ex tunc Christus sanctã Mariam no vt matrem habuit, sed tantummodo vt mulierem: quoties in negotio patris versaretur: quasi aliquãdo in alienis a patris versatus sit negotiis: q; in negotiis dei nihil opus erit matris Christi interpellatione. Miror quidẽ vehemeter si pio lectori hæc vnq; placuerunt: ac stupeo prorsus Erasmu potuisse tã insana cogitare, tam deniq; incosultu fuisse, vt eiusmodi oibus hoibus per suas proponeret paginas. Meliore det ei dñs posthac metem: bonu quippe fuerat illi, no totu sic aliis edocedis incubere: sine requie nouos super nouos scribendo libros, sed semet sibi nonnunq; dare. Si enim pia mete veritate in sanctorum patrum scriptis requiredo, vel ætatis suę dimidiu collocasset: illi ex patre suo Augustino forsan occurrisset, qd scimus nos in superiorib; citasse. Idcirco autẽ & hic repetere no piget: quoniam opportunu haud parũ est. Ait igitur super huc sanctum euangelistam Ioannem, Augustinus. Faciunt homines voluntatem suam, no dei: quando faciunt quod volunt, no quod iubet deus. Quando autẽ ita faciunt quod volunt, vt tamẽ sequantur voluntatem Dei: non faciunt voluntatẽ suam, quis quod voluit faciat. Hęc ille. qd certe scripturis omni ex parte cõsentaneum est. alioquin no dixisset ipse Christus. Descendi de celo, no vt facia voluntatẽ meam, id est quæ no sit diuinę cõformis: quia sic mea foret no dei: sed voluntatem eius qui misit me. Si profecto lecta hęc probe appendisset Erasmus: non effudisset quę impresentiaru vti impia & blasphema reprehendimus.

## ¶ Propositio. LXXXIII.

Qui crediderunt Christo: spiritualis doctrinæ multo feliciter ad vitæ cœlestis amorẽ incalescunt ac vegetantur. nec id factu est prius, q̄ Christus sibi iungeret ecclesiam sponsam suam.

## ¶ Censura.

A Bis presentibus offendit verbis scriptor. Primu q; indefinite dicens: q̄ crediderunt Christo &c. suum & Lutheranorum firmat errorem: quo asserunt fidem sufficere ad salutem: quod plane esse hereticu iam sæpius monstratu est. Cui autem non sat illa fuerint: istud pro testimoniorum cumulo Christi ca-

piat verbu, quo vndecim apostolis suis post resurrectionẽ in monte Thabor apparens dixit. Data est mihi omnis potestas in celo & in terra. Eutes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filii & spiritus sancti: docentes eos seruare omnia quaecunq; mandau vobis. Ecce ad salutem necessaria docet Christus opera. No ergo sat est illi credere & eius lauacro semel fuisse baptizatum. Docete (inquit) baptizatos seruare quęcunq; mandau vobis. Alterum quo hic veritate legit scriptor, est: Istud no est factum prius q̄ Christus sibi iungeret ecclesiam, vt quis spiritualis doctrinę multo ad amorẽ cœlestis vitę incalesceret ac vegetaretur. quod palam erroneu esse crebro antea docuimus: tenendq; omnes & singulos patriarchas, prophetas, ac iustos, qui ab Abel sancto ad infantia vsq; Christi fuerunt, eodẽ spualis doctrinę multo quo & nos Christiani feliciter ad vitę cœlestis amorem incalescere. qd non obscure tradidit Apostolus Corinthiis scribendo dicens. Nolo vos ignorare fratres quonia patres nostri omnes eadẽ escam spiritualem manducauerunt: quã (supplendu) & nos manducamus: & omnes eudẽ potum spiritualem biberunt. & quasi occurrẽs quę fieri illi potuisset questionẽ, quomodo scilicet id verum esset: adiecit & ait. Bibebat autem de spiritali consequente eos petra: Petra autẽ erat Christus. Quonia vero hęc aliaq; ad hunc scopum multa, cum sanctorum explanationibus antea produximus: hic illa sat fuerint.

## ¶ Propositio. LXXXV.

Deus misit filium suu, vt sua morte mundo per fidem conferat salutem gratuitã. & nequis sponte periens haberet qd prætexeret suę malitiæ: facilius aditus datus est omnibus ad salutem. Non enim exigitur pro prioribus admissis satisfactio, non legis obseruatio, non circuncilio. tm qui credit illi: tutus est a condemnatione.

## ¶ Censura.

Omnia hęc Lutherana sapiunt doctrinã: qua mundo princeps ipseus, decoris miseroru hominu sermonibus persuadere satagit, quia ad salutẽ sola fides sufficit: quonia vt hic dicit Erasmus, illam Deus offert gratuito. vtq; ad eã facilem esse aditum comprobet, testatur no exigi pro prioribus admissis satisfactionẽ. qd vt subtilius & quasi mellitum aculeum incauti acceptent, instar aloes qd saccharo solet cõtegi vt facilius ab ægrotis assumi valeant: operit debitã iustitię legibus satisfactionẽ veteris instrumenti obseruantis ac circuncisionẽ, quas certum est no esse modo ad salutẽ requisitas: colligẽs ex omnibus his q; qui credit Christo, tutus est a condemnatione, nec deuincitur ad aliquam pro peccatis satisfactionẽ. Sic mundo per nouos theologos suis illudit sophismatibus dæmon: cu tamẽ persuaserit illis perosa sese cu primis habere sophismata, suggereritq; vt ipsi cu in moribus acutissimi sint sophistę: perpetuo contra artẽ qua docetur in philosophia homo sibi a fallaciis huiusmodi cauere, declament. Asserere autẽ Deu mudo salutẽ sic conferre gratuitã, q; ad eius consecutionem non sint pœnitentię opera pro adultis necessaria, quod est non exigi satisfactionem plusq; modo circuncilio requiritur: hęc is contra Lutherum & affectatores eius ac præceptores iu-

Mar. xxviii

B

i. Corin. x.

Cap. iiii.

C

stissime damnata est.

¶ Propositio. LXXXVI.

Christus mulieris Samaritanæ vitam comiter arguens: Recte (inquit) dixisti tibi non esse virum: etenim cum quinque viros habueris ad libidinem, nullum tamen habuisti legitimum.

¶ Censura.

D Quis non admiretur Paraphrastis huius temeritatem: qui perpedit hic illū pro Christi verbo reddere, quod illi plane aduersatur? Porro dixit mulieri illi dominus. Quinque enim viros habuisti: & nunc quæ habes non est tuus vir, indicans manifeste idem prorsus esse, mulieris cuiuslibet hominem non esse virum, & non esse legitimum: & idem rursus omnino sibi velle, virum esse mulieris, & esse maritū legitimum. Nihil profecto aliud signant hæc Christi verba, Quinque viros habuisti, si diceret: quinque vere legitimos habuisti: & nunc quæ habes non est tuus vir. Non enim adiecit ut diceret, non est tuus vir legitimus: quod plane ita accipitur locutio, ut nullus cuiusque mulieris vir dicatur, nisi ei fuerit legitime copulatus: cum idem omnino sit virū esse mulieris, quod esse maritum. & talis est scripturæ usus, ut nomen vir ubique agitur de coniugio, pro marito semper ponatur. ut in Genesi ad primam omnium matrem dominus ait. Et sub viri potestate eris. Item regi Geraræ Abimelech, de Sara vxore Abrahamæ: Redde (inquit dominus) nunc viro suo vxorem. In euangelio autem, Iacob genuit Ioseph virū Mariæ. & Apostolus, Si mulier fidelis virum habeat infidelem, & hic consentit habitare cum illa: non dimittat virū. Sed cur protrahimus sermonem: cum omnino vel apud grammaticos, quod dicimus teneatur certum? Si profecto viri nomen cum de coniugio sit sermo, pro marito legitimum (quod non est nisi legitime vxori fuerit coniunctus) quandoque non capere recur: haud verum esset Christi verbum ad Samaritanam: scilicet, Nunc autem quæ habes non est tuus vir. Falsum quippe diceret, si viri nomen, illegitimum signaret: quoniam homo ille qui ad libidinem ea tum utebatur, vir eius illegitimus erat, id est reputatus & non verus maritus. Temerarie igitur & erronee pro eo quod præmiserat Christus ad mulierem illam dicens, Quinque enim viros habuisti (quod re vera de legitimis accipi debet maritis) id nobis reposuit Paraphrastes. Etenim cum quinque viros habueris ad libidinem: nullum tamen habuisti legitimum.

¶ Propositio. LXXXVII.

Fides sola purificat corda, redditque idonea quibus credatur philosophia: cetera leuis arcana.

¶ Censura.

E Assertio hæc, Fabro Luthero & Erasmo communis, in præcedentibus ut heretica manifeste plus decies reiecta est, nec id quidem immerito. dicens enim spiritus Dei per Abachitic prophetam, Iustus ex fide viuunt: quod Romanis scribens Paulus renarravit. & Petrus. Nihil discreuit deus inter nos, scilicet Iudeos, & illos Gentiles: fide purificans corda eorum. non adiecerunt exclusionis vocem: ut dicerent iustum ex sola fide, hoc est per solam fidem viuere: & sola fide purificans corda eorum. Si profecto ita dicerent (quemadmodum de se Iudeis asseruit in causa consimili Christus) Abachue, Petrus & Paulus: simi-

les essent Fabro, Erasmo & Luthero mēdaces. quod haudquaquam fieri posset. i. Cor. xiiii. Non est enim dissensionis Deus: qui per eundem Apostolū Paulum dixit. Et si habuero omnem fidem. &c. Charitatem autem non habuero: nihil sum. Et si

¶ Propositio. LXXXVIII.

Illud mihi considera prudens lector, nusquam esse maiorem poenuriam eorum qui Christianæ veritati ex animo fauent, quam inter religionis ac doctrinæ proceres.

¶ Censura.

Haud parua immodestia hæc Erasmus in primorum theologicæ disciplinæ & vitæ regularis contumeliā excogitata edidit. Si autem verum locutus est: prudens iudicet lector. Paulo ante vero huiusmodi verba dixerat nullum esse capitaliorē hostē euangelicæ doctrinæ, quam qui sacras literas ad suos prauos detorquet sensus. quod est probe, fateor, dictum. Nempe ne id quidem inficiatur pertinacissime literas ipsas sacras ad suos impiissimos peruertentes sensus. Non id Arrius, non Pelagius, non Luther, & cum eo sentientes negant. Bona quippe sunt hæc quæ cum catholicis vsurpant verba. Cor autem & conscientia eorum dæmonis superbia sunt adeo cæcata, ut errare omnes existiment qui cum eis non errant, sed ipsorum obsistunt erroribus. Diceret nobis velle Erasmus, qui hac tempestate Christianæ veritati ex animo fauentes, infinitis prope hæresum capitibus, tum iam olim damnatis, sed peruerse restauratis, tum nouis restiterunt: nonne doctrinæ proceres? Norit deum Erasmus, nullos maiori pietate fidei fauere: quam religionum bene institutarum, hoc est ubi pro patrum normis viuunt, proceres faueant. & animo perpendat, ne scribendo forsitan commiserit, unde sit auditus. Ex ore tuo te iudico serue nequam.

¶ Propositio. LXXXIX.

Lex Moyfi non punit nisi publica crimina: superbiā, factum, inuidiā, odiū, non punit: sed hæc magis execratur Deus, quam ea quæ punit lex.

¶ Censura.

Propositio hæc falsa & scripturæ contraria inde conuincitur: quod Leuiti. capitibus. iiii. v. & vi. punitiuas statuit Deus poenas in vniuersum, pro cuiuscunque præcepti transgressione, etiā exoluedas publice, siue crimina publica essent, siue non. & primo quidem de commissis per ignorantiam agitur pro vno quoque hominum statu, ca. iiii. deinde ca. v. de patratibus per passionem, & denique ca. vi. de factis ex certa malitia. Porro ibi legitur non semel. Anima quæ peccauerit per ignorantiam, & de vniuersis mandatis domini quæ præcepit ut non fierent quidpiam fecerit: si sacerdos qui vinctus est peccauerit &c. Aliis item eiusdem legis variis locis consimilia ponuntur. Quæ præterea lex ipsa superbiā puniret, constat. Ita enim libro Numerorum habetur. Anima quæ pro superbiā aliquid commiserit, siue ciuis sit ille, siue peregrinus: quoniam aduersus dominum rebellis fuit, peribit de populo suo, & portabit iniquitatem suam. In Deuteronomio vero sic habemus. Qui autem superbierit nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat domino deo tuo, ex decreto iudicis morietur homo ille & auferes malum de Israel, cuiusque populus audiens timebit, ut nullus deinceps intumescat superbiā. Quando igitur lex poenas vnicuique præceptorum præuaricationi decernit, notum relinquitur, per eam inuidiam punitam esse & odium.

Gene. iiii.  
Gene. xx.  
March. i.  
i. Cor. vii.

Luc. xix.

Cap. iiii.

Nume. xv.

Deut. xvii.

Abach. ii.  
Roma. i.  
Actu. xv.

Ioan. vii.

¶ Propositio. XC.

Duo sumus ego & pater: sed duorum idē est testimoniū, idē iudiciū. sed ex his duobus vnus est, qui si solus esset, tamen esset irrefutabile iudiciū eius.

¶ Censura.

**H** Asserere Dei filium & patrem eius duo esse simpliciter, hereticum est: quoniam nisi contrariatur ipsius filii verbo: Ego & pater vnus sumus. vnū indubie sunt: non duo. Quod enim catholice recipimus patrem & filium duas esse personas, duove supposita: non infert istam: duo sunt pater & filius. Qui enim vnū precise sunt per essentia & naturam: duo esse dici non possunt. Et hæc doceri debuerat Erasmus: ne (quod hic egit) Arrianorum vteretur sermone: a quo non dubito eum quoad hoc animo distare. neque enim Christi verba quæ hic Ioannes recenset, volunt quod pro eis ille scripsit. Christus enim dixit. Iudiciū meum verum est, quia solus non sum: sed ego, & qui misit me pater. quod autē ad Phariseos veritatis inimicos, quasi ad homines de lege quā non poterāt declinare secutus arguendo addidit dicens: In lege vestra scriptum est quia duorum hominum testimoniū verum est, id est ad ferendum iudiciū modo legitimi duo testes sint, sufficere decernitur, etiam in causa sanguinis: non debuit ab Erasmo ad explanationem euangelicæ veritatis populo Christiano trahi, quasi ita duo testes essent pater & filius, vt homines duo, testes duo sunt. quod vt præmissimus, hereticum omnino est. Quod denique subiūxit inquitens: Ex his duobus vnus est, qui si solus esset, tamen irrefutabile esset iudiciū eius: ad euāgelium non pertinet: immo & in philosophia notissimū est: patrem mortale, esse absque filio non posse. Si vero ex impossibili arguat Erasmus (impossibile siquidem est, patrem æternū solum esse) ad quod ait dialecticus sequitur quodlibet: ipse viderit.

¶ Propositio. XCI.

Sola credulitas via est ad immortalitatem.

¶ Censura.

**I** Propositio hæc manifeste est in fide erronea: ceu iam creberrime ostensum est. Quod si dixisset Erasmus: sola credulitas via ad immortalitatem, ianua seu introitus est: audiri vtrūque poterat. verū quoniam via ipsa omnium mandatorum obseruatiua est, & quidem vnica, quæ angusta, & proinde illam pauci ingrediuntur: scripturæ plane aduersatur dicere, solam credulitatem viam esse ad immortalitatem.

¶ Propositio. XCII.

**C** Non punit Deus liberos ob delicta parentum, quemadmodum docet lex, nisi filii parentum emulentur vitia, sed huic. s. cæco nato, casu quopiam accidit cæcitas.

¶ Censura.

**K** Cum impresentiarum de temporaria pena solummodo agatur, qualis est corporalis cæcitas: quod hic asserit Paraphrastes, hereticum omnino est, quoniam manifeste sacris aduersatur scripturis. Dicitur enim in Exodo. Ego sum dominus Deus tuus, fortis zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios, in tertiā & quartam generationem eorum qui oderunt me. Mirabile quidem est hominem acerrimo ingenio, qui pro officii suscepti ratione non oscitanter omnem debuit scripturarum legisse paginam: ita dum scriberet hic, liberos non puniri tempo-

raliter ob parentum scelera, somno fuisse captum, vt non animaduerteret non modo propter peccata parentum proles etiam extremo frequenter punita fuisse supplicio: verum quoque & cetera viuentia cuncta. hoc attestante scriptura, quæ ait de vniuersali agens diluuiio. Consumpta est omnis caro quæ mouebatur super terram, volucrum, animantium, bestiarum, omniumque reptilium quæ reptant super terram, vniuersi homines, & cuncta in quibus spiraculum vite est in terra, mortua sunt. De conflagratione vera pentapolis, id est Sodomorum & circumadiacentium civitatum quatuor, totiusque regionis: eadem loquitur scriptura dicens, Dominus pluit super Sodomam & Gomorram sulphur & ignem a domino de celo: & subuertit civitates has & omnem circa regionem, vniuersos habitatores urbium, & cuncta terræ virentia. Quomodo item Erasmo non occurrit clades famis, pestis, & belli, quæ matrum Iudæarum, ceterisque cunctis populi illius liberis, ob iniuste Christo illatam mortem, per Romanum militem misit deus? Illis certe domini flagellis factum est, vt abundanter sentirent proles ipsæ quæ earum fuerant imprecari parentes, dum dixerunt Pilato: Sanguis eius super nos, & super filios nostros. quod futurum prænuñciauerat Christus Iudæis ipsis matribus dicens. Super vos ipsas flete, & super filios vestros: quoniam ecce veniet dies in quibus dicent: Beatæ steriles, & ventres qui non genuerunt, & vbera quæ non lactauerunt, &c. Hæc cum sint notissima, perpescere debebat Erasmus, & non ad penam finibilem intorquere, quod de æterna (quæ sensus dicitur) per Ezechielem dominus dixit. Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Filius non portabit iniquitatem patris: & pater non portabit iniquitatem filii. Iustitia iusti super eum erit: & impietas impii erit super eum. Et præsertim cum vniuersalis ecclesie decreto, sacro apud Lateranum concilio generali, præsidebat Innocentio tertio, viro cum doctissimo tum optimo: definitum olim fuisse istud non dubium est. Ita etenim in quadam decretali legimus epistola. Sacri approbatione concilii statuimus, quatenus si patroni, aduocati, aut feudatarii seu vicedominii aut alii beneficiarii alicuius ecclesie, rectoris vel clericum alium ipsius ecclesie per se vel per alios occidere vel mutilare ausu temerario presumpserit: officia eiusmodi & beneficia prorsus amittant. Et ne minus vindictæ quam excessus memoria prorogetur, non solum de præmissis nihil perueniat ad heredes, sed etiam usque ad quartam generationem posteritates talium in clericorum collegium nullatenus admittantur. Alibi quoque de hereticorum agens poenitentia idem Romanus pontifex inquit, Seueritatis censuram (qua scilicet multandi decernuntur heretici) orthodoxorum exhereditatio filiorum, quasi cuiusdam miseratiōis pretextu non debet vllatenus impedire: Cum in multis casibus (etiam secundum diuinum iudicium) filii pro parentibus temporaliter puniantur: & iuxta canonicas sanctiones quandoque feratur ultio, non solum in actores scelerum, sed etiam in progeniem damnatorum. Sic ibi. Quod denique dicit Erasmus, cæcitate illi cæco casu quopiam accidisse: si Deum respicias, aperta blasphemia est. Porro quoad eum neque arboris folium casu in terram decidit. quanto minus dixisse debuit, casu hunc factum a natiuitate cæcum: & maxime cum cæcitatē illius finem, in textu Ioannis expressum habeamus. Ait enim. Quia sic natus est, vt manifestantur opera Dei in illo.

Gene. vii.

Gene. xix.

Mat. xxvii.

Luc. xxiii.

Ezec. xlviii.

De poenitentia in quibusdam in anti.

De heretice poenitentia in anti.



¶ Propositio. XCIII.

Cap. xiiii. ¶ An nondum vos quoq; cæteri creditis: omnia patris esse quæ per me dicuntur aut geruntur, & nullum inter nos duos esse discrimen? hoc mihi docti toties credere debueratis.

¶ Censura.

N In hac assertione istud tm̄ displicet, q̄ Paraphraustes Christum introducit dicentem, inter se & patrem nullū esse discrimen. quod quidē verbum: etsi vt reor non id velit Erasmus: Sabellii tamē sacrilegam restaurat heresim: quæ (doctore post Epiphaniū & Philastrium Augustino) assererat Deū nō esse in personis trinū: sed eūdē esse patrem & filiū & spirītū sanctū. Porro si verum dicit Erasmus, nullū esse inter patrem & filiū discrimen: neq; personale vllum erit, sicuti nec essenziale est. quod ad prauū Sabellii dogma omnino pertinet, quin & ipsum in terminis est reuocare. Neq; locus hic est vt prætereat pro Erasmo quis solū illū essentiā attendisse, dū scripsit nullū inter patrem & filiū discrimen esse: tum q̄ huiuscemodi diuinarū varietatem personarum neq; ipse capere videtur, neq; prospicere: tum q̄ vbi etiā ipse hic persentiret, cū ille velit suā Paraphrasim expositionis cuiusdā haberi loco, opus erat hoc in articulo, vbi fidei nostræ pōdus collocatū est, vigilāter eū debita vti discretiōe, & nō generatim dicere, nullū esse inter patrē & filiū discrimē.

¶ Propositio. XCIII.

Cap. xviii. ¶ Passus est dominus futurū ecclesie suæ principē in hūc errorē pio quidem affectu cadere: quo certius & efficacius in posterū eximeret: oēm vlciscendā libidinē, ac ius armorū in torū excuteret, posteaq; & illū obiurgasset, qui nō dū accepto interdīcto piū domū pio affectu aduersus impios tueri pararet.

¶ Censura.

○ Etsi diuus Augustinus ad virum egregiū Publicolam scribens ita dixerit: De occidendis hominibus ne ab eis quisq; occidatur: non mihi placet consiliū: nisi forte sit miles, aut publica functione teneatur, vt non pro se hoc faciat, sed pro aliis, vel pro ciuitate, vbi etiā ipse est, accepta legitima potestate: si eius cōgruit personæ. sintq; alia sanctorū pleraq; dicta per Gratianū in decretoꝝ patrū volumine collecta, quæ idem omnino præterevidentur. Cum tamen & alia itidē non pauca citet, quæ oppositā partē videtur plane referre ac statuere: prudēter inde colligitur, nō id agitari hic inter sanctos: an videlicet liceat cuiq; alterū ne ab illo iniuste perimatur interficere: verū an id sit perfectionis necne: & ita expediens. Licent enim (ait Apostolus) multa: quæ nō expediunt. Manet proinde ratum qđ in superioribus cōprobatū est, vim scilicet vī licitū esse repellere, moderamine inculpatē tutelę in omnibus retēto. Hinc erroneum iam omnino mōstratū est, qđ hic quoq; repetit Erasmus: qui certe hic termino vltionis omnino abutitur. Q̄ em̄ Petrus piū magistrū affectu pio tueri ab iniuste illata vi pro viribus mōlitus est: nequaq; vltio dici potest, sed defensio, suapte natura legitima, propter circūstantias tamen rei illicita: q̄ scilicet cum quęsitum a Christo per apostolos extitisset: Domine si percutimus in gladio: nō expectato respōso ferrum corripuit Petrus, non ex iudicio rationis, sed tumultuante passione

superatus. vnde neq; illud Christus magno vitio vertit ipsi Petro. Erroneum deniq; in fide & moribus omnino est qđ asserit Erasmus: Christū videlicet dicendo Petro, Mitte gladium tuū in vaginā: calicem quē dedit mihi pater, non vis vt bibam illum: ius armorū in totum excussisse. & miror vehementer: si ista cuipiam lectori probata fuerint, cum sint manifeste (vt in prioribus ostensum est) falsa & perniciofa.

¶ Propositio. XCV.

Hæc nimirum est prima professio volentium principum aulis sese addicere: abnegare Christum, hoc est veritatem.

¶ Censura.

Esto in aulicorū plurimis rara dicatur esse fides, perperāq; in ipsi principū domibus complura fiant: & quo illic magis ardua tractantur, eo nocentiora sunt quæ contra ius & æquum ibi admittuntur: hæc nihilosecius Erasmi assertio ita ex toto posita, aulicorum ordinī impensissime contumeliosa est: In quo nonnullos viros esse bonos ac Deum timentes qui inficiatur, maxima temeritate ac superbiā victus est, dicitq; de eiusmodi homine vere potest: quia Christum negauit, id est veritatem.

¶ Propositio. XCVI.

¶ Nihil Christus respōdit eorum quæ expectabat præses: qui ad causę defensionem cupiebat instrui, pro iudice futurus patronus. verum quoniam ea res speciem præbuisset quasi nolens pateretur: nihil huiusmodi. tm̄ de potestate quam sibi Pilatus arrogabat, respondit: subindicans nec illi liberum esse, absolueret: cum illius potestas seruire cogeret furorū ludæorum.

¶ Censura.

Quod in primis hic asseritur, Christum noluisse Pilato respōdere vnde posset ad causę defensionē instrui: impium omnino est ac iniquū: quasi scilicet veritate iustitię Christus siluerit, qua per Pilatum agnita non ille fieret innocens homicida: qđ absit vt de ipsa veritate Christo esse sapiamus. Alioquin contra legem suā manifeste egisset: vbi iussit dicens, Erue eos qui ducti ad mortem: & qui trahuntur ad interitū liberare ne cesses. Si dixeris, vires nō suppetunt: qui inspector est cordis ipse intelligit. Certū est autē quoniam qui veritatē tacet de industria, qua propōsita iudici iustum ab iniusta nece liberaret: verus censetur homicida, quoniā dat suo silētiō causam mortis, contra illud, Non occides, plane agens: & cōtra illud, In fontem & iustū non occides. Quibus legis decretis consentanee se gerens Christus: creberime ludæis in suā conspirantibus mortē proposuit omnia per quæ debebat eū nō modo iustū & innocētē reputare: verū vt Saluatorē & redemptorē obuiis manibus cū omni gratia suscipere: multa in his agēs vt homo, multa item quæ a puro homine haud fieri potuissent. Tentatis autē modo quodā humano & politico omnibus: tandē vt Deus vidēs cordis infeliciū duritiā, ad plurima respōdere destitit. Nā semel his verbis postulātibus eū, Dic nobis si tu es Christ⁹: ait illis. Si vobis dixerō: nō credetis mihi. Si autē & interrogauerō nō respondebitis mihi, neq; dimittetis. Nō itaq; asserēdū, Christū veritatē negasse iudici: quā si dixisset, æquū tulisset iudiciū. Temerariū deīn

Cap. xia,

Prou. xxiiii

Exod. xx.  
Ibidē, xxiiii

Luc. xxii,  
R

Li. de here  
sibus, cap.  
xii. pre ope  
rū, xi.

Epi. ciiii.  
refert Gra  
tian⁹, xxiiii.  
quest. v. ca.  
de occiden  
dis.  
Præscriptis  
causa & q̄  
stione.

i. Corin. vi.  
& x.

Luc. xxii.

censeri debet, dicere in illo forensi strepitu Christū potuisse sic instruere præ fidem, ut de iudice patronus fieret. Egit enim Christus quæ reo incumbit accusato, id est obiecta falso crimina non agnoscere, sed detrectare: & præsertim ubi iudex accusatorum non ignorat malitiam, & innocentiam accusati: contra quæ nulla producuntur legitimorum hominum testimonia, quæ omnia in presenti causa fuisse, manifestum est. Quicquid præterea dixisset Christus Pilato, notissimum est quia si fieret patronus delati, nequaquam illius innocentie suffragaretur. Necessesse enim absolutionem immeriti, poenam ut comeriti damnationem a iudice præferri: neque a patrono id fieri potest. Quæ denique ait hic Erasmus, Christum subindicasse Pilato non fuisse liberum, &c. ut in fide esse erroneum, in superioribus monstrauimus.

FINIS.

## ERRORES EXCERPTI

EX PARAPHRASI ERASMI IN MARCVM, CVM  
ADIECTIS IN EOSDEM CENSVRIS,

¶ Propositio. XCVII.

Cap. i.

¶ Attulerunt legum conditores & philosophi quoddam euangelium suum: sed partim vanum & fallax, partim dilutum & inefficax. Certius autem ac solidius euangelium proditum est a Moyse & prophetis, preparans tamen ad cognitionem veritatis, nec satis efficax ad præstandam perfectam salutem.

¶ Propositio. XCVIII.

Horum, scilicet Moyse & prophetarum, euangelium plus habet terroris quam lætæ promissionis, magisque prodidit malitiam hominum quam diluit: ac Dei potentiam magis ingessit animis hominum, quam clementiam ac bonitatem comendauit, terrorem incutiens potius quam amorem inferens.

¶ Propositio. XCIX.

Quid enim supererat, nisi posteaquam per legem didicerant homines se peccatis obnoxios, nec posse ab his temperare: simulque scirent Dei seueri iudicis iudicium neminem posse effugere: nisi ut trepidarent, horrerent ac desperarent? Quis autem amare potest quem horret?

¶ Censura.

**S**ic in euangelium secundum Marcum Paraphrasi præmisit Erasmus epistolam ad Franciscum Christianissimum Galloꝝ regem, quæ moralis mihi visa est & perutilis ad comouendos principum animos ut positis inimicitias ac questionibus, pacis & amicitie omnibus studiis foedera disquirant ac persequantur: nec in ea quicquam non sit omnium moribus conducibile offendit præter id verbum quod sic ait. Bonam quamquam spem mihi præbet, quæ videat sacras literas, sed præcipue nouum testamentum, sic teri manibus omnium etiam idiotarum, ut hi qui diuinorum voluminum scientiam profitentur, non raro sint impares in congressu. Mihi vero vel illud argumento est a plurimis legi noui testamenti libros: quæ cum tot voluminum milia singulis annis in publicum emittant typographi, tamē tot officinæ non sufficiunt emptorum auiditati. Ita Erasmus. ubi quantum fallatur & fallat, ex superioribus satis constare puto. & utinam non docuisset experientia:

quot peccata in idiotis (quos non satis modeste tradit Erasmus in congressu non raro superiores iis esse qui diuinorum voluminum scientiam profitentur, id est theologis doctoribus) eiusmodi lectione promouit dæmon. Cum autem in epistola una decretali ita legatur. Inhibemus quoque ne cuiquam laicæ personæ liceat publice vel priuatim de fide catholica disputare. Qui vero contra fecerit, ex communicationis laqueo innodetur. Videat Erasmus quæ schismaticum sit idiotis quasi glorie dare: quæ de sacris literis disputando aduersus illarum professores congregari præsumat. quæ plane vitio debet illis verti non cuiuslibet, sed quod uti superbum & seditiosum reique christianæ non parum noxium excōmunicationis commereatur censuram. Cæterum hoc omisso ad Paraphrasim conuersi dicimus in primis, ipsius auctorem non ex euangelio habuisse, aut sacris euangelii doctoribus, quæ vetus instrumentum euangelii nomine sit appellandum. quanto minus gentiliū legislatorum & philosophorum præscripta: dici debuerunt eorum euangelium. Dein impietate quomodo carere poterit, quæ dicit Erasmus: Euangelium Moyse & prophetarum, legislatorum apud ethnicos & philosophorum euangelio certius esse atque solidius: Cum horum ad diuinam auctoritatem (quæ genus est totum vetus testamentum) nulla proportio (vel Erasmo teste: qui philosophorum & ceterorum gentiliū scripta, vana esse, fallacia & diluta fatetur) esse potest. Si perfectio hæc non sit admittenda locutio. Euangelica seu diuina veritas certior est atque solidior falsitate: nec recipi debet præsens Erasmi comparatio. quando tamē ista magis nominum rationes concernere videntur: lector illa uti liberit accipiat. Non ita autem liberum esse lectori cæso admittere, quod subiunxit Desiderius: scilicet euangelium illud Moyse & prophetarum preparasse tamen ad cognitionem veritatis, ac plus habere terroris quam lætæ promissionis, & quæ sequuntur. Nempe antea iam sæpius probatum est, legem quam Deus populo suo dedit per Moysen, & ceteros prophetas, & Saluatore Christum promississe, & illam obseruantibus cum temporalem tum æternam felicitatem, eademque peccata omnia poenitentibus diluisset: hoc est (sicut & de Christi euangelio dicitur) efficacissima ut delerentur prouidisse remedia. Quo autem sermone magnificentius ac clementius potuisset Deus populo illi suam commendare bonitatem ac misericordiam: eo quo ait. Ego sum dominus Deus tuus fortis zelotes, faciens misericordiam in milia his qui diligunt me, & custodiunt præcepta mea. Asserere denique homines sub illa lege non potuisse a peccatis temperare, & proinde non superfuisset illis nisi ut horrerent & desperarent: falsum esse & erroneum, ac in legislatorem Deum blasphemum, plus satis ex præcedentibus liquet.

¶ Propositio. C.

Ioannes hoc habebat vetustæ legis: quæ exitium minitabatur omnibus nisi mature resipiscerent. Hoc habebat nouæ legis: quæ non vocabat ad victimas aut holocaustomata, non ad vota seu ieiunias: sed ad baptismum & poenitentiam vitæ prioris: quæ nunciabat iam adesse clementissimum illum Messiam, qui gratis omnibus condonaret omnia peccata fiduciam omnem in se collocantibus.

¶ Censura.

Magis dubio procul ad angelicam legem pertinebat, quæ Ioannes omnibus minitabatur exitium nisi resipiscerent mature, quam ad vetustam. Est enim illud ex

De heres.  
in sexto ca.  
Quicungue

T

V

Exo. xx.

D

Luc. xiii. pressum Christi verbum, quo ait nō semel. Nisi pœnitentiã habueritis: oēs simul peribitis. Vt vero permittimus Erasmo, q̄ etsi certū esse cuiq̄ perito in theologia debeat, Ioannē cūctos ad se venientes ad integrã legis suę monuisse & fuisse hortatū obseruantia, quæ victimas & holocausta mandabat offerri: ob id tamē nō incongruū est dicere, illum haud vocasse ad victimas, &c. q̄ inuitabat ad noua Christi sacramenta: Ita duo quę adiecit, ceu ad hereses Lutheri attinētia, penitus refutãda, propter rationes antea sepius productas decernimus, videlicet q̄ neq̄ ad vota seu ieiunia vocabat Ioannes: & q̄ Christus omnibus gratis condonaturus erat omnia peccata.

¶ Propositio. CI.

Ioannes inter legem Moyſi carnalē, & legē euangelicã spiritualem mediū interuenit, quo facilius homines a carne ad spiritum transfigurarentur.

¶ Censura.

Y Veterem legē vocās Erasmus carnalē: Apostolo Paulo plane dissentit. ait Roma. vii. siquidē ille. Scimus enim quia lex spiritualis est: ego autē carnalis sum. & iterū. Lex quidē sancta: & mandatū sanctū, & iustū, & bonū. Item & Psalmiſte dicenti. Lex dñi immaculata cōuertens animas. Dicēs præterea Ioānem interuenisse mediū, quo facilius homines a carne ad spiritū trãssfigurētur: manifeste innuit omnes qui sub illa veteri lege vixerūt, aut saltē tunc vivebant, carnales fuisse, aut secūdū carnē vixisse. qđ in fide erroneū esse, sepiſſime iam est monstratū. Et mirū quidē homines istos dū istiusmodi sermonibus euāgelii nūq̄ a probis nimis laudatū efferre cōtendūt, quasi solū spiritualia querat exercitia, ac nulli subditã pœnitētię seruituti libertatē, nō aut sterilitatē vitę mādēt, aut satisfactionis opera (Hinc qui huiusmodi exercentur: corporales iudicāt nō spirituales, seruos nō liberos: ) nō atēdere Ioāne Baptista (qui nō sub euāgelio, sed Moyſi lege vixit) nullū christianū spiritualiorē fuisse, neminē illo vitã duxisse magis austerã. In superioribus autē ostēsum est, beatos patriarchas, pphetas ac alios iustos omnes qui Christi præcessere aduetum, minime secūdū carnem vixisse, sed secūdū spiritum, quē admodū secūdū spiritū sub lege noua vixerunt apostoli & ceteri iusti.

¶ Propositio. CII.

Lex Moyſi, suis vmbriſ, victimis ac terroribus fecit hypocritas.

¶ Censura.

Z Propositio hæc, Deo legis vetustę authori impie blasphemia irrogat. Alioquin si eam cenſet quis recipiendã: nec certe hanc declinare poterit: Deus vel Christus fecit hypocritas: & euāgelii ei? Nō ita sane loqui præsumpsit Roma. vii. Apostolus. cū enim dixisset. Inuentum est mihi mādātū qđ erat ad vitã: hoc esse ad mortē. nã peccatū occasione accepta per mandatū seduxit me, & per illud occidit. & paulo post. Qđ ergo bonū est, mihi factū est mors, & respōdet dicens. Absit. quasi diceret: q̄ plus data lege q̄ antea peccem, quia scilicet vt naturalis transgressor sum legis ita & scriptę, q̄ sim hypocrita, Deo inobediens ac superbus: hoc non facit lex, quoniã omne prohibet crimen admittēre, & debita plectit admissum pœna. Non fecit ergo lex hypocritas: plusq̄ euāgelium.

¶ Propositio. CIII.

Ad Mosaicę legis æstimationem fortasse aliqui iusti sunt: ad euangelicę legis exactionem peccatores sunt omnes homines.

¶ Censura.

Cū eadē omnino sint morū præcepta in Moyſi lege & Christi, quicūq̄ secū A dū euāgelicę traditionis exactionē peccatores sunt: & secūdū veteris legis æstimationē peccatores quoq̄ sint necesse est. Vnde aduersus Manichęos, q̄ & ipsam Moyſi legē non a deo datã impie cōtendebāt, & omnes qui sub ea vixerant sanctos damnabant, Augustinus agens: sic vno ait loco. Quęcūq̄ in nouo testamento præcepta sunt: non solum ibi, scilicet in veteri lege, mã data: sed etiã a sanctis viris omni vigilantia cōpleta sunt. Dicere autē præter Christum & sanctã eius matrem aliquos vlllo tempore fuisse, qui non erant peccatores: in præcedentibus hereticum esse comprobatum satis est.

Li. de fidē contra Ma nichęos. ca. viii. parte operū. xli

¶ Propositio. CIIII.

Friget quicquid humanū est, quoties diuina virtus exerit suam potentiam.

¶ Censura.

Quatenus humanis propositio hæc detrahit institutis aut doctrinis: superius iam damnata est vt Lutherana.

¶ Propositio. CV.

Rogemus nos qui sumus in ecclesia lesum vt dignetur meticulous, literæ affixos, cerimonis addictos, ad libertatē euāgelicam erigere: quę nō in hoc valet vt licētius peccemus: sed vt alacres ac volētes obeamus munia charitatis euangelicę.

¶ Censura.

Articulus iste Lutheranoꝝ libertatē manifeste fouet, qua nullis ecclesię cerimonis deferre volūt, nullis teneri hominū legibꝯ, nullis quoq̄ ecclesię religari edictis.

¶ Propositio. CVI.

Deus a peccatoribus nec holocaustomata requirit, nec donaria: tantum agnosce morbum, & confide de medico.

¶ Censura.

Lutherana hæc assertio: crebrius antea reiecta est & confutata.

¶ Propositio. CVII.

Quo propior est desperationi peccator respiscens: hoc salutis vicinior est.

¶ Censura.

Neq̄ veritati cōsentaneum est quod hic dicitur: neq̄ authoris aliis assertis. Porro centies cum Lutheranis prædicat peccatori maxime & præ ceteris vt iustificetur, fidutiã esse necessariã, illãq̄ (modo assit fides) iustificare. Quo igitur peccator respiscens Deo fidentior est: hoc reuera est salutis vicinior. quo autē fidentior est: longius a desperatione abest. Nō coherent itaq̄ sibi ista, quo propior est desperationi peccator respiscens: hoc salutis vicinior est. & quo est Deo fidens amplius peccator respiscens: salutis est propinquior. verum autem istud est: illud vero omnino falsum. Alioquin vera hæc erit assertio, desperans saluus est: cum sit per se in falsitate nota. Si profecto verū est peccatorem eo salutis plus accedere, quo desperationi vicinior est: si in desperatione est, in salute esse eū oportet. quod erroneū esse plane constat.

## ¶ Propositio. CVIII.

Christus dicens paralytico, Cōdonantur tibi peccata: relaxat vniuersa, nec vlla p̄teritorū meritorū mētio, nec vlla sacrificiorū aut satisfactiois exactio: tm̄ fidutię fit mentio. satis sacrificauit: qui se illi cū plena fidutiā ostendit.

## ¶ Censura.

E Etia hęc propositio ad Lutheri pertinet errores in p̄cedētib⁹ reprobatos.

## ¶ Propositio. CIX.

Vt cibus corporis non confert iustitiam: ita nec ieiuniū. ac sepe fit, vt vescēs iustior sit ieiunante. tristia sunt ieiunia quę p̄scribit lex, & ob hoc ingrata Deo qui diligit hilarem datorem.

## ¶ Propositio. CX.

Qui sciens sese in hisce rebus esse liberum, & ex charitate sua sponte ieiū natis letus & alacer ieiunat, non quia sic p̄scriptum est, sed quia sic hortatur charitas.

## ¶ Propositio. CXI.

Meis discipulis, quos in hoc delegi rudes, vt eos ad hanc masculam ac robustam philosophiam instituam, nihil istarum rerum p̄scribo. his vescere: ab his abstinere: nunc quiesce, nunc labora: sic vestire: hoc ne contingas: illud ne contractes. ne semper maneant imbecilles: si me p̄ceptore semel didicerint huiusmodi rebus corporalibus fidere.

## ¶ Censura.

F Lutherana sunt hęc omnia nō semel in superiorib⁹ reprobata vt dogmata: moribus fidelīū vehemēter incōmodantia, & quę schismaticę per ecclesiam statutis detrahunt, ac laudabili regulariter in claustris viuentium statui.

## ¶ Propositio. CXII.

Fuit olim tempus quo nulla esset sabbati religio: & futurū est vt vere piis quouis dies sit æque facer.

## ¶ Propositio. CXIII.

Pie violat sabbatum, qui vacuus a tumultu malarum cupiditatum, iuuandī proximi studio violat sabbatum.

## ¶ Propositio. CXIII.

Pia res est ieiuniū: sed fit impia, si quod ad salutem hominis est institutum, vertitur in perniciem corporis & animæ.

## ¶ Propositio. CXV.

Res est religiosa votum: sed fit irreligiosa, quotiēs huius seruandę superstitione reuocatur aliquis ab his quę propius spectant ad veram pietatem.

## ¶ Propositio. CXVI.

Sancte facit qui donum offert ad altare: sed prophanum est donum, quod offertur irreconciliato proximo.

## ¶ Propositio. CXVII.

Recte negligitur color aut forma vestis: quotiēs id commodū est hominī.

## ¶ Propositio. CXVIII.

Quouis cibi genere vesci fas est: quotiēs postulat hominis necessitas.

## ¶ Censura.

¶ Callidissima dicendi arte istis sex assertionibus factionis Lutheranae for- G  
uet Erasmus vere seruilem libertatem: quoad dierum festorum obseruantia, canonica ieiunia, religionis vota, formas vestiu, ac ciboru delectum. & satis comiter sibi ius dicens fauore nō minimo se iustificat, q̄ ipse qui olim beati Augustini regulariū canonicorū ordinē fuerat solenni voto professus in cōuentu probe regulato, & claustro valefecit, omnēq; ordinis & disciplinā reiecit & habitū. Recte (inquit) negligitur color aut forma vestis &c. Bonū certe illi fuerat (si non me fallat opinio) non irrita facere verba quę de la-  
biis suis processerant, & ecclesiam quibus incumbere sermonibus ac scri-  
ptis instruendā relinquere: q̄ nō solutis debitis, ad quę non tenebatur officii se totū dare. Non placet (ait Bernardus) Deo quicquid obtuleris ne-  
glecto eo ad quod teneris. Existimo autē quia si suū obseruando votum sub-  
obediētia manens pro acceptis talentis (quę vere multa illi nature & eru-  
ditionis domin⁹ dedit) scripsisset: nō permisisset ipsum tā pernicioſa puero-  
rū moribus in nescio quibus colloquiis familiaribus tradidisse (A deo enim  
noxia eiusmodi colloquia tādē fuerūt a prudētibus comperta, vt in Anglię  
regno, eorū (quę ab Anglo viro docto & bono accepi) lectio penitus inter-  
dicta nuper fuerit) & in ceteris ei⁹ scriptis tā impia, absurda, & erronea spar-  
sisse. Non sic quippe delirauerūt in suis claustris scribētes sancti monachi,  
Bernardus, Hugo, Richardus, aliq; innumerī. Consulo proinde Erasmo: vt H  
vel senex ad patres sui reuertatur ordinis in humilitate & silētio, pro cōmis-  
sis pœnitentiā agēs quātū valitudo permittit: vt facta prius cū patribus &  
fratribus suis recōciliatione, sese Dei iudiciis per eorūde fratru suorū preces  
cōmodius valeat p̄parare. nisi procul dubio sic agat, vehemēter illi timēdū  
est. Sed de salute Erasmi hęc fat fuerint: Ad doctrinā regredior, & dico im-  
piū videri quę dixit, Tēpus olim fuisse quo nulla erat sabbati religio. Porro I  
a mūdi creatione diem sabbati Deus suo cultui deputauit ipso teste, qui per  
Moysen scribi fecit. Benedixit deus diei septimo & sanctificauit illū. rem eū Gene. iiii.  
inanimatā vt tēpus, locū, vestes, & eiusmodi, a deo vel eius vicario sanctifica-  
ri: aliud non est, q̄ diuino illa mancipare & dedicare cultui. hinc sacrum seu  
sanctificatū a profano secernitur. Quę itaq; Deus per se seruituti suę homi-  
ni deputauit, oportuit hominē ipsum ad id eo vti: hoc est illo die omniū au-  
thorē rerū & tēporū Deū benedicere & sanctificare: id est bonū, sanctum &  
beneficū recognoscere, p̄dicare, & inde gratiarū agere actiones. quę in to-  
tū aliqñ fuisse omisſū ab hūano genere: veritati scripturæ oīno dissonū est.  
Legis siquē nature est vt homo Deo creatori suo (sine cui⁹ p̄petuo auxilio  
nec subsistere posset) famulatū tēpore cōgruo impēdat. Sabbatū autē a dño  
ab initio mūdi ad id est dedicatū. Emerariū igit impēdio cēseri debet, scri- K  
bere: tēpus fuisse in quo obseruatīę sabbati nulla erat religio. & p̄sertim cū  
certū sit ex scriptura hominē ab exordio mūdi ex naturalis eiusdē legis di-  
ctamine quę fides iuuabat, deo facere sacrificia & oblationes solitū fuisse. de  
Cayn nāq; & Abel ita legit i Geneſeos libro. Factū est vt offerret Cayn de Gene. iiii.  
fructibus terrę munera dño: Abel quoq; obtulit de primogenitis gregis sui  
&c. De Melchisedech vero in eodē scribit lib. q. erat sacerdos dei altissimi Gene. xiiii.  
D iiii

& propterea sancto patriarchę Abraham benedixit . Sacerdos autę nomen est officii: ad quod pertinet pro aliis Deo sacrificare . Omni ergo tempore homo factorem suũ per immolationes, sacrificia, & oblationes, sacerdotum ministerio recognouit. Cũ autem particulariter (vt præfati sumus) ad suũ cultum Deus sibi impendendum, sabbatũ præscriperit: qua temeritate audeat nunc homo asserere mundo, fuisse tempus in quo nulla erat sabbati religio, cum hoc a scripturis manifeste discrepet?

¶ Propositio. CXXIX.

Cap.iii. ¶ Ecclesia Christi neq; surdos, neq; mutos, neq; cęcos, neq; debiles, neq; claudos recipit: huiusmodi autem habet synagoga .

¶ Censura .

L ¶ Cum hæc non proprie loquatur Erasmus, sed figurate & moraliter: in eo quod est recipere id genus homines, surdos scilicet, mutos, cęcos &c. nullũ prorsus synagogam inter & Christi ecclesiam discrimen potest inueniri. nepe quemadmodum paruuli omnes indiscriminatim per circumcisionem die octauo intrabant Iudaismũ, & de populo Dei incipiebant esse ita & per baptismum Christi ecclesiam nulla differentia ingrediũtur vnũ. Et vt nullum admitteret adultum Iudęum, aut alterius sectę hominẽ ecclesia, vltro baptismi gratiam requirentem: nisi bene audietem fidei symbolum, & illud referendo bene loquentẽ. &c. paratũq; se contestantẽ omnibus parere mã datis fidei & ecclesię: quod est non surdũ esse, nõ mutũ. &c. Ita neq; aduenã quępiã ad Iudaismũ recipiebãt synagoge primores, nisi legis obseruatia vt indigena profiteretur, circumcisioneq; susciperet. & hoc quidẽ ex lege certo constat. De Achior em̃ omniũ filioꝝ Amon principe, ita scriptũ legim⁹. Tũc Achior vidẽs virtutẽ quã fecit Deus Israel: relicto gentilitatis ritu credidit Deo, & circumcidit carnem preputii sui, & appositus est ad populũ Israel, & omnis successio generis eius. Q; itẽ synagoga habebat cęcos, debiles, claudos, &c. eo ipso nõ ab ecclesia Christi discrepat, sed oĩno similis est. Talibus enim abundat (vt prius dictum est) supra modum christianismus.

¶ Propositio. CXXX.

Cap.vi. ¶ Apostoli duodecim denũciabãt omnib⁹ vt poenitentiã agerẽt ante actorũ malorum, neq; quisq; fideret suis factis, sed tm̃ promissis euangelicis.

¶ Censura .

M Assertio hæc quoad postremam partem, vt Lutherana, ex sæpe antea productis linquitur reiecta .

¶ Propositio. CXXXI.

¶ Apostoli euangelium Christi sui præceptoris adhuc in carne mortali uiuentis prædicantes: nec literas habebant, nec magistratum, nec satellitiũ, nec generis claritatem, nec famam, nec authoritatẽ. nihil habebant nisi simplicem fidutiã erga nondum satis cognitum Iesum .

¶ Censura .

N Arbitraria hic multa (velut certa forent) tradit Erasmus: nec satis rei consentanea. manifestum est enim quia apostolatus summus in ecclesia & tunc erat & nũc est magistratus. Authority igitur euangelici prædicatores nõ

carebant: & officio eminenti. Quomodo autem obscuro esse poterant & non egregie celebrati homines, noua mundo & cęlestia quidem proponentes dogmata: quæ insolitorum crebra operatione miraculorum comprobabant? Simpliciter vero falsum est: non habuisse ipsos apostolos nisi simplicem fidutiã. fidem quippe habebant, charitatem, & opera iustitię Deo acceptissima: eratq; illis Iesus cognitus, quantum pro illo statu oportebat, & præsentis congruebat officio.

¶ Propositio. CXXXII.

Lege euangelium syncera fidutiã, mox sanaberis.

¶ Censura .

Ad errorem illum Lutherani, quo dicitur sola fides & fidutiã: ad salutem sufficere, decies in superioribus refutatum: & hæc propositio pertinet.

¶ Propositio. CXXXIII.

¶ Quemadmodum pharisei & scribę viuũt, sic alios instituũt: docentes humanas constitutiunculas, quæ neminem commendant Deo, Cap. viii.

¶ Propositio. CXXXIII.

Quantum interest inter hominẽ & Deum: tantum interesse decet inter hominum constitutiones & præcepta Dei .

¶ Propositio. CXXXV.

Quod spirituale est, perpetuum est, nec vnq; oportet negligi: quicquid corporale est, temporarium est .

¶ Propositio. CXXXVI.

Si fas est negligere cerimonia a dño præscriptas, quoties id suadet proximi charitas: quãtomin⁹ cõuenit ob humanas cõstitutiones violare dei præcepta?

¶ Censura .

Esti callidissima arte sint hæc contexta: fouent tamen Lutherana schismata pro quoad humana iura. pro qua causa aduersus Iacobum Fabrum multa diximus. Q; autem hic asseritur ita populum instituisse Phariseos & scribas vt uiuebant: plane contrariatur Christi sermoni quo ait ad turbas. Super cathedram Moyfi sederunt scribę & pharisei: omnia ergo quæcunq; dixerint vobis seruate & facite: secundum opera vero eorum nolite facere: dicit enim & non faciunt. Q; erroneum deinde sit asserere, tantum inter hominũ constitutiones & Dei præcepta decere esse, quantũ ab homine distat Deus: quis non perpedit eruditorum, qui probe norunt, nullam esse posse iustam cuiusq; magistratus sanctionem, quę non vtrũq; diuinam includat authority: quod in superioribus non semel deductum est.

¶ Propositio. CXXXVII.

Filii Israel sunt, quicũq; non meritoꝝ suoꝝ cõmẽdatione sibi postulant aperiri regnũ cęlorum: sed euangelicę fidutię violentia conantur irrumperẽ.

¶ Censura .

Ad heresim qua meritis detraxit Luther & Faber, hæc attinet assertio. Q

¶ Propositio. CXXXVIII.

¶ Quisquis in se præsidia salutis collocarit: peribit. quisquis omnibus suis præsidis diffusus, se totum in me (ait Christus) coniecerit: is saluus erit. Cap. viii.



¶ Censura.

R. Et hæc propositio eandem heresim super meritum inefficacia respicit.

¶ Propositio. CXXXIX.

Secundum euangelium vna tm̄ causa dirimit cōiugiū: hoc est violata con-  
iugiū fides. Vxor enim quæ sui corporis copiā fecit alterisiam (etiam si non  
repudietur) desit esse vxor.

¶ Propositio. CXXX.

Maritus q̄ sui corporis copiā fecit alienē: iā ante diuortiuū marit⁹ esse desit.

¶ Censura.

S. Vtraq; harū propositionū heretica est, quoniā scripturis superius (vbi scilicet  
eadē scripsit Erasmus) citatis cōtradicit. neq; hic sibi quicq; ad diffugiū  
loci reliquit Erasmus: cū ait, mulierē nuptā quæ thori nō seruauit fidem vi-  
ro, etiā si non repudietur amplius nō esse vxorem: & virum pari iure etiam  
desisse maritū esse ante diuortiuū. Si profecto non ita plane suū aperuisset  
Erasmus sensum: prætexere calumniādo potuisset, q̄ cum ecclesia hac de re  
fideliter saperet, matrimoniū scilicet nō subsistere altero coniugum adulte-  
rante, quoad thori dūtaxat, non autē quoad sacramenti vinculum. Quādo  
vero hic asserit adulteriuū simpliciter dirimere coniugiū, ita vt nec subsistat,  
quīs pars innocens fontem nō repudiet, nulloq; facto diuortio per ecclesiā:  
palam quidnam vellet aperuit. vnde cōstat illum hæretice atq; schismaticæ  
de matrimoniū sacramēto pro suo arbitrio scripsisse. Quod inde cōuincitur.  
T. porro in Paraphrasi, ca. vii. primę ad Corinthios epistolæ, sic ad verbū inq̄t  
Erasmus. Vtuit dominus ne vir vxorem reiiciat ob mediocres offensas, vnā  
causam excepit: si vxor cū alio rem haberet, siue q̄ tū exciderit a iure coniu-  
giū quæ vni pacta sui copiā se alteri cōmunicauit, siue q̄ iniquū videatur a  
quoq; exigere vt cū ea domū, lectum, focū, ac mensam habeat cōmunē quæ  
prodita coniugiū fide, qua nihil est sanctius, turpi adulterio sese admisceat.  
sic Erasmus. Quoniā igitur in hac Paraphrasi quā dudū edidit, priorē (quæ  
dicimus hæreticū esse) sensum locauerit, secūdū qui catholicus est loco se-  
cūdo posuerit disūctim: in his autē euāgelioꝝ Paraphrasis catholicū ip̄m  
suo reiecit silētio, & dūtaxat priorē tradidit hæreticū: suo se pugione cōfodit  
manifestās electione pp̄ria sese amplecti sensum hæreticū: & orbem docere  
postergato christiano.

¶ Propositio. CXXXI.

Qui præmiū causa certat nō certaturus nisi sciat dandū p̄miū: is seip̄m p̄miō  
frustratur.

¶ Censura.

V. Lutherana plane est hæc assertio: in superioribus plus satis refutata.

¶ Propositio. CXXXII.

Cap. xi. ¶ Nouo seffori Iesu Hierosolymā venienti nouo iumēto, id est pullo asinæ  
opus est. Adiuuāt hanc fabulā apostoli: nondū intelligentes quid ageretur.  
Insternūt pullo sua pallia, ne nudum tergum premeret Iesus.

¶ Censura.

X. Esto in secularium literis nomen fabula pro historia vere gesta positum cō-  
periat: quoniā tamen etiam secūdū philosophos gentiliū, loquendum est  
Li. x. de ci- ut plures: Augustinus vero (sicuti in superioribus citatum est) ait: Liberis

verbis loquuntur philosophi, nec in rebus ad intelligendū difficillimis of-  
fensionem religiosarum aurū pertimescunt: Nobis autē, scilicet diuina elo-  
quia edisserētibis, ad certam regulam loqui fas est: ne verborū licentia etiā  
de rebus quæ his significantur impiam gignat opinionē: Dico Erasmus, in  
paraphrasi sancti euāgelii irreligiose Christi mysteria fabulam appellasse.  
Alioquin & ipse Christi⁹ fabulosus dici poterit: quod dubio procul (quīs de  
nomine quæstio hic sit) priorū non patienter audirent aures.

¶ Propositio. CXXXIII.

Iesus gratiæ author nihil postulat præmiū, hic tantum ambitiosus est.

Cap. xiiii.

¶ Censura.

Hic de facto Marię Magdalene loquitur Erasmus, de quo sic B. Marcus scri-  
psit: Venit mulier habens alabastrum vnguētī nardi spicati preciosi: & fra-  
cto alabastro effudit super caput eius. Vult itaq; q̄tū conicio Erasmus? Chri-  
stum ob beneficia Marię præstita eiusmodi magnificū pro præmio haud ex-  
postulasse obsequium: quod temere assertū est. Illam enim piām mulierem,  
vt ita ageret, specialiter excitauit dei spiritus. Quomodo ergo illud nō cu-  
peret Christus, qui desiderat a quolibet optima fieri? Postulat nimirū de⁹,  
vt omnis homo pro acceptis ab eo beneficiis gratias illi & pietatis repēdat  
officia: non vt inde ipse proficiat, sed ne creatura per ingratitudinis vitium  
deficiat, & sic peccando animam suā conficiat. Quæ autem Christum hic di-  
cit Erasmus ambitiosum: ad idē pertinet curiositatis peccatū, quo in præce-  
dente propositione euāgelicam historiā hoc nomine, fabula, dehonestauit.

¶ Propositio. CXXXIII.

Quod saxum, quem adamantem non emolliret tanta mansuetudo hominis  
qui nutu poterat lædere? Sed hæc magis etiam illū animat ad maleficiū.

¶ Censura.

Blasphemiā omnino sonat dicere, Christi dei mansuetudinē Iudam animas  
se ad maleficiū. Alioquin cessare debuerat Christus ab huiusmodi māfue-  
tudinis erga proditorem exhibitis operibus: quod insanum est cogitare.

## ERRORES EX EPISTO

LA ERASMI Ad dominum Cardinalem Grimandum, pro Para-  
phrasi in Epistolam Beati Pauli ad Romanos excerpti,  
cum adiectis in eisdem Censuris.

¶ Propositio. CXXXV.

Ita græce Romanis locutus est Paulus, vt a mere græcis nō satis queat in-  
telligi ob passim admixtam Hebræi sermonis proprietatem.

¶ Propositio. CXXXVI.

Quæ si maxime græca ac pure græca fuisset oratio: multū tamen adhuc diffi-  
cultatis superesset lectori, q̄ cum scriberet Ap̄s Romanis rudibus adhuc  
& Christo initiatis, mysteria quædam magis attigit q̄ tractauit, & indicauit  
verius q̄ explicauit, videlicet temporī seruiens.

¶ Censura.

A



VM certa teneamus fidē singulorū canonicorū seu diuinorū scriptores libros ad id munus a solo Deo quo per eos reliquum doceret mūdum selectos fuisse: quē admodum doctrina quam literarū tradiderunt monumētis non eorum ut primorum & præcipuorū est authorū, sed spiritus sancti, totiusq; sanctillimæ trinitatis, nihilq; in ea humanū creditur esse, sed totum diuinum: ita sane & de eloquiū genere censendū est. Proinde nō satis pietati congruit quod hic suæ paraphrasīs glorię fundamenta iaciens Erasmus, de stilo sancti Pauli scribit: inueniens ipsum nec mere nec satis decēter græce scripsisse: quasi ratio phrasīs ipsius pure humana sit. dicenda, & nō eam scribendo tenerit locutionis regulā quā deus illum omnino seruare volebat. Vni cuiq; profecto diuinorū scriptorum sicuti rei enarrandæ speciale suggestit deus argumentū, ita & qua illud cōmitteret chartis gratiam prout voluit dedit. Blasphemias igitur multū accedit, qui de stilo quō sacri sunt editi libri queritur. deum enim imperitię insimulat: qui eiusmodi ad illud delegit scribēdi & docēdi genus, cū æque facile quolibet alio poterat uti. Videat itaq; Erasmus, qui mundū sibi cantus dulcedine neruis omnibus conciliare studet, qua modestia hic subindicat gratius ac decētius Apostolo Paulo se ipsum diuina scribere. Impiissimū autem est, quod subnectit dicēs: q; cū scriberet rudibus adhuc &c. quasi videlicet minus q̄ par esset per Aplm Deum mysteria tractauerit, hic plane dei cōsiliariū sese præstat nouus scriptor Desiderius. Mysteria inquit quędam magis attigit q̄ tractauit Paulus, etiā rudibus scribens. quod est prætereundum mysteria huiusmodi nondū pro debito fuisse tractata: sed q; Erasmo paraphrasē, vt plene rem absoluat reseruauit deus. Viderit ipse si in eo altera nominis Paraphrasē ratio vere sit comperita. est enim notione vna, inquit grammatici, ceu iam vtcunq; meminimus peruersus interpret & deprauator: Paraphrasīs autem dictionū peruersa & aliena interpretatio. Hinc & a quibusdam gręcissantiū theologorū (etsi in plurimis errorum capitibus consentiant Erasmo) minime tamē probatur, q; sacros noui testamenti libros ipse Paraphrasē edisseruerit. Si autē hec in Erasmus immerito loquimur: ex sequentibus magis fiet compertum.

¶ Propositio. CXXXVII.

Compertum habeo q̄ multos antehac ab electione epistolarū Pauli alienauit tum sermonis peregrinitas, tum explicationis & rerū difficultas. Quorum vel fastidio vel desperationi hac nostra industria studuim⁹ succurrere: ita negocium temperantes, vt ei qui nolit quicq; in sacris literis immutari commentarii vice sit futurum: rursus ei qui vacet huiusmodi superstitione Paulus ipse loqui videatur.

¶ Censura.

B His verbis: lenociniis, impiissime diuino epistolę ad Romanos locutionis generi derogat rhetor Erasmus, & quę libet arrogat sibi nō parca indulgentia. Vult em̄ dictionis eius ratio, antehac nullos fideles, Aplicos huius epistolę sensus accepisse: & opus hanc ob rem fuisse, dei spiritum ecclesię (vt quod defuerat suppleret) Erasmi mittere paraphrasem. Per bellefatis ac

suauius sibi quidem aggraturatur dicens: Hominū, quos sermonis Pauli peregrinitas, & explicationis ac rerum difficultas ab illius lectione alienabat, fastidio vel desperationi hac nostra industria studuim⁹ succurrere &c. Quis dein nō execratur q; decernit paraphrasim suam esse posse commentariorū vice illis qui non probāt in sacris literis quicq; immutari: id est qui nullaten⁹ acquiescūt hominū sensus acceptare pro diuinis? Qui vero (ait) hac vacet superstitione, Paulus ipse loqui videatur: Nescio si quis hanc possit non detestari blasphemias. Superstitionē dicit Erasmus, paraphrasēs suas nolle pro diuinis recipere textibus: cum id velle, horrenda sit blasphemias quā certe hic nequaquā declinare valet. Porro si est ei⁹ paraphrasīs sermo Apostoli, hoc est si acceptari debeat quasi Paulus ipse in ea loquitur: sinere vt a quoq; cōmentarii solum ducatur loco, blasphemias est: quia quod diuinum est, non vt eiusmodi recipitur. sin humanū est opus: itidem blasphemias damnable est, illud quasi ab Apostolo enunciatum suscipi velle.

## ERRORES EX ARGV

MENTO Quod paraphrasē in epistolam ad Romanos præmisit Erasmus, excerpti: cum adiectis in eosdem Censuris.

¶ Propositio. CXXXVIII.

Iacobus minor tamen si gētes prius onere legis Mosaycæ propemodum liberasset; esse tamen in hac sententiā videtur actuum, xxi. vt putaret a Iudęis exigendam esse legis obseruationem.

¶ Censura.

Magna temeritate sanctum Christum apostolum Iacobum Hierosolymę civitatis episcopū erroris quoad ea quę fidei erant hic arguit Erasmi⁹, illi imponēs quod longe ab illo abfuit, vt post spiritus sancti in die pentecostes receptionem cogitauerit, a Iudęis videlicet legis exigendā esse obseruantiam: quasi ad salutem Iudęis euangelica lex non sufficeret, nisi & ceremonias ac iustificaciones veteris simul tenerēt. Hoc sane nūq; putauit Iacobus: neq; literæ Beati Lucę id vult recta intelligentia: cuius qui opus habet, illam requirat in probatis ecclesię doctoribus. Nihil enim aliud prorsus voluit Iacobus dicens Apostolo Paulo: Audierunt de te Iudęi, qui scilicet Mosaycę legis tenaci⁹ emulatores sunt, quia discessionē doceas a Moyse: id est te docere, q; per doctrinam Christi velut sacrilega & quę non sit a deo suo data populo, lex ipsa Moyse damnetur: q; eius & tunc & antea obseruatio, illicita prorsus per euangelium monstratur. quę omnia falso per inuidiam Paulo imponebātur. Hinc, vt infirmorum animos sanaret qui sine stre fuerant super his imbuti: necessarium sua sit Iacobus, vt scilicet populo præsentē quosdam legis illius ritus subiret Paulus re ipsa monstraturus nō verum esse q; de eo sparserat rumor falsus. Absit autem, vt sancti Apostoli Iudęis ad salutem putarent necessariam esse eiusmodi rituum obseruantiam. Tantum enim id cupientibus permittebant, propter iustissimas (quas non tacuerunt sancti doctores) causas.

Propositio.CXXXIX.

Utilitatem epistolæ Pauli ad Romanos æquat ac pœne superat difficultas: tum quia non alibi est sermonis ordo confusior, nusq̄ oratio hyperbaticis magis huiusmodi, nusq̄ anantapodotis crebrius inabsoluta.

Propositio.CXL.

Verū hæc difficultas interpreti aut scribæ Tertio sit attribuenda, an ipsi Paulo: aliorum esto iudicium, ipse sane Paulus agnoscit sermonis imperitiam, licet rerum imperitiam deprecetur.

Propositio. CXLI.

Hieronymus alias Paulo vindicat orationis artificium, alias adimit: ingenue confitens e corrupto Cilicum sermone non nihil traxisse vitii.

Propositio.CXLII.

Alteram (ait Erasmus) difficultatis causam arbitror, q̄ ob rerum inexplicabilem obscuritatem, non alia sit crebrioribus impedita salebris aut altioribus interrupta voraginibus: adeo ut ipse relicto quod instituerat exclamare cogatur: O altitudo diuitiarū &c. sequitur. Quid q̄ quedā mysteria prudens sic attingit, ut ceu per transennam duntaxat ostendat pro temporum illorum ratione.

Censura.

**D** Quod impium sit, blasphemū, & in fide erroneū ac superbum dicere, quia utilitatem huius epistolæ, scilicet Pauli ad Romanos, æquat ac pœne superat difficultas: non est videre difficile. Qui nāq̄ hæc iuste perpendit, mox intellegit, quia & dei spiritus & apostoli Pauli, homo miser & miserabilis (q̄ rhetorica elegantia, ac in vniuersum humanitatis & linguarū præsidii, semetipsum Apostolo iudicat superiorem, quasi plusq̄ semideus esset) præceptorem se exhibet, ut deum & eius Apostolum cōgruentius loqui doceat, iudicem quoq̄ diuinorum se cōstituit. Cum autem apostolis suis Christus promiserit, dicens: Dabitur vobis quid loquamini. contestans eisdē, & addens: Non enim estis qui loquamini: sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Quod in se cōpletum firmat Paulus, Corinthiis loquens his verbis: An experimētum queritis eius qui in me loquitur Christus? Referēte vero Luca: Dabo (inquit dominus Apostolis) vobis os & sapientiam: cui non poterunt resistere & cōtradidere omnes aduersarii vestri. Quid est quæso, Christū sui euāgelii prædicatoribus sapientiam dare: nisi eis ministrare ac suggerere dicendorum argumenta totiusq̄ doctrinæ summā? Quid est dare os, nisi illam facundiam & dicendi artem qua loquendo illos uti volebat, cōferre? Ut igitur diuinę sapiētiae quæ in apostolis erat, author primus & principalis spiritus sanctus cum patre & filio est: ita & generis eloquii. Illud ergo hic carpens tumens rhetor: dei & apostoli correctorem sese ac iudicem impie & blasphemie præstat. Non existimet autē id casu accidisse, q̄ alio & alio stilo aut enunciandi ratione ac genere, canonicorū librorum scriptores fuerint loquendo & mandando literis vsi: Hi scilicet exactius forsan secundum artem literariam dicentes, illi minus: hi apertius ac planius, illi obscurius & facilius. Horum nāq̄ causas, discere debuerat Erasmus ab ordi-

nis sui patriarcha Augustino: non semel enim ille, & per eum dominus id docuit. In principio liquidem libri secundi de doctrina Christiana ita dicit: Multis & multiplicibus obscuritatibus & ambiguitatibus decipiuntur, qui temere diuinas legunt scripturas, aliud pro alio sentientes, quibusdam autem locis quid vel falso suspicentur, non inueniunt: ita obscure quædam dicta densissimam caliginem obducunt. sequitur. Quod totum prouisum diuinitus esse non dubito: ad edomandam labore superbiam, & intellectum a fastidio reuocandum, cui facile inuestigata plæruncq̄ vilescunt. Alii quoq̄ ait. In omni quippe copia scripturarum sanctarū pascimur apertis: exercemur obscuris. Illic fames pellitur: hic fastidium, sic Augustinus. Quando igitur & sententiarum, & ipsius phrasim principalis author in diuinis paginis deus est: qua temeritate præsumpsit Erasmus orbem prædicare, q̄ utilitatem epistolæ ad Romanos æquat aut pœne superat illius difficultas: cū prospicere (si vere humilis fuisset) illico poterat: quoniam si id verū est, ecclesiæ dei conducibilius foret illam non habere epistolā: ceu prudens paterfamilias fundū certe nollet sibi, cuius culturę difficultas æquaret, aut pœne superaret inde proueniētē utilitatem. Hoc autē de epistola ad Romanos asserere, q̄ scilicet non plus utilis ecclesię sit q̄ onerosa: quid posset impensius blasphemū dici, superbum ac impium, sed & plane in fide & moribus erroneum: quoniam ex Augustini dictis nunc & certa fidei ratione constat maximā utilitatem obuuisse doctoribus, qui in ea explananda epistola sudauerunt. Non modo enim ex collectis per alios quibus laborauere fructibus cōmoda referunt: verū ex ipsis cultura seu labore ac studiis. Immo utilitas quę doctoribus dum agrum scripturę anhelando colunt prouenit: infinitis partibus superat illam quæ ex aliorum profectu confurgit. Prior si quidem propria agricolæ est & essentialis: posterior vero solum aduētitia. Qui me (inquit scriptura) elucidant, vitam æternam habebunt. Ad mercedem deinde poetę, vel oratoris sæculi, peculiarem pertinent vanitatem: quę impudenter adiecit noster rhetor, dicti sui causam signans, dū ait: Quia non alibi est sermonis ordo confusior: & quæ sequuntur. Magnificat quidem iste, quod de diuinis disserēdo spernendum docuit sanctus & vere magnus Gregorius: & quod vitio dat Erasmus, magis glorię sacrorū tractatoribus vertit ille. sic enim Leandro ait. Quæso ut huius operis dicta percurrens, in his verborum folia non requiras: quia per sacra eloquia ab eorum tractatoribus infructuosæ loquacitatis leuitas studiose cōpescitur, dum in templo dei nemus plantari prohibetur. & cuncti procul dubio scimus, quia quoties in foliis male lætæ segetis culmi proficiunt, minori plenitudine spicarum grana turgescunt. Vnde & ipsam artem loquendi, quā magisteria disciplinę exterioris insinuauit: seruare despexi. Nam sicut huius quoq̄ epistolæ tenor denunciat: non Metacismi collisionem fugio, nō Barbarismi confusorem deuoto: situs motusq̄ propositionum etiā casusq̄ seruare contemno: quia indignum vehemēter existimo, ut verba cœlestis oraculi restringā sub regulis Donati. Nec enim ab vllis interpretibus in sacrę scripturę auctoritate seruata sunt: hæc Gregorius. Cui accedat Augustinus, quo duorum te-

Cap. vi. pte operi. iiii.

Li. sermoni in euange. secundum Matth. sermone. xi. f.

Ecclesi. xiiii. f.

In calce epistolę ad Leandro episcopum p. lib. suis moralibus in Iob. Deute. xvi.

Matth. x. ff. Cor. xiii. Luc. xxi.

testimonia, & talium quidem virorum: validiora sint aduersus novos theologos, qui diuina fastidiunt eloquia, & non gentilitatis redolent sonorum gratiam: palearum multum cupiunt: illis magis oblectantur quam granis: libentius Folia intuentur, & ab aliis malunt attendi: quam preciosissimum, sed deformem exterius fructum. In dei iudicio autem conperiet, an pie ac iuste textibus sacrorum voluminum munditiam (quam dicunt) locutionum, artemque secularium oratorum superaddere debuerint. Utinam eiusmodi studiis iustam non meruerint dei indignationem: quandoquidem istud omnino sacrilegum esse videtur. sed veniat Augustinus? Is quidem edisserens illud Ioannis, Qui non ex sanguinibus &c. Sanguines (inquit) latinum non est: sed quia graece positum est pluraliter, maluit ille qui interpretabatur sic ponere, & quasi minus latine loqui secundum grammaticos, & tamen explicare veritatem. & paulo post: Non timeamus ergo ferulas grammaticorum: dum tamen ad veritatem solidam & certiore perueniamus. Item alibi: Quid ad nos (ait) quid grammatici velint: melius enim in barbarismo nostro vos intelligitis, quam in nostra disertitudine vos deserti eritis. sic ille. Appedat lector qui sunt hic diuersa & aduersa Erasmi vota ab horum gloriosorum in sancta dei ecclesia doctorum placitis. Irreligiosissime praeterea aliis iudicandum linquit: utrum sermonis huius epistolae difficultas sit Apostolo, an interpreti attribuenda, aut Tertio: id est Pauli vni discipulo, qui tertio vocabatur: cuius manu & calamo epistolam scribendo usus est dictans apostolus: quasi infideliter quae dictabat per Paulum spiritus sanctus exceperit notarius Tertius, aut retulerit interpres: aut quod concipiebat scribendum Apostolus, propter inereditionem graeci sermonis apposite nesciuerit explicare. Agnoscit (dicit Erasmus) sermonis imperitiam Paulus. sic quippe loquitur: in deum est blasphemare: qui (si vere loquitur Erasmus) hominem non nisi imperite scientem loqui, super ceteros sui euangelii praedicationem fecit. quis autem hoc ferat patienter? Non ergo dedit Paulo (sicuti & aliis) os ad loquendum: sed duntaxat sapientiam, quod asserere: & haereticum est & blasphemum. Quis enim vno in loco scripserit Paulus dicens: Etsi imperitus sermone: sed non scientia, unde deputauit rhetor iste tenere Apostolum, quasi absolute fateretur se non satis commode sapientiam (quae in eo diuina erat) ad aliorum frugem scire verbis exprimere: quod sicuti probatum est, omnino blasphemum censeretur debet. Non tamen id illis verbis praetendebat Apostolus Paulus: utpote qui non arroganter, sed pro testimonio veritatis, ad eorum quibus scribebat salutem, eodem dixit loco. Existimo enim nihil me minus fecisse a magnis apostolis, ex hoc quippe verbo colligitur euidenter, Apostolum Paulum nullo ceterorum imperitiorum sermone fuisse apostolorum, quod omnino certum ternerit inde probatur: quod in apostolicis actibus his verbis legitur: Turbae cum vidissent quod fecerat Paulus: leuauerunt vocem suam Lycaonice dicentes: Dii similes facti hominibus, descenderunt ad nos, & vocabant Barnabam Iouem: quia scilicet Paulo senior erat: Paulum vero Mercurium, quoniam ipse erat dux verbi. Quid quaeso sibi haec volunt: nisi quia propter loquendi elegantem stilum Paulum suspicati sunt homines eum esse qui apud Gentiles

eloquentiae Deus credebatur nomine Mercurius: quod scilicet pulchre doceret sua facundia loqui, & elegantia paucis communi. Eiusmodi sane fuisse credendus est Paulus, id est minime imperitus sermone. Alioquin non diceretur dux verbi, neque ei antonomatice apostolatus officium concessum fuisse diceretur, ut quod ab executionis officio sumitur. Debit igitur Erasmus haec perpendere, & cum non viderentur in superficie conuenire cum praescripto verbo, Etsi imperitus sum sermone: scrutari ac mendicare a sanctis ecclesiae doctoribus sanam illius intelligentiam, quod quia neglexit: audiat vel nunc rectum verbi illius sensum. Ita quidem super eo Beatus scribit Ambrosius. Quod sanctus Apostolus Paulus Corinthiis scribit: Etsi imperitus sermone &c. non ad apostolos pertinet: quia non erant eloquentes, utpote sine literis, pleni tamen spiritu sancto: sed hos tangit, quos praeferebant Corinthii causa accurati sermonis: cum in religione vis sermonis necessaria sit, non sonus dulcis. Quomodo autem se humiliat, ut imperitum se esse dicat in sermone: & ubi est illud quod Festus ait: Paule multae literae &c. Hoc ergo dicens, non se loqui nescire voluit intelligi: sed propter eos qui non per fidem, sed per eloquentiam commendari volebant. haec Ambrosius. Cui & sanctus subscribit Athanasius, dicens. Cum hanc sibi dicendi peritiam (de qua loquitur Actu. xxvi. ii. Corin. xi) quens Apostolus ait: Etsi imperitus sermone, sed non scientia) praecipue gloriae ducerent falsi apostoli: ostendit hic Paulus nihil se ruditate defugere, quin vel maxime de hac gloriari. sic Athanasius. B. vero Hieronymus in apostoli persona ait: Etsi imperitus sum sermone: sed non scientia. non sicut isti, qui cum sint scientia imperiti: in sermone tumido gloriatur. Per haec Beatorum Ambrosii, Athanasii, & Hieronymi verba liquet: non simpliciter Apostolum sermonis fuisse imperitum: neque id ipsum voluisse, dum ait: Etsi imperitus sermone. sed pseudoapostolos refellens, qui totam suorum collocabant vim sermonum in accurata dictionis fucatione: quasi suppositiue arguit, nihil de se asserendo quoad hoc, sed ait. Etsi ut iactant aduersus nos falsi praedicatores, sumus eis sermone inferiores: non tamen scientia. Videat proinde rhetor Erasmus, ne fortassis hoc nostro saeculo in eorum successerit pseudoapostolorum locum: contra quos agebat Paulus indigne ferens, quod euangelicae doctrinae vim aut efficaciam in sermonis collocaret proprietate & elegantia. Illos profecto euangelicorum sensuum perueriores videntur apertissime restaurasse nunc Erasmus ipse, & sui similes: qui in eloquiis sacris verborum lenocinia non esse queruntur, & ea praesumunt illis superaddere. Quod autem de Hieronymo hic miscet Erasmus, eum scilicet quatenus valet sibi fuisse se contrarium insinuans, quoad apostoli dicendi artem: quomodo id dicere debuerit ipse videat. Ad praescriptas quoque impietates addens ait. In hac ad Ro. epistola ob rerum inexplicabilium obscuritatem &c. Quasi Beatus Paulus humano (ut Erasmus) sensu fuerit describere aggressus, quae explicare nequirit. quod cogitare, rursus immanis est blasphemia. Quae vero pertinenter subiungit Paulum, seu explicandarum rerum arduitate superatum, ab insituto destituisse: & hinc fuerit clamare compulsus: O altitudo diuitiarum sapientiae & scientiae Dei: immo quam blasphemum & impium &c. per se notum

Ioan. i.  
Tracta. ii.  
super Ioan.

Sermo. iiii.  
super Psal.  
xxxvi. F.

ii. Corin. xi.

Actu. xi. ii

fatis est. Illic enim de prædeterminationis negotio, de arbitrii libertate, & contingencia rerum agens Apostolus, q̄ illa paucis sunt intelligibilia, & re vera mirandum in modum diuinam commendans sapientiam, quæ lucem habet inaccessibilem: nō autem ex toto pro ediffertis per eum in ipsa epistola exclamauit: O altitudo diuitiarum &c.

## ERRORES EX PARAPHRASI

ERASMI, in Epistolam Pauli ad Romanos excerpti, cum adiectis in eosdem Censuris.

Cap. v. **¶** Propositio. CXLIII. **¶** Malum a principe generis humani ortum in vniuersam posteritatem dimanauit: dum nemo non imitatur primi parentis exemplum.

**¶** Propositio. CXLIII. **¶** Adam dum non obtemperat præcepto dei, plurimos traxit in peccatū, autem transgressionis imitatores.

**¶** Censura. **L** VM per has assertiones prætendat Erasmus in posteris, seu filiis primi hominis Adam, peccatū originis aliud nō esse nisi imitationē exempli Adæ: intolerabiliter errat. Quoniam si admittatur originale peccatum esse huiusmodi primi hominis (qui actu proprio dei transgressus est mandatum) emulationem: in homine nullum erit peccatum quousq; ad ætatem pertinet, in qua peccare proprio motu possit, & de facto peccet. Nō igitur erunt peccatores paruuli, etiam nondum baptizati: quādoquidem nulla in eis est imitatio exempli hominis primi. Non sunt ergo filii iræ: quod plane hæreticum esse, in superioribus satis monstratum est.

Cap. vi. **¶** Propositio. CXLV. **¶** Non est modo periculum, ne peccatum vos nolentes in pristinam retrahat seruitutē. Quandoquidem iam non estis obnoxii legi, quæ cupiditates irritabat potius q̄ coercebat: sed gratiæ dei.

**¶** Censura. **M** Cū lex quæ cupiditates irritabat hominēq; in peccati seruitutē trahebat vel nolentem, hæc sit: Non concupisces. sicuti docet Ap̄s: Peccatū non cognouit, (supplendū: tam perfecte) nisi per legem: Nam concupiscentiā nesciebā: nisi lex diceret: Non concupisces. & hæc ipsa lex in homine dū uiuit manet: vana confidentia & falso loquitur Erasmus dicens: non esse periculum &c. Nemo enim non est illi obnoxius legi. Alioquin falsum erit, quod apostolus de se loquens ait. Inuenio igitur legem volentī mihi facere bonū: quoniam mihi malum adiacet: quia scilicet concupisco etiam nolens. hoc est, motus naturæ corruptæ propensū in illicita præter rationis iudicium: insurgunt in me nolente, & iterum: Video autem aliam legem in mēbris meis: repugnantē legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in mēbris meis. De hac autem lege Galathis scribens ait Paulus, Spiritu ambulate: & desideria carnis non perficietis. Caro enim concupiscit aduersus spiritū, & spiritū

tus aduersus carnē. hæc enim sibi inuicē aduersantur: ut non quæcūq; uultis illa faciatis. id est: licet mecū omnem concupiscentiæ motum deuitare exoptetis: pro huius tamē mortalitatis statu hoc assequi nō ualemus. concupiscentiæ etenim legi in poenā primi peccati obnoxii quādiu mortales sumus, retinemur. Videat itaq; Erasmus si sese probauit ab hac lege liberū usq; adeo, ut non sit obnoxius legi quæ cupiditates irritat. Aliud autē est (norit ille) non esse sub lege, sicut Romanis dixit ipse Ap̄s: Nō enim sub lege estis: sed sub gratia. & aliud: Obnoxiiū esse corruptæ naturæ legi, id est inclinationi corpori inseparabiliter adherenti. Porro esse sub lege: est vniuersæ legis veteris præscriptis quoad obseruatiam eorum, se teneri existimare: eaq; propter poenarum formidinē obseruare: sicuti prædictū in superioribus est. Obnoxii uero esse legi, ut hic prætendit Ap̄s, aliud nihil est: nisi in carne mortali uiuere, quæ concupiscentiæ nunq̄ non est subiecta. Vnde fit ut in his uocabulum lex non vna sit ratione positum: sed varia.

**¶** Propositio. CXLVI. **¶** Hoc magis abstinentum est a peccatis, q̄ iam ad bene faciendum non cogimur præscripto, scilicet legis. i. præcepto: sed meritis & amore prouocamur.

**¶** Censura. **¶** Quod in hac propositione præcedit Erasmus, legē Christi p̄fessos, id est Christianos, nō cogi & teneri per legis mādāta ad recte agēdū: quasi iā solis meritis & amore sint omnes ad bene faciendū prouocādi, & non etiam cōminationibus suppliciorum, legis præscriptorū. i. præceptorum transgressoribus debitorū, trahendi & cōpellendi: perinde ac si per istud Ap̄s uerbum, Sciēs hoc, quia lex iusto non est posita: ipse uellet iustos nullis obnoxios esse legibus: hæresum est vna, in sacro Viennensi concilio, contra Beguardorum sectam olim damnata: & per Lutherum hoc sæculo impiūssime restaurata. contra quam nos in superioribus nonnulla diximus.

**¶** Propositio. CXLVII. **¶** His qui deo seruiunt, non ut merces debita, sed ut beneficium a propitio patre, reponitur immortalitas.

**¶** Censura. **¶** Assertio hæc Lutherana: in superioribus frequenter reprobrata fuit.

**¶** Propositio. CXLVIII. **¶** Lex Christi quæ spiritalis est, & uitæ parens efficacior ac uictrix, liberauit nos a lege peccati, & a morte huius comite.

**¶** Propositio. CXLIX. **¶** Lex Moyfi quatenus carnalis est: inefficax erat, nec liberare poterat a lege peccati. **¶** Propositio. CL. **¶** In vna Moyfi lege duæ leges sunt. Altera crassa & carnalis, altera spiritalis. Prior illa legis pars Moysen habet authorem: & ut perpetua non est, ita parum efficax ad præstandam salutem.

**¶** Propositio. CLI. **¶** Carnalis illa Iudeorum lex aduersatur Christo, & a Christo auocat: & ob id mortem parit, uidelicet pugnans cum eo.



## ¶ Censura.

O Non pauca in his quatuor propositionibus catholice veritati repugnantia complectitur Erasmus: quorum fere in superioribus per nos mentio facta est. In primis quum res postulat reprobaturum est quod hic iterum statuere satagit: scilicet nos Christianos per legem euangelicam liberatos a lege peccati, & a morte, peccati indiuidua comite. Saepius enim dictum est legem peccati, de qua loquitur Apostolus: fomitem esse, seu instar brutorum ad concupiscendum pronitatem, a qua nullum omnium preter Christum dominum, & eius beatam parentem docere potest Erasmus, vltimo vnquam tempore fuisse liberum. Reprobaturum insuper satis puto quod subdit: legem Moyfi quatenus erat carnalis &c. Blasphemiam autem aperte redolet asserere, duas in vna Moyfi lege contineri leges &c. quod illius quam carnalem, sed impie, dicit: fuerit Moyfes author. vnde fit vt quoad eam partem non sit diuina lex, sed humana. Quod est plane quoad hoc cum Manichaeis sapere: & quidem absurdissime. Altera (inquit Erasmus) Moyfi legis pars, quae scilicet crassa & carnalis erat, Moysen habuit authorem: quasi diceret: pars vero quae spiritualis erat, deum. Ecce doctores catholici re ipsa in toto legis veteris instrumento preter historiam narrationes triplicia inuenerunt mandata: moralia scilicet, quae ad naturam quoque pertinent legem, & forsitan ista comprehendere vult Erasmus, partem illam Mosaycae legis quam vocat spirituales. alia sunt caerimonialia, & iudicia concernunt tertia. Et quum ad haec lex vocatur vetus, seu antiqua, & per euangelium Christi quoad obligandi vim abrogata. Suspicio autem portionem hanc legis, crassam & carnalem Erasmus appellare: sed quae impie, iam est dictum. Cum igitur fide certum tenet ecclesia: triplicia illa legis mandata, a deo populo suo per Moysen & caeteros prophetas tradita fuisse: quod per innumeras monstratur scripturas: quas iccirco praetereo quod fidelium nullus hoc inficiatur: manifeste constat haereticum esse dicere, vnus partis veteris legis Moysen fuisse authorem, & alterum deum. Blasphemum denique decerno ac haereticum: asserere quolibet legis partem Christo aduersari ab eoque auocare. Nec est hic scripturis aut rationibus in haec Erasmi scripta agendum: sed aliis certe armis. & vehementer admiror si alicui fuerint ista vnquam probata: quae tam manifeste fidei contrariantur.

## ¶ Propositio. CLII.

Terra, aqua, aer, ipsa corpora caelestia, denique & ipsi angeli, non in aliud sunt condita: nisi vt hominum necessitatibus obseruiant.

## ¶ Propositio. CLIII.

Cum vniversus angelorum populus nostras calamitates ex alto contemplans pio quoque erga nos affectu commoueat, & quoad licet nostris malis indoleat: none vniversa rerum natura vna nobiscum gemit, ac parturiens in more optat laborum ac dolorum finem.

## ¶ Censura.

P Quod hic de creationis angelorum sine dicitur, scilicet quod non fuerit angelica natura in aliud creata, nisi vt hominum inferuiat necessitatibus: erroneum cum in philosophia, tum in theologia est. Porro certa cognoscit ratio, finem semper esse potiore iis quae propter illi sunt. Si igitur angelus propter hoc

minime conditus est: dignior ac prestatior illo homo sit oportet. at quomodo istud? Porro constat hominem etiam Christum, propter formam serui minutum paulominus ab angelis fuisse: hoc est naturam humanam sua essentia ipsis angelis inferiorē esse. Quonam pacto ergo a creatore deo statueretur homo angelorum finis? Cum autem sic dicat scriptura, Vniuersa propter semetipsam operatus est dominus: mirabile est absolute scribere angelos non in aliud conditos fuisse, nisi vt hominum necessitatibus inferuiant. Quae autem neque condoleat nobis vniversus angelorum coetus, neque gemat nobiscum: ex superioribus constat. sunt dubio procul eiusmodi compassionum atque gemituum motus a beatorum statu profusus alieni. Ignoranter igitur & ad scripturas dissentanea haec Erasmus scripsit.

## ¶ Propositio. CLIII.

Spiritus dei etiam si ipsi sileamus, tamen pro nobis interpellat deum: idque non humano more, sed gemitibus inenarrabilibus.

## ¶ Propositio. CLV.

Ipse spiritus quoties interpellat pro sanctis indolens super illorum malis: non iuxta humanum affectum interpellat: sed iuxta dei voluntatem.

## ¶ Censura.

Quae in his duabus propositionibus edidit Erasmus, nos contra Iacobum Fabrum hoc ipso Apostoli loco agentes: probasse arbitramur, impia esse, blasphemiam & haeretica, philosophiae quoque aduersa. Illic per nos inducta legatur (si libet) Erasmus & sui: & perpendant quanta fuerint demonis illusionem se ducti, existimantes cum Fabro in Apostoli sensibus ecclesiam ad eos usque cecutiisse: cum ipsi (nec immerito quidem) in illis plus talpa caecutientes videantur: quod vti nam rectis animi oculis aliquando intueantur.

## ¶ Propositio. CLVI.

Oportet imaginari ceu geminam iustitiam: alteram cuius author fuerit Moyses: alteram cuius author sit Christus. illa constat caerimoniis: altera fide & obedientia.

## ¶ Censura.

Hic vult nos imaginari Desiderius, id est quadam probabilitate tenere ea ac sustinere, quae in praecedentibus impia esse ac blasphemiam monstratum est: quod scilicet legis caerimonialium author fuerit Moyses: quod plane haereticum est nedum impium ac blasphemum.

## ¶ Finis.

## ERRORES EX EPISTOLA

LA Erasmi, ad dominum episcopum Leodiensem pro Paraphrasi in Epistolas duas B. Pauli ad Corinthios excerpti, cum adiectis in eisdem Censuris.

## ¶ Propositio. CLVII.

De nascentis ecclesiae primordiis admiror prope nihil esse proditum historia grauiore, cui tuto possis credere.

## ¶ Propositio. CLVIII.

Dionysius qui in hierarchia secunda, id est ecclesiastica, priscos ecclesiae ritus satis copiose describit: eruditus recentior quispiam fuisse videtur, qui fuerit Ariopagites ille.

¶ Censura.

**R** Vam sint hæc falsa, temeraria, & schismati vicina: copiose do-  
cet Clichtoueus: quibus & astipulantur nonnulla per nos in  
superioribus cōtra Fabrum citata. Ex omnibus autem liquet  
hoc Erasmi verbum, Eruditis recentior quispiam fuisse vide-  
tur: ita explicandum, vt dicatur: eruditus, id est Lutheranus &  
schismaticis, errorumq; veterum relatoribus, ac inuentoribus recentium. Li-  
quippe sunt qui antiquis ecclesiæ ritibus ac disciplinæ derogant.

¶ Propositio. CLIX.

Vtinam quæ Paulus in epistolis ad Corinthios attigit, ac veluti per trāsen-  
nā ostendit, de ritibus eccle. aliquanto copiosius & explanatius tradidisset.

¶ Propositio. CLX.

Quæ circumcisæ meminit Apostolus de eucharistia siue synaxi: quasi veritus  
nequid de tanto mysterio secus diceret q̄ oportet. De quo recentiores qui-  
dam, q̄ illois (vt aiunt) pedibus quid non differunt, quid non diffiniunt?

¶ Propositio. CLXI.

Vtinam illud saltem aperuisset Paulus: a quibus, quo tempore, quo cultu,  
quo ritu, quibus verbis consecrari soleat panis ille mysticus: & sacrosanctū  
dominici sanguinis poculum.

¶ Censura.

**S** Hæc omnia impiam olēt præsumptionem, præsumptuosamq; impietatem,  
ac blasphemiam. Ecce homo linguarum & humanarum disciplinarum præ-  
sidio bene fultus: plus sese (quemadmodum iam diximus) insinuat sapientē  
Aplō Paulo, quin & Christo. Porro non obscure subindicat, quia si ad san-  
ctæ trinitatis vocatus fuisset consultor: salubrius multo ac  
ecclesiæ longe commodius dedisset consilium illo quod secutus est Paulus  
suas edendo epistolas. Hoc dubio procul prætendunt hæc consultoris istius  
deploratiuæ desideriorum expressiones. Vtinā quæ Paulus attingit &c. quasi  
humano sensu omnia scribendo egerit, industriaq; artis quæsitæ: & non fue-  
rit ipse (sicuti & cæteri omnes canonicorum librorū scriptores) Calamus  
scribæ velociter scribentis, id est spiritus sancti. Audiatur ergo pauper, & (vt  
sum ego) imbecillis homo, qui quasi temeritate arrogatiq; cæcatus perpē-  
dere non valuit, quorsum quæ hic literis mandauit, spectarent. audiatur inquam  
ipsam Paulum dicentem sibi: O homo tu qui es qui respondeas Deo: & rur-  
sus: Quis cognouit sensum domini: aut quis cōsiliarius eius fuit? quis prior  
dedit illi: & retribuetur ei? En iniquo fert Erasmus animo Apostolum tam  
perstrictim epistolas ad Corinthios absoluisse, tāq; obscure: quasi reformis  
daret, de eucharistiæ mysteriis secus dicere q̄ oporteret. Quæ nimirum in ho-  
mine apertam monstrant infidelitatē. Respondeat proinde eius impiissimæ  
temeritati Paulus, & causam tueatur suam opus est. Responsio sane Aposto-  
li hæc est: Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit: quid me fecisti sic? par si-  
quidem sacrilegium, aut impietas, ac infidelitas est, hominē conqueri de dei  
operibus aliis ab homine quæ deus fecit, vt de seipso. Diuinū utiq; figmen-  
tum est (vt cæteri) secundum naturam Erasmus: Dei itidem opus epistolæ

Pauli existunt. Deplorans itaq; & condolens ille q; non fuerint pro suo vo-  
to conscriptæ eiusmodi epistolæ, & mundo hoc scribendo: quid agit? Certe  
vt dei figmentū, deo (qui epistolas Pauli per illum finxit) dicat. Quid illas  
fecisti sic? Nullus quippe in Erasmus talibus pro ausis posset plus iusto in  
uehere: qui taxare spiritum sanctum & eius scriptores, quasi non prout expe-  
diebat scripserint, omnium (puto) præsumpsit hominū primus. Viderit au-  
tem pro quibus dixerit recentiores quosdam illotis pedibus nihil de syna-  
xis rationibus ac natura non differuisse definisseq;. Et semetipsum iusta pen-  
dat trutina: si forsan vnus sit qui illotus totus de omnibus sacris sententias  
dicere sit ausus, quanto fidei & pietatis fecnore atq; vsu: rerum probabit exi-  
tus. Dominus omnium nostrum misereatur.

¶ Propositio. CLXII.

Tradi hominem Sathanæ, tēpore Pauli, aliud non erat q̄ ad tēpus vitari a cæ-  
teris, quo pudor ad resipiscentiā adduceret.

¶ Censura.

Dicens hic Erasmus, hominem Sathanæ tradidit aliud nō esse &c. omnino dif-  
sentire videtur literæ Apostoli, vbi ita dixit inter ea quæ hac de re scrip-  
sit. Iudicauit cū virtute domini nostri Iesu tradere huiusmodi hominē Sathanæ  
in interitum carnis: vt spiritus saluus fiat. Per hæc nāq; verba, non solam &  
simplicem prætereundem Apostolus videtur separationem peccatoris a cæte-  
rorum hominum consortio. nō enim eiusmodi euitatione hominum caro  
interimitur: hoc est affligitur aut cruciatur. Et hanc ob rem secus omnino  
sacri de hoc Aplī verbo loquuntur doctores. Principio intueantur (inqt Au-  
gustinus) heretici Aplim dicentē de quodā peccatore. Quæ tradidit Sathanæ  
in interitū carnis &c. & si nolunt mortē hic intelligere (fortassis enim in-  
certū est) quālibet vindictam per Sathanā, factam ab Aplō fateatur. Quod  
non eum odio, sed amore fecisse manifestat illud adiectū: vt spiritus, saluus  
fiat. Item alibi: Possent (inqt Augusti.) dicere Sathanā omnibus malis ho-  
minib; esse peiorē. Cui tñ Apl̄s illi tradidit hominem in interitū carnis: vt  
spiritus saluus sit in die domini. Itēq; alios, de quibus dicit: quos tradidit Sa-  
thanæ, vt discat nō blasphemare. Et dñs Christus flagellatos expulit de tē-  
plo improbos mercatores &c. sequitur paulopost. Ecce inuenim; aplm tra-  
ditorem, & Christū persecutorem. sic Augustinus. Hieronymus vero super  
hoc Apostoli verbo: Tradere huiusmodi Sathanæ in interitū carnis. Vt ar-  
piendi illū (ait) corporaliter habeat potestate: q̄ dum viderit se nec carnis  
hic, nec in futuro spūs requiē habiturum, de facto pœniteat vt saluetur. A-  
thanasius quoq; his subscribens ait. Sathanæ tradit homo: vt ipse Sathanas  
morbo hunc maceret. Nam cū ex corpore luxuriæ cōcupiscentiā defluat: de-  
bet hoc sane suppliciis affici, vt spiritus saluus fiat. In quodā deniq; margi-  
nali glossemate ita legim;. Hanc potestatem dicitur Apostolus habuisse:  
vt dum aliquem a stultitiā non posset amouere, diabolo eum vexandū tra-  
deret, quousq; pœnitentiam profitens a malo desisteret. Ecce magno cōsen-  
su, Erasmi verbo quo ait, tradi hominem Sathanæ nihil aliud esse q̄ ad tem-  
pus vitari a cæteris: obstitunt non spernēda patrū testimonia. Quis autem  
dictum Aplī in vna intelligentiā nonnulli sanctorum accipi posse tradide-  
E iij.

Cap. v. pri-  
mi sui An-  
tilurhe. lib.



Psal. xliiii.

Roma. ix.  
Ibidē ca. xi.

Roma. ix.

i. Corint. v.

Lib. de fer-  
do. in mōte

Li. ii. cōtra  
Petili. ca. x.  
pte ope. vi.  
i. Timot. i.  
Ioan. ii.  
i. Corint. v.

X

Mat. xviii. runt de ea quam ecclesie sue Christus obseruadam dedit excommunicatione dicens: Si ecclesiam peccator non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus. quam hic innuere videtur Erasmus. Neminem tamen sanctorum monstraturus est: qui presumpserit refutare (quod hic ausus est) eum quem statuis sequi opus est hic nos putamus sensum. Neque etiam fideliter satis retinet illum qui est, ut sic in crimine obstinatum euitet fidelis quisque, qui in eternum illi non comunicet: nisi dei & ecclesie iussis audierit, paratque canonicas subire pro admittis perperam criminibus poenas. Erasmus vero ait: Sathanæ tradidit, nihil esse aliud, quam ad tempus vitari a cæteris. Viderit itaque quorum magisterio instructus, se ut magistrum exaltauerit in ecclesia, pro arbitrio de quibus vellet ius dicturum: cum ferme in omnibus Lutheranorum factioni suppetias ferat.

Propositio. CLXIII.

Ex iis quæ Apostolus in Epistola primæ ad Corinthios. ca. vii. scripsit: quædam mea sententia satis (ne dicam plus satis) mordicus tenemus: veluti de diuortio.

Censura.

Y Hæresim & hic firmare contendit Erasmus, quam iam crebro attigimus, & loco ultimo propositionibus. CXXIX. & CXXX. ubi his similia pernicio se tradidit. Non igitur ei placet quod Apostolus scripsit Corinthiis dicens. Mulier alligata est legi matrimonio, scilicet quoad vinculum: quanto tempore vir eius viuat. quod si dormierit vir eius: liberata est, cui autem vult nubat: tamen in domino. & rursum. Iis qui matrimonio iuncti sunt præcipio, non ego sed dominus: uxorem a viro non discedere: quod si discesserit, interueniente scilicet fornicationis causa, manere innuptam, aut viro suo reconciliari. Non inquam hæc stomacho Erasmi congruunt. Hinc de illis (quod palam non ausit ea recitare: libentissime, si ei per ecclesiasticam liceret disciplinam id facturum) dicit, nos hoc est ecclesie patres & magistros, plus satis mordicus tenere, quæ pro diuortii causa Corinthiis scripsit Apostolus. Sunt autem huc per nos citata: & siqua sunt similia.

Propositio. CLXIII.

Mihi purioris Christianismi videtur, magisque conseruatum euangelicæ & apostolicæ doctrinæ: si nulli certum cibi genus præscribatur, sed admonentur omnes, ut quisque pro corporis habitu vescatur quæ maxime conducunt bonę valetudini.

Propositio. CLXV.

Superstitionis illius qua cibi decernuntur, extant hæc temporibus non obscura vestigia, plerisque bonam pietatis partem in ciborum delectu ponentibus, quos deus creauit ad vescendum cum gratiarum actione.

Propositio. CLXVI.

Præposterum est iudicium. nemo fere non grauius crimen existimat die sabbati carnibus vesci: quam mendacii virulentia famam fratris incescere.

Censura.

Z Non quasi anceps in his assertionibus tribus de ieiuniis ac ciborum delectu sancte ac canonicè per ecclesiam indictis, decernit recens in theologia doctor Erasmus: sed episcopum Christi ordine vicarium compellans, plane

quoad hæc subscribit erroneæ ac schismaticæ Lutheranorum factioni. Cum quæta autem Christianorum iactura ista cum Luthero & Fabro scripserit: iam proch dolor plus satis notum factum est. Cæterum aduersus hæc iam me iudice non nisi vltimis dimicandum est flammis: Rationibus enim per Clichetoueam, nos quoque & alios (quatum poscebat negocium) diligentiatur est. Alia prodeant arma necesse est: alioquin de ecclesiastica actum est disciplina: cuius sese hostes publicitus manifestare non verentur Lutheranæ sectæ fautores & affectus.

Propositio. CLXVII.

Vtinam Paulus aliquanto plus lucis nobis aperuisset: qualiter extent animæ semotæ a corpore, & vbinam extent: an fruatur immortalitatis gloria: an impiorum animæ iam nunc crucientur, an eis subueniant nostræ preces, aut alia benefacta, aut indulgentia summi pontificis subito liberetur a poenis.

Propositio. CLXVIII.

Video multos super hisce rebus ambigere, aut certe disputare: quod super uacuum erat, si Paulus aperte diffinisset.

Propositio. CLXIX.

Apostolus ubique uaser est ac lubricus. & paulo post. Ipse alicubi cordatum ac sobrium agit virum: alibi sumit sibi stulti parumque sobrii personam.

Censura.

Hæc omnia ad impietates, blasphemias ac infidelitates pertinet: de quibus paulo ante sumus locuti, in censura scilicet Proposi. CLIX. & duarum sequentium.

Finis Annotationum in Epistolam ad dominum Leodiensem.

## ERRORES EX PARAPHRASI ERASMI IN EPISTOLA B. PAULI PRIMAM AD CORINTHIOS EXCERPTI, CVM ADIECTIS IN EOSDEM CENSURIS.

Propositio. CLXX.

Ego (ait Paulus) Christum vobis scopum proposui. Si quis huius exemplo doceat innocenter viuendum, bene merendum & de inimicis, non fidendum omnibus, aspernandos honores &c. is structuram addit Christo fundamento dignam. Sin humanas addit constitutiones de cultu, de victu, de frigidis ceremoniis, deque similibus rebus, quas homines comminisci solent non in re Christi, sed in suam ipsorum gloriam, aut etiam in questum, ut orsi a tam nobili fundamento degenerent in superstitiones: pro piis iam lignum, fœnum, ac stipulam induxit.

Censura.

Væ in huius propositionis posteriori parte dicitur: scilicet. Sin humanas addit &c. plane Lutheranæ sunt, trices in superioribus refutata.

Propositio. CLXXI.

Non habetur dignus, secundum legem veterem scilicet, qui vescatur agnopaschali: nisi qui septem diebus fermentum non attigerit.

¶ Censura.

**B** Iterum hic monstrat Erasmus, quod aut oscitater aut ignoranter diuina hæc edisseruerit. Vigilantius quidem puto eum foliis seu dictionis furo stilique decorando studuisse: quod ne quid per iniuriam scripturis aperte aduersum (cum tamen quid uti præcipiunt, cum primis attendendum fuerat) emitteret. Ecce ex plana cum legis Moyse, tum euangeliorum litera constat: non prius debuisse a fermentato pane abstinere Iudæos, quam comedere oporteret agni typici carnes. Simul enim incipiebant azymis, & immolato agno vesci: scilicet decima quarta die mensis primi ad vesperam. sic enim in Exodo legimus. Edent carnes nocte illa assas igni: & azymos panes. Et iterum. Primo mense, quartadecima die mensis ad vesperam, comedetis azyma usque ad diem vicesimam primam eiusdem mensis ad vesperam. Septem diebus fermentatum non inuenietur in domibus vestris &c. Vnde & in Beato Mattheo dicitur. Prima autem die azymorum accesserunt discipuli ad Iesum dicentes: Vbi vis paremus tibi comedere pascha? Marcus vero ait: Erat autem pascha & azyma post biduum &c. Et rursus. Primo die azymorum quando pascha immolabant, dicitur ei discipuli. Item Lucas: Venit autem dies azymorum, in qua necesse erat occidi pascha. Quando igitur per hæc euidentissime liquet, quod primo & eodem vesperæ illorum septem azymorum dierum comedebant pascha pro sibi diuinitus tradito ritu Iudæi: ita ut non antea tenerentur azymum gustare panem quam agni carnes. Sed (ut sic crasse loquar) primum licebat faucibus admouere aliquid carni agni, & continuo azymum panem, ut vno eodemque bolo vtrumque dentibus cibum (ut fit) tererent. Videat Desiderius quanta inaduertentia scripserit, nullum dignum fuisse carnibus agni vesci, nisi qui septem diebus fermentum non attigisset. hoc est, qui septem illis diebus: solis fuisset usus azymis, vnde colligitur: non prima die azymorum immolatum fuisse agnum, & comestum: sed vltima. quod est notorie hæreticum. Et quod hoc forte non credit, sed sapiat nobiscum Erasmus: ita tamen orbi editis paginis scripsit. Non parum certe crediderim hisce in rebus expertum fuisse poetam qui dixit. Membranis intus positus delere licebit Quod non edideris: nescit vox missa reuerti.

¶ Propositio. CLXXII.

**Cap. viii.** Ciborum delectus superstitiosum facere potest: piuum nequaquam.

¶ Propositio. CLXXIII.

Christus nullum ciborum discrimen docuit. Proinde temeritatis est: si quis homunculus conetur quenquam huiusmodi constitutionibus onerare.

¶ Propositio. CLXXIII.

Pro suo quisque corporis affectu vescatur quibus velit: modo sobrie parceque super omnibus gratias agens deo.

¶ Censura.

**C** Lutheranae sunt hæc assertiones erroneæ in fide, moribus perniciosæ, atque schismaticæ: quemadmodum in superioribus creberrime docuimus. Neque existimet Erasmus se, Fabrum & Lutherum, quod hic & alibi ceteris statuere cõtendit quoad ieiunia & ciborum delectum, ex Apostoli sermone (quo hoc in I. Cor. viii. co ait. Esca autem nos non comendat Deo: neque enim si manducauerimus,

deficiemus) habere. & ex illo. Non est regnum Dei esca & potus. vel illo. Roma. xiiii. Bonum est gratia stabilire cor: non escis, quæ non profuerunt ambulanti. Hebræ. vlti. bus in eis. aut ex illo Christi in Mattheo. Non quod intrat in os coinquinat Matth. xv. hominem: consimilibusque scripturæ sententiis. Absit ut per istiusmodi sancta verba voluerit Dei spiritus, eorum primus author, quod eisdem abutentes peruersæ cogitant Luther, Faber, Erasmus, & affectatores: laudabile non esse videlicet a carnibus, vino, lacticiis, aut aliis quibusdam esculentis, secundum piuum ecclesiæ usum, aut regulas patrum, vel alias pro amore bonorum celi abstinere, & ieiuniis corpus atterere ac mortificare: sed cuilibet liberum esse, omni ætate, quocumque tempore, omnibus uti cibis, si modo temperantiæ communis seruetur regula. Absit inquam hoc senserint diuini scriptores. Fuit enim sensus iste (ceum antea dictum est) hæresis Aexianorum & Louiniani. aduersus quam egregie post Hieronymum certauit Clichthoueus. & nos etiam in eam nonnulla intorsimus scripturarum & sanctorum iacula. Absurdissime igitur hallucinati sunt isti licentiæ carnalis patroni: putantes ex prænotatis scripturis sensus rite collegisse, qui manifeste aliis aduersantur diuinis eloquiis, uti sepius est in superioribus monstratum. Si Christus suum promulgans euangelium, de abstinentiis & delectu ciborum duntaxat dixisset, sicut narrat Lucas: Attendite autem vobis ne forte grauentur corda vestra in crapula & ebrietate: quod fateor est iuris naturalis quoad hoc dictamen firme, id est temperantiæ cardinalis virtutis rationem: audiri in hoc poterant cum Christo loquentes Lutherani. Quando autem de ieiuniis & vitæ austeritate quoad victum, vestitum, reliquaque corporis disciplinam Deus per Moysen & prophetas, Christus quoque dominus per se ac Apostolos plurima verbis, scriptis ac operibus posteritati tradiderunt: quid sese profiteri monstrant grecizantes theologis: non certe vetus aut nouum testamentum: sed Hippocratem & moralem gentilium philosophorum disciplinam. Illi etenim accepto a domino Deo suo creatore rationis lumine, viderunt per se & docuerunt mundum, corda non esse crapula & ebrietate grauanda. quod uti verissimum documentum, fecit Christus euangelicum. Oportet igitur huiusmodi naturæ mandatum nullo vnquam prætergredi tempore, cum prudētibus ethnicis viris: & cum catholicis humiliter amplecti quæ homini vtraque scripta lege præter illud vniuersale præceptum, quoad ieiunia & abstinentias, seruare & prædicare præcepta sunt. sed de his plus satis.

¶ Propositio. CLXXV.

**Cap. xii.** Sumite, edite: hoc est meum corpus quod pro vobis frangitur omnibus impertendum.

¶ Censura.

Pro euangelica & apostolica veritate, sua Paraphrasi peruersam & blasphemam mundo tradit hic Erasmus de corde suo sententiam. Apostoli Pauli hoc in loco sensum veneror & tueri volo: quo ait Christum Apostolis dixisse. Accipite & manducate: hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur. In I. Corin. xvi. Mattheo autem sic legimus. Accipit panem & benedixit, ac fregit, deditque discipulis suis, & ait. Accipite & comedite, hoc est corpus meum. In Marco

Marc. xliii. vero dicitur . Accepit Iesus panem: & benedicens fregit, & dedit eis, & ait.  
 Luc. xlii. Sumite, hoc est corpus meum. Lucas deniq; ait. Accepto pane Iesus gratias  
 F egit, & fregit, & dedit eis. hæc omnia Christi verba sunt. Qd̄ autem pro ipso  
 beati Pauli verbo reddit Erasmus dicēs, Hoc est meum corpus quod pro vo  
 bis frangitur omnibus impiendū: horrenda est blasphemia. Non enim cor  
 pus domini fractum est: sed pro nobis datum. Quomodo enim frangi pote  
 rat: de quo Ioannes refert. Ad Iesum autē cum venissent, scilicet milites, &  
 Ioan. xix. vidissent eū iam mortuū: non fregerunt eius crura: vt scriptura impleteret:  
 Exod. xii. Os non cōminuetis ex eo. Non itaq; dixit Christus, Hoc est corpus meū, qd̄  
 pro vobis frangitur. Species panis tm̄ ab ipso est fracta: nō sub illa sacrum  
 corpus existēs. quod catholice & pulcherrima breuitate, diuus Thomas de  
 Aquino in prosa expressit dicens. Caro cibus, sanguis potus, manet tamen  
 Christus totus sub vtraq; specie. A sumente no concisus, non confractus, nō  
 diuisus, integer accipitur. & paulopost. Fracto demū sacramēto, id est sacræ  
 rei signo seu specie visibili, ne vacilles: sed memento tm̄ esse sub fragmento  
 quātū toto tegitur. Nulla rei (id est substatię) fit scissura: signi tātū fit fra  
 ctura: qua nec status nec statura signati minuitur. Opinor aut quia nec ista  
 (q; sunt ab vniuersa ecclesia probata & laudata) inficiatur Erasmus: sed no  
 biscum ea verissima fatetur. In eo tamen redarguendus merito venit, q; his  
 plane repugnantia inclamat suis literis mundo: in Christi persona dicens:  
 Hoc est meum corpus quod pro vobis frangitur.

¶ Propositio. CLXXVI.

Cap. xv. ¶ Christus rediuius multis se conspiciendum præbuit. primū Cephe, deinde  
 duodecim illis. & paulopost: Deinde conspectus apostolis omnibus: nō tm̄  
 illis duodecim, a quibus primū ortū apli cognomen in plures deriuatū est.

¶ Censura.

G Et hic incuria nō parū culpabili aut peruerso intellectu pro hoc numeri no  
 mine vndecim (quo sicut historię poscebat veritas, vsum fuisse Apostolum  
 putari potest) contra ipsam veritatem, nomen duodecim bis de capite suo  
 i. Cor. xv. scripsit Erasmus. Ita enim habet præsens Apostoli sermo. Tradidi vobis q̄  
 Christ⁹ resurrexit tertia die secūdū scripturas, & q̄ visus est Cephe, & post  
 hoc vndecim. deinde visus est plusq; quingētis fratribus simul: ex qb⁹ multi  
 manent vsq; adhuc, quidam autē dormierūt. deinde visus est Iacobo: deinde  
 apostolis omnibus. sic Apostolus. Q; autē ait, & post hoc vndecim, secūdū  
 sanctoꝝ traditionē verificatur pro illa apparitione, quę sero post dies octo  
 Ioan. xx. a resurrectione in cœnaculo facta est. De qua beatus lo. dixit. Post dies octo  
 Actu. i. iterū erant discipuli eius intus, & Thomas cū eis. Numerus vero ipse vnde  
 narius pro actis ex quo Iudas præuaricatus est vt iret in locū suū, ad domi  
 nicā vsq; ascensionē in celū, non semel in sacro memoratur euāgelio. In Mat  
 theo em̄ sic legitur. Vndecim autē Apostoli abierūt in Galilæam in montē  
 Matt. vlti. vbi cōstituerat illis Iesus. In Marco vero dicitur. Nouissime recumbētibus  
 Marc. vlti. illis vndecim apparuit. s. Christus. Lucas item ait. Regressē a monumēto. s.  
 Luc. vlt. sanctę mulieres, nūciauerūt hæc omnia illis vndecim, & ceteris omnibus. &  
 rursū. Surgentes, scilicet de mēsa, duo illi discipuli qui cognouerūt apud

Emaus dominū in fractione panis: eadē hora regressi sunt in Hierusalem, &  
 inuenerūt congregatos vndecim, & eos qui cū eis erāt. In libro deniq; actūū  
 idem Lucas scribit dicens. Cecidit fors super Matthiam: & annumeratus est  
 cū vndecim apostolis. Qm̄ itaq; certū est oēs apostolis & ceteris fratribus  
 quarū hic Apostolus Paulus meminuit, apparitiones factas fuisse ante beati  
 Matthię electionē ad apostolatus ordinē, dū scilicet nō erant apostoli duo  
 decim, sed tātūmodo vndecim: manifestū apparet Erasmiū perperam qd̄ le  
 git & tenet ecclesia in ipso sancti Pauli textu, & post hoc vndecim, immutat  
 se scribendo, Deinde duodecim illis, & iterū. Deinde cōspectus est apostolis  
 omnibus: non tantū illis duodecim. &c. In quo insuper errat asserens ex die  
 ascensionis (de cuius manifestatione loquens Paulus dicit. Deinde aposto  
 lis omnibus visus est Christus) Apostoli cognomē in plures q̄ vndecim fu  
 isse deriuatū. Nullos procul dubio nominare poterit Erasmus e discipuloꝝ  
 numero: quibus apostoli tributū fuerit nomen priusq; Matthiæ: quod factū  
 fuisse docet ordo historię Apostolicoꝝ actūū post ascensionis ipsius diem, id  
 est inter illum & pentecosten. Bis igitur in his Paraphrastes lapsus est. Neq;  
 sese inde vindicare potest, aut iustificare: si dixerit suis in codicibus græcis  
 duodecim nomē legi, nō vndecim, & q; iam omnes latini habeant vndecim,  
 non a Paulo processerit, sed alio quopiā correctore: quēadmodū pretendere  
 videtur Augustin⁹ in quęstionib⁹ super Genesim, & libro tertio de cōsensu  
 euangelistarū. tum q; ibi etiam dicit in nōnullis codicibus legi, vndecim: tū  
 maxime quia esto scripsisset Apostolus non vndecim, sed duodecim: vrget  
 tamē rei veritas (cetera etiā docet Augustinus) locutionē illā in qua scilicet  
 duodecim nomē habetur: nō esse propriā, sed synecdochicā, vt scilicet totū  
 pro parte positū intelligatur, id est duodecim p vndecim. Alioquin falsum  
 diceret Apostolus q; apparuerit duodecim, cū fide teneamus ex litera beati  
 Lucę de electione Matthię, tum nō fuisse apostolos duodecim, sed solū vn  
 decim. Erasmus itaq; qui cōmentariū loco aut quodā explanationis genere  
 vult suas haberi Paraphrases, num propria spreta locutione (qua vniuersa  
 lis, quę latina tota est catholica ecclesia, legit secūdū historię veritatē vnde  
 cim) potuit iuste ac decenter obscurando veritatē apostolicā scribere duo  
 decim: Sic enim cūctos in errorem trahit lectores, qui eius vocabulum nō  
 exponūt intelligentes duodecim, id est vndecim. Vel ergo hic heretice Pa  
 raphrastes sapuit: credens duodecim apostolis Christum sese videndū exhi  
 buisse. aut inique officio vsus est commentatoris.

¶ Propositio. CLXXVII.

Ita conditus est Adam: vt animę beneficio viueret. sed ita vt anima illigata  
 corpori crasso: nihil ageret nisi per organa corporis.

¶ Censura.

Et philosophoꝝ placitis & sanctorum doctrinę aduersatur, necnon & magi  
 stre rerum experiētie, qd̄ hic asserit Paraphrastes. nullas videlicet in homi  
 ne mortali operationes esse quę per corporis non fiant organa. Manifestū  
 est enim humanam mētem de Deo, de angelicis spiritibus eorūq; rationib⁹  
 secum varias tractare operationes: quas nulla corporis attingunt organa.



itidem & de numerorū rationibus ac ceterorum mathematicorum entium, que sub nullo cadunt hominis sensu. Anima itē proprias de huiuscemodi rebus operationes euidenter in se & quoad vim intellectiuam, & quoad affectiuam per experientiam cognoscit: nihil prorsus conferente corporali organo. Hinc Augustinus quodam sic ait loco. Mens quippe non videtur, nisi mente. Alibi vero, libro scilicet de videndo Deum ad Paulinam, ita inquit, Ad illa videnda que mente cōspici dico, id est q̄ viuas, q̄ videre Deū velis, q̄ id requiras, q̄ te viuere & velle & querere scias: quomodo autē Deus videatur nescias. Ad ista inquam omnia videnda nō oculos corporis adhibes, nec interuallum loci per quod intendatur obtutus, vt ad ea cernenda peruenias, sentis aut queris. Sic vides vitam tuam, voluntatem, inquisitionem, scientiam, ignorantiam: quia nec ipsa visio contemnenda, videre quod nescias. Sic inquam vides hęc omnia: vt in te videas, apud te habeas, & sine vllis figurarum lineamentis, colorūq; nitoribus, tanto clarius & certius, quāto simplicius interiori conspicias. Sic Augustinus. Mera igitur philosophiæ & theologarum traditionū ignorantia est dicere, animā crasso corpori alligatam: nihil agere nisi per organa corporis. Cum autem de his ius dicere non cogeret Paraphrastem apostolica litera: cur ea que didicisse non videtur inuaserit, appendat. Sciscitari a scholis prius debuerat: quidnam (cōferunt siquidem non parum intelligendis solidius scripturis) hęc & consimiles sibi velint philosophicę assertiones, nihil est in intellectu quin prius fuerit in sensu: & q̄ oportet intelligentem prius phantasmata speculari.

¶ Propositio. CLXXVIII.

¶ Non omnes morituri sumus, nam fortasse dies ille vltimus: nostrum alia quot viuos deprehendet.

¶ Censura.

K Quod hic asserit Erasmus, dicens absolute: non omnes morituri sumus: in se de esse erroneum: confutatione propositionū. cxvii. & sequētium duarum in epistolis Pauli contra Iacobum Fabrum plus satis monstrauimus.

FINIS.

## ERRORES EX PARAPHRASI ERASMI IN EPISTOLAM AD GALATAS EXCERPTI, CVM ADIECTIS IN EOSDEM CENSURIS.

¶ Propositio. CLXXIX.

Cap. iiii. ¶ Quemadmodū Iudei pro tempore crassa religione vel superstitione magis cohibebantur ne prorsus ab omni religione dilaberentur: ita vos quondam cum Deum verum ignoraretis, ex maiorū instituto coluistis demones.

¶ Propositio. CLXXX.

Propior videtur verę religioni qui falsa religione tenetur: q̄ qui prorsus credens nullum esse numen, nullo religionis affectu tangitur.

¶ Propositio. CLXXXI.

¶ Nec Iudeis imputatur q̄ pro ratione temporis maiorum institutis seruierint: nec vobis imputatur cultus simulacrorum quæ rati numen habere per errorem adorastis.

¶ Propositio. CLXXXII.

Inexpiabile flagitiū est post cognitā veritatē vltro ad pristinū errorē relabi.

¶ Censura.

**N** In his assertionibus per quas Galatis gētilibus Apostolum loqui facit Erasmus, cum minime talia vnq̄ in mentē illi uenerint: primo reprobandū omnino est q̄ legis veteris obseruantiam ipse vocat crassam religionem & superstitionē. hoc enim est (vti plerūq; antea diximus) in spiritū sanctū legis illius primū & præcipuū authorem blasphemare. Quemadmodum nāq; lex ipsa crassa aut superstitiosa dici nisi heretice & blasphemie haud potest, cum spiritualis, religiosa, sancta, & immaculata erat, sicut est in superioribus probatum, tum ex parte finis, tum ex parte mandatorum & legislatorum Dei: Ita & eiusdē obseruatō secundū illius intentionē (iuxta quā sancti prophete, ceteriq; omnes iusti iussa omnia seruabant) vere spirituales non crassos, religiosos, non superstitiosos, sed sanctos Deoq; charissimos reddebat. Crasse igitur, irreligiose & superstitiosa blasphemia, cultum veteris ipsius legis appellauit Erasmus crassam religionem ac superstitionē. Erroneum præterea est q̄ innuit, legem scilicet illam a domino ob id præcipue suo fuisse datā populo, hoc est Hebręorum genti, vt cohiberetur ne prorsus ab omni religione dilaberetur. Porro nulla vnq̄ fuit hominū natio que tota posset omni religione vacare: quoniā causis superioribus cultum quēdam ab homine deberi, de dictamine iuris naturalis est: q̄ quidem ex toto in homine supprimi nequit. Vnde ait Romanis Apostolus. Cum enim gentes que legem nō habent (scriptā scilicet in mēbris, sicut Iudei) naturaliter ea que legis sunt faciunt: eiusmodi legem non habentes ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptū in cordibus suis. Quibus verbis fultus, illud Ioānis, Pater manifestauit nomen tuū hominibus, edisserens Augustinus: inter multa sic ait. Hęc est vis verę diuinitatis, vt creature rationali iā ratione utenti nō omnino ac penitus possit abscondi. Exceptis enim paucis in quibus natura nimis deprauata est, vniuersum genus humanū Deum mūdi huius fatetur authorem. In hoc ergo q̄ fecit hūc mūdum celo terraq; cōspiciū: & anteq̄ imbueretur in fide Christi, notus omnibus gentibus erat Deus. Hęc Augustinus. Per que & Apostoli præmissa verba probatū relinquitur, q̄ Erasmo opposuimus: non esse scilicet legem datam populo Hebręorum, ne prorsus ab omni religione dilaberetur: Ceterum vt restaurata per eius explicationem naturę lege (que longa peccandi consuetudine in plurimis nō parū obscurata erat) per decalogi obseruantiam, & ceterorum præceptorum naturalium additorum iuri, per ipsam in scriptis traditam legem: in diuino exerceretur cultu populus ille, & non in alienū conuerteretur, id est sacrilegum, instar gentium: Non autē ne ab omni cessaret religionis officio: quandoquidē vt dictum est, id haud accidere poterat. Quod deinde adiecit Erasmus dicens

Rom. ii.

Ioan. xvi.

Trac. cvi.

Super Io.

M

Lib. xii. de Genesi ad iterā, cap. x. pte operum. v. Li. de vidēdo deū ad Pauli. ca. ii.

Propior esse videtur veræ religioni &c. q̄ sit falsum & inopinabile: nullus q̄ animaduertit nescit. Manifestum siquidem est experiētia, quia priusq̄ de idolatra homine fieri veri Dei cultor possit: ritus sacrilegos dedocendus est: & deinde veros ac pios edocendus. Prius autem officiū multo difficilius propter imbibitam assuetāq̄ prauitatem, altero reputatur: quandoquidem in eo qui nulla impietate infectus est, vt verus fiat pietatis obseruator, secundū sufficit præceptoris officiū. Miror autem non occurrisse Erasmo cum hæc scriberet, quod in hanc nostram causam & aduersus præsentem eius sententiam, in Fabio illo Quintiliano (cuius partim documentis adiutus orator non vulgaris euasit) legerat. Ita etenim ille ait. Mihi non arbitror diu laborandum vt ostendam quanta in eluendis quæ semel insederint vitii difficultas consequatur: cū geminatum onus succedentes premat. Et quidem dedocendi grauius, ac prius q̄ docendi. Propter q̄d Timotheum clarum in arte tibi arum ferunt maiores ab iis quos alius instituisse solitū exigere mercedes: q̄ si rudes traderentur. Hæc Fabius Quintilianus. Quæ recta linea dicto citra causam Erasmo hoc in negotio fidei refragantur. Quanta insuper sit impietas, ad parem iustitiæ aut iniustitiæ rationem duxisse: Iudeorū secundum legem religionis cerimonias (quas & hic perperā maiorum dicit institutas: quasi non fuerint diuinitus populo datæ) & infidelium erga dæmonū simulastra impiissimū cultum: non est videre cuiq̄ perito difficile, nepe quisquīs eiuscemodi est, probe nouit: Iudeorum Deum colendi ritus secundū legem, non modo non esse (quasi vitiosi forent) cuiq̄ imputados ad culpam: verū quoq̄ gratiam Dei & gloriam iuste merebantur. Cultum autem idolorum tam grande semper habuit Deus piaculū, vt fere gētes omnes ob id sepius contriuerit. quod ex prophetiis Elaię, Hieremię, Ezechielis, & aliorū cōstat. Hinc & per Sapiētē dominus scribi fecit. In manu Dei potestas terrę, & execrabilis omnis iniquitas gentiū: & vtilem rectorem suscitabit in tempus super illam. & rursus. Odibilis corā Deo est & hominibus superbia: & execrabilis omnis iniquitas gentiū. Regnū a gente in gentē trāffertur propter iniustitias & iniurias. His perpensis videat Erasmus: qua lance vsus est dices. Iudæis non imputatur, q̄ pro ratione temporis maiorum institutis seruauerint. & paulopost. Nec vobis. scilicet Galatis gētilibus, imputatur cultus simulachrorum, quæ rati numen habere, per errorem adorastis. Sic enim ad verbum habet duplex eius sententia: qua breuitatis amore. clxxxii. propositionē sensu illius seruato compegimus. Quod deniq̄ ait inexpiable flagitium esse, &c. quod est crimen tale irremissibile esse, nullūq̄ homini qui eiusmodi est pœnitentię locum esse relictum: in fide erroneum esse, in superioribus fuit ostensum, nullumq̄ pro lege esse in viatore homine flagitium aut crimen quodlibet inexpiable.

¶ Propositio. CLXXXIII.

Beneficiū Christi participes esse non possunt qui diffidunt. nam soli fidei datur, non meritis.

¶ Censura.

Lutherana propositio hæc satis antea refutata est.

¶ Propositio. CLXXXIII.

Lex Moyfi non præcipit, vt pro capite amici tuū caput opponas: vt tuū de fraudans geniū fratris inopię subuenias: vt firmus infirmo, doctus indocto, melior deteriori obsecundes. & tamen hoc imperat charitas.

¶ Propositio. CLXXXV.

Quicquid verbosissima lex innumeris præceptis conatur efficere, id totum vnico breuiq̄ sermone completur: nimirum hoc quem legimus in Leuitico, Diliges proximū tuum sicut teipsum. Leuiti. xix.

¶ Censura.

Nullis nobis hic aduersus Paraphrasten aliis ab eo testib⁹ opus est, vt illū ostremus falsum dixisse contra veritatem testimoniū. Mirum est autem, hominem ingeniū tam propriū, tāq̄ acuti, sic plerūq̄ profundo premi somnos vt eodem locutionis contextu aduersa sibi & veritati effundat. quod hic illi obtigisse, nulla valet tergiuersatione declinare. Ait nāq̄ Moyfi legem non præcipere multa per eum hic expressa: quæ tamē imperat charitas. & nihilo secius addit in lege dictum esse, libro scilicet Leuitico: aut iussum. Diliges proximū tuū sicut teipsum. Quo quidē mandato nullū non præcipitur charitatis imperiū: Apostolo Paulo dicente Romanis (sicuti frequenter prius citatū est) Nemini quicq̄ debeatis: nisi vt inuicem diligatis. Qui enim diligit proximū: legem impleuit. Nam non adulterabis: non occides. &c. et si quod est aliud mandatū: in hoc verbo instauratur: Diliges proximū tuum sicut teipsum: Quomodo igitur lex vetus: quæ (vel fatente Erasmo) præcepit dicens, Diliges proximum tuum sicut teipsum (quod in superioribus docuimus & vetus esse & nouū charitatis mādaturū) omittit quicq̄ iubere q̄d imperet charitas? In eo autem sermone quo legem hic verbosissimā vocat, q̄ innumeris præceptis. &c. ceu in aliis nō paucis, magis sicut iam dictū est, Manicheus videtur Erasmus q̄ Christianus: apertam enim spirat sermo eius in Deum blasphemiam. Inde siquidem fit, vt Deus (qui legis ipsius author est) verbosissimus sit. Porro qui verbosissimam subditis sibi populis legem tradit: is merito verbosissimus dici debet. Viderit proinde Cæforius iste Cato, qua impietate præsumpsit sanctam Dei legem verbosissimā scribere: & quasi ipsa diluta foret vel insufficiens pro suo tempore, quin & eius lator Deus inefficax aut impotens quæ vult operari, dicere de eadem, Quicquid verbosissima lex innumeris præceptis conatur efficere: tāq̄ diceret, conatur, nec efficere præualet. nimirum impiissimus est iste loquēdi modus.

FINIS.

## ERRORES EX EPISTOLA

LA Erasmi ad dominū Cardinalem Laurentium Compegium pro Paraphrasi in Epistolam Pauli ad Ephesios & quatuor sequentes excerpti, cū adiectis in eisdem censuris

¶ Propositio. CLXXXVI.

Paulatim ad theologię patrocinium magis ac magis adhiberi cœpit p̄fisa, primū Platonica, mox Aristotelica, cœptū queri de multis, quæ vel ad mo-

Quintilianus lib. ii. instit. ora. ca. iii.

N

Ecclesi.

Roma. xiii.

res, vel ad cælestiū rerū speculationē pertinere videbātur. quæ res primum visa est propemodū necessaria. at sensim eo succreuit, vt pleriq; neglecta linguarum ac politioris literaturę peritiā, immo neglectis diuinis voluminibus: in curiosis, supuacaneis, & immodicis quęstiūculis, velut ad Syreneos scopulos consenserent.

¶ Propositio. CLXXXVII.

Iam ars esse cœpit theologia potius q̄ sapiētia: theatrica verius q̄ ad veram pietatem accommoda.

¶ Propositio. CLXXXVIII.

Hanc, scilicet scholasticam theologiam, præter ambitionē, auaritiā, vitiarūt & alię pestes, adulatio, contentio, ac superstitio. quibus rebus tādē eo ventū est, vt Christus ille purus ppemodū esset obrutus humanis cogitationibus: ac lympidissimi quondam euangelicę doctrinę fontes, Philisteorū scrobe oppleti: diuinęq; scripturę certissima regula nunc huc nūc illuc detorta, nostris seruiet affectibus magis q̄ glorię Christi.

¶ Propositio. CLXXXIX.

Quidam pia certe mente conati sunt orbē ad pristinā studiorū simplicitatē reuocare, atq; a lacunis iam fere turbidis ad viuas illas ac purissimas scatebras reducere. eam ad rē cōficiendā linguarū ac bonarū vt vocant literarū cognitio, visa in primis cōducere: quarū neglectu videmur huc prolapsi.

¶ Censura.

**Q**uæ & alia non pauca quę prætereo, in eum quem hic præten dit scopū, cardinalitiū ordinis viro domino Laurentio decan tat pulchre orans Desiderius. Quæ vera autē prædicet, q̄q; modesta rei; Christianę conducētia: iam satis quatenus ad prudentes ac timentes Deum attinet homines, tēpus ipsum edocuit. Ferunt Laurētium illum Vallam suo seculo eisdem artibus quibus & nostro Erasmo, Luther, Faber, & alii cōplures, diuinās literas ac ipsam theologiam cœpisse cū nonnullis rhetoricis ac multilinguibus viris edisserere.

**R**æterum quoniam nec sobrie, nec catholice in multis (quemadmodum nec hi recentiores) scripserat: in fumū euanuerūt illius in theologicis lucubrations: hoc est nequa q̄ illas amplexata est ecclesia vel posteritas. non sic vtiq; contēporaneorū eius perire Deus permisit scripta: sunt nāq; ætatis illius in precio non rara. Quid autem futurum sit de libris Erasmi & Fabri nescio. at non nescio: quid illis sit pro rei Christianę commodis iure debitū. Iam de Lutheri paginis apud catholicos viros actum est, Ecclesię suę dominus prospicere dignetur, principūq; animos ac ecclesiasticorum prælatorū excitare: vt quid populis sibi cōmissis ad pietatem expediat, vigilantius attendant. Cum viri vtriusq; hominis Erasmo cupientes felicitatem, illū q̄ in caute plurimū ac perniciose ordinī scholasticorū theologorū detrahat, mōnerēt fraterne, q̄ humilis quo vtuntur stilus haud ridendus sit vel negligēdus: propterea q̄ potissimū rerum veritatis inquisitioni ac inuentioni maxime sit accōmodus; plurimū insuper hæresum ac errorum extirpationi efficiat. q̄ in eorūdem theologorum scholis atq; conferentiis vel doctrinarum

examinationibus nō (sicut ipse loq̄: ac passim scriptis varie illis imponit) nō in quā audiuntur diuinę literę, non iura sacra, sed hominū constitutiūculę, argumentorū tricę, ac sophismata & placita philosophorum: Respondēs inquit nihil se minus agere: nunq̄ illi cum quocunq; bono theologo dissi dium fuisse: ordinē asserit se ipsum venerari theologorū: si quid vero videret dixerit vel scripserit de theologis scholasticis, hoc ad iniquos, hoc ad improbos referendū esse. Bona sunt hæc Erasmi verba: at q̄ vero accedant, ex præscriptis eius satis elucescit verbis. pro quibus quoniam merē sunt p̄ Lutheranis iactantię, & contumelię in theologorum studiis: hæc sunt.

¶ Finis Annotat. in epistolam ad dominum Laurentium.

¶ In Epistola ad Ephesios nihil me offendit.

## ERRORES EX PARA

PHRASI Erasmi in Epistolam ad Philippen̄es excerpti, cum adiectis in eisdem Censuris.

¶ Propositio. CXC.

Ego Paulus Iudæus sum, ex Iudæis oriūdus: nec e quauis tribu, verū e præ i Cap. iiii. puā: nēpe Beniamin. vnde & sacerdotes constituūtur. Hebræus ex Hebræis iuxta genus, iuxta legis sectas Pharissæus: cuius ordinis semper fuit prima dignitas.

¶ Censura.

**B**eatum Paulum Apostolum hic loqui facit Paraphrastes, quæ T ille quin & per eū Christ⁹ nō diceret, qui veritas est. In his autem verbis, manifesta (nec id qdē vna, sed multiplex) falsitas asseritur. Primū, error est dicere tribū Beniamin, de qua Paul⁹ erat, in tribubus præcipuā. Atq; omnīū præcipua tribu ac prima fuit regalis, id est tribus Iuda: ex qua Christus secundum carnē descendit, sicut docet in Genealogia Matthæus, & Dauid dicit: Repulit (scilicet deus) tabernaculū Ioseph, tribū Effraim nō elegit: sed elegit tribū Iuda. Secundum hęc inter reliquas præcipua erat sacerdotalis: id est Leuitica. neq; profecto tertium in honore videtur locū habuisse trib⁹ Beniamin: cū certū sit illius caput Beniamin, vltimū duodecim filiorū Iacob fuisse. Hinc & de ea loquēs Saul, cum eū in populi ducē electū vngere pararet Samuel, propheta sanctus & populus Iudex, dixit: Nūquid nō fili⁹ Gemini ego sum, de minima tribu Israel: & cognatio mea inter familias de tribu Beniamin. Quæ deinde dicitur: de tribu Beniamin constituūtur sacerdotes: aperta hæresis est. in sola nāq; tribu Leui erat ordo sacerdotalis: & id quidem tātum in domo Aaron, Nēpe Aaron & omnes ab eo descendētes masculi legitimi: in sacer dotes vngēbātur. E quibus elegit tandē Dauid quatuor & viginti maiores: sub eorū tamen principe aut summo pontifici militātes deo. reliqui vero omnes eiusdē tribus: ordine Leuitę erant. Et hæc nō nesciunt vel tyronculi in theologorū scholis. Vnde miror scriptorē huic tam crebro in foribus, id est cōmuni⁹ principiis, delirare. Ex his præterea certo colligitur, falsum itidē esse quod subiunxit dicēs. Iuxta legis sectas Pharissæus: cuius ordinis semper

Matthæi. i. Psal. lxxvii.

i. Reg. ix.

Exo. xxviii. i. Paralipo. 23. & 24.

V

Natalis Bedæ Censuræ In Erasmi errores

per fuit prima dignitas. Porro ad Pharissæorum ordinē (qui status quidē facticius erat) transibāt de diuersis tribubus vltro volentes: quē admodū sub euangelio qui volunt, regulā B. Benedicti aut aliam quālibet pro arbitrio profitētur, neq; opus fuisse puto liberos, verbī causa, Simonis Pharissæi, aut N. odemi, eiusdē esse (ni id eis liberet) religionis. Et fortassis nō est monstraturus Erasmus: licitū sacerdotibus extitisse, sacerdotio Pharissæorū super inducere viuendī normam, aut regali dignitati. Vnde in euāgelio, ceu homines distinctorū ac differentū graduum frequēter exprimuntur, sacerdotes, scribæ, id est doctores ac Pharissæi. non tamē inconueniebat gradui scribæ & Pharissæorū adiungere religionem, de sacerdotio autē & regia dignitate omnino secus: & quicquid de his fuerit, (non enim ex scriptura euidenter horum ad plenum rationes elici posse vidētur) certū tamen est, ad summas secundum Moyse legem dignitates impertinētē prorsus fuisse Pharissæorū ordinē. Falsum itaq; & arbitrariū omnino est dicere, q; illius ordinis semper fuit prima in populo dignitas: quę erat (vt diximus) sacerdotalis aut regalis: quā & præstantior in illa gente scribarum gradus erat Pharissæismo.

Propositio. CXCI.

Cap. iiii. Te rogo vera germanaq; coniunx, mecum in euangelii negotio consentiens, vt Euchodię & Synthici assis.

Censura.

X Vniuersa sic legit hic ecclesia. Euchodiam rogo & synthicen deprecor: id ipsum sapere in dño. sequitur. Etiam rogo & te Germane cōpar: adiua illas quę mecū laborauerunt in euāgelio, cum Clemente & cæteris adiutoribus meis. vbi dictio germane, nomen est viri cuiusdam, discipuli ap̄torum, ingēntis apud Philippenses meriti. Lectio hęc nouis per linguarū præsidia factis theologis Fabro & Erasmo nō placet. porro literā illam, a sacro Biblię volumine relegat vterq;. Faber enim suū erigens sensum ait. Etiam rogo & te ingenua coniunx. Erasmus vero scribit: Et te rogo vera germanaq; coniunx. Quibus verbis satagunt obnixius cōuincere, Apostolum coniugii nō inexpertum fuisse: sed verā vxorē prius habuisse. Qz̄ impie autem ac schismaticē ita cōceperint: quis nō videat? Magna quoq; impudētia fucare hoc suo asserto nituntur: omnes sacris sub euangelica lege addictos, virgines in vxores ducere debere. quod apostolicū nuptiarū esse ritum impudētissime & erronee mentiūtur. Neq; inde excusantur, aut liberari valent, q; in nōnullis scriptorum veterum paginis ita inueniat traditū. Quandoquidē rei huius veritas ex solis scripturę circūstantiis trahi eliciq; potest: cū super hoc aliunde certum habetur nihil. Iam autē manifestū est præcipuis ecclesię doctoribus B. Ambrosio, Hieronymo, Augustino, Gregorio, germanū diuinorum elo-

Y quiorum sensum sincerū illuxisse, & post illos cæteris catholicis magistris ac solidius q̄ multis vetustiorum. Cum ergo hi omnes beati doctores cū ecclesia, ex Apostoli ad Corinthios in prima epistola verbis, aliisq; eius dictis se colligere testātur, ipsum sanctū Paulum nequaquā vxorem aliquādo duxisse: quid istis nouitatum cupidis hominibus dici debet, nisi quia impij in ecclesiam sunt: q; contra eius & sacrorum sententiā doctorum schismaticē er-

roneū, & olim reiectum sensum reuocare præsumperint. Paucis itaq; quidam hac de re beati illi tradiderint doctores audiamus. Ambrosius quidem hoc in loco sic ait. Euchodiam Synthicen ad prudentiā amplexandam hortatur: adiuantibus quos memorat: vt sicut in operibus euangelii profecerant, & in scientia proficerēt. Ecce plane germanū, virum præterdit Ambrosius, illum cum aliis masculino referens genere. adiuantibus, inquit, quos memorat, scilicet Apostolus: & nihil prius de vxore attingit. Hieronymus Dein inqt Germanus dictus est nomine: qui egerat cōpar officio. alibi quoq; ex intentione errorem hunc, quē dicit esse veterum quorundam scriptorū confutat. Augustinus autē libro de operibus monachorū ita plane scribens ait. Hoc Apostoli ad Corinthios verbū: Nunquid non habem? potestatem mulierem sororē circumducendi &c. non intelligētes: non sororē mulierem sed vxorē interpretati sunt. Fefellit eos verbī græci ambiguitas, q; & vxor & mulier eodem verbo græce dicitur. Qz̄ hoc ita posuerat Apostolus vt falli non debuerint: quia nec mulierē tantūmodo ait, sed sororem mulierē: neq; ducendi, sed circumducendi. Veruntamen alios interpretes nō fefellit hęc ambiguitas: & mulierē non vxorem interpretati sunt. Hanc autē Augustini sententiā prius literis mandauerat sanctus Athanasius. sic enim hoc super Apostoli verbo: Etiam rogo & te Germane cōpar: inqt. Commendat has mulieres, scilicet Euchodiam & Synthicen, mirę virtutis viro: qui harū alteri vel vir erat vel frater. Nunc virum te propriū & coniunctissimū gerens: si in opere domini & iugum pariter traxeris, mulieribus hisce opem ferens. sequitur. Nonnulli vero errore ducti: vxorem dicunt Paulum adhortari. quod tamē longe est secus: quippe quem neq; vxorē legimus habuisse: & germana cōiunx dicere debuisset: si vxor illa fuisset. sic ille. Ex his autē elucescere satis existimo, prænominatos catholicę ecclesię magistros asserētes Paulum Ap̄tm nunq; duxisse vxorē, virginemq; permanisse: vere illius fuisse affecutos intellectū. vbi ait: Dico autē non nuptis & viduis: bonum est illis si sic permanerint sicut ego. Quid precor dici poterat apertius? Certum utiq; est: quia illic Paulus perpetuā consulebat castitatē. nam & paulopost ait. De virginibus autem præceptum non habeo: consiliū autē do, tanq; misericordiā consecut⁹ a deo. si profecto vxorē habebat: haud recte nō nuptis id est virginibus (vt exponit Augustinus: & hoc postulat literę sensus) & viduis diceret, Bonū illis esse, si permanerent sicut ille erat. hinc & præniserat de hoc ipso loquens: Volo autē omnes vos esse sicut meipsum. Per hæc igitur & alia quę in superioribus ad hunc dicta sunt scopum: satis cōprobatur existimo: q̄ merito Fabrum & Erasmi dixerim peruerse & schismaticę immutasse Apostoli literā, quam hic sequitur ecclesiā: sua quoq; mutatione impudentissimę Lutheranorū fuisse incontinentię. Quoniam autem aduersus Fabrum agens, quadam ductus suasionē lapsus hunc illius omiseram coarguere: rursum hic eundē in Erasmo cōperiens, malui in illos quę præmissa sunt vna expendere.

FINIS.

In Paraphrasi in Epistolam ad Colossenses, & in priorem ad Thessalonicē, nihil quod me moueret animaduerti.

Li. i. contra Iouinia. ca. xiiii. & epistol. vna ad Eusto.

Lib. de op. Monac. ca. iiii. parte operum. v. i. Corin. ix.

Philip. iiii.

i. Corin. vii

# ERROR VNVS EX PA

RAPHRASIS Erasmi In secundā epistolam ad Thessalonicē.

excerptus, cum adiecta in eundem Censura.

Propositio. CXCII.

Ca. primo. Vos Thessalonicenses glorificabimini per Christum in die aduentus illius: non iuxta meritū vestrū, sed iuxta beneficentiā dei nostri & dñi Iesu Christi.

Censura.

A Sertio hæc Lutherana: in superioribus creberrime vt heretica reiecta est & confutata.

FINIS.

# ERRORES EX PARA

PHRASIS Erasmi in priorem ad Timotheum Epistolam

excerpti, cum adiectis in eosdem Censuris.

Propositio. CXCIII.

Cap. i. Syncera charitas longe rectius dicitur quid sit agendum: q̄ vllę (quis multę) constitutiones. ea si adsit: quid opus est legis præscriptis?

Propositio. CXCIII.

Humana charitas quoniam sepe vitiata est affectibus: cum vita parū syncera frequenter coheret, nec aliquoties plene fidutię est. At euangelica charitas nec fallit vsq̄ nec hesitat: nec ab officio pietatis cessare nouit.

Censura.

B **N**Sta planam in hoc scriptore theologicę eruditionis inscitia non vno capite produnt. Primum, de agendis non ad voluntatem (vt ille ait) pertinet dicitur, vel ad eius virtutes, cuius modi sunt charitas, fortitudo, & pietas dona, cum tribus morum virtutibus, quæ sunt temperantia, fortitudo, & iustitia: sed ad hominis mentem seu rationem: quæ peculiaribus sibi ac propriis habitibus, id est fidei, intellectus, consilii ac sciētia donis, prudentia quoq̄, per eorum actus ad diiudicandum discernendumq̄ de singulis, tam ad actiuam pertinentibus vitam q̄ theoreticam, vtitur. Hinc ipsa hominis voluntas cęca dicitur: id est potentia non cognitiua, sed affectiua. Cuius ratio seu vis intellectiua: dicitur auriga, id est directrix, & vere est. Sunt autem hæc Christianis philosophis etiā tritissima. Quod deinde in humanas constitutiones hic iterum dicit Erasmus: antea sæpius refutatum est. Q̄ vero subnectit habentibus charitatem nullis esse opus legis præscriptis, id est constitutionibus ac mandatis: hæresis est Beguardorum, de qua paulo ante non nihil dictum est, & alias frequentius. Ponens insuper Erasmus charitatem vnā humanam quam affectibus sæpe dicit vitiari, & euangelicam alteram quę nec fallit nec hesitat &c. somnia quędam humana referre videtur: quo suam manū festat quo ad hæc ignorantiam. Audiat ergo si libet, & vel senex discat prima theologiæ rudimenta, omnem charitatem euangelicam esse: hoc est

qualitatem seu formam in voluntate per habitus modum permanentē: quo ipsa hominis voluntas excitatur ac propensior fit adiuuaturq̄, Deū propter se amare super omnia ex toto corde. &c. & se ac proximum propter deū: oiaq̄ opera, omnē etiā creaturā in Dei gloriā ordinare ac referre. Propria sunt ista euangelicę charitatis officia: quę re ipsa duplex est, eundem tamē actum & nullatenus diuersum producens. vna a Deo solo creatur, quę animę crē fide & spe ab eo confertur: & dicitur infusus habitus, quo formaliter Deo grata est anima illum habens, etiā dum homo dormit. Altera charitas, ac quisitus dicitur habitus, ex actibus nunc expressis genitus, qui iccirco euangelicus, seu theologa virtus dicitur, quemadmodum & prior, a Deo infusus: q̄ vt præactum est, ex illius fit & producitur actibus, similesq̄ vim operatiuam habet. Et id est quod vno verbo in scholis exprimitur theologorū: scilicet q̄ charitas theologa virtus bifariā diuiditur, in infusā scilicet & acquisitam. & pari omnino ratione de fide & spe dicendum. Omnis autem alia in homine amandā actio seu affectio vel actus: nequaquā appellari charitas neq̄ humana, neq̄ diuina debet, aut iuste potest: sed vere cupiditas, etiā ipsi acquisitę charitati (quam si quis humanam vocitet, nihil illum errare dixerim) aduersa, hoc est vitiosus amor, de libero intelligendo: qui solus humanus dici meretur, non autem naturalis. Hunc sane binū amorē, iustum scilicet & Deo placitum, qui vtrāq̄ charitatem cōplectitur, infusam scilicet & acquisitam: & vitiosum, qui (vt dixi) non charitas sed cupiditas est: eorumq̄ reputantiam indicauit Apostolus dicens Galatis, Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Amorem itē illum turpem ex toto in lege prohibuit Deus dicens. Non concupisces. & in Sapiente: Post concupiscentias tuas non eas: & a voluntate tua auertere. & Apostolus. Non regnet (inquit) peccatum in vestro mortali corpore: vt obediat concupiscentiis eius. Quā autem hic conatur statuere aduersus Erasmi dictum, quo ait vnā esse humanam charitatem sepe vitiatam &c. plano & solido tradidit sermone Augustinus, sic quodā inquit loco, Fons dilectionis intus, id est ex hominis affectu saliens: duos riuos infundit. Alter est amor mundi, cupiditas: alter est amor Dei, charitas. medium quippe est cor hominis, vnde fons amoris erumpit: & cum per apertum ad exteriora decurrit, cupiditas dicitur: cum vero desiderium suū ad interiora dirigit, charitas nominatur. Ergo duo sunt riuū qui de fonte amoris emanant, cupiditas & charitas: & omnium malorum radix cupiditas, & omnium bonorum radix charitas. Ex his omnibus liquet, Erasmi plane fuisse per rerum de quibus loqui aggressus est ignorantiam delusum: etiā in eo quā subiunxit, humanam illam quā vocat charitatē affectibus sepe vitiatā (ego autē non charitatem, sed cum sacris literis & Augustino theologorūq̄ vsu, concupiscentiā) aliquoties non esse plene fidutię, quasi virtus eadē aut vitiū, quę sunt agentia mere secundū se naturalia, vno tempore aliter & recte cor mouerent, alio secus & non recte: vel alias sufficienter, alias minus: quod fieri nequit. Item omnis fidutię actus, ad spem vt propriam virtutē spectat: nō ad charitatē. Mirū deniq̄ est ipsum innuere illam suam charitatem humanam falli, & ab officiis pietatis

D

Galat. vi.

Exod. xx.  
& Ro. vii.  
Eccli. xviii.  
Roma. vi.  
E

Lib. de substantia dilectionis. ca. primo, par. operum. x.

i. Timo. vi.  
E



crebro cessare. quæ ergo modo sese habet opposito. Vno igitur (vt dixi) tē pore vera erit virtus, faciens quæ decet: alio re ipsa vitium, quod oportet omittēs. i. Tim. i. Vnde fit eum non intelligere neque quæ loquitur, neque de quibus affirmat.

¶ Propositio. CXCIV.

Cuius insyncera est conscientia, eius non potest esse syncera fides.

¶ Censura.

G Neque ea quæ hic asserit Erasmus ipse intelligit. Est etenim certum: quia cuius est insyncera fides: eum aut hereticum aut infidelem oportet esse. Cuiusque autem viri insyncera est conscientia: qui quolibet crimine scædatus est. verbi causa qui in fornicatione aut periurium lapsus est. Omnis igitur per Erasmi theorema qui crimen quodpiam habet: hereticus est aut infidelis. quod in superioribus plerumque monstratum est recte scripturarum intelligentiæ aduersariis & proinde in fide esse erroneum. Ad hunc autem errorem etiam pertinet quæ ca. iiii. epi. ii. ad sanctum hunc discipulum Timotheum scribit iste Paraphrastes dicens. Quorum mores & animus est insyncerus: eorum doctrina non potest esse syncera. quod hic volui dictum, perstringendæ causa dictionis: quæ in illa epistola aliud nos non offenderit.

¶ Propositio. CXCVI.

Non solum pro Christianis orationes fiant, verum etiam pro vniuersis hominibus, ne videatur angusta Christiana charitas quasi suæ duxat fauens factioni.

¶ Censura.

H Poetica aut oratorum nescio qua licentia hic vsus rhetor Desiderius: Christianorum comunione ac vnitatem, factionis vocabulo impiissime dehonestauit. Non enim (vt inquit magnus quidam in omni disciplina magister) factio est dicenda: cum probi, cum boni congregantur. Quando igitur factionis nomen, improbam ac scditiosam notat conspirationem aut confederationem, aduersus rei publicæ comunem pacem ac utilitatem ad priuata & particularia mundi huius respiciens commoda: videat orator Paraphrastes, qua fesus arte non erubuerit Christianam religionem, religiosumque Christianismum, Christianus ipse factionem appellare: ex qua loquendi forma concluditur christianorum caput Christum factiosum vere esse, singulaque corporis sui mystici membra factiosa. quod indubie vehementer pias offendit aures. Nec leuare potest Erasmi: si preterat olim factio dictione honesta fuisse. quandoquidem ab annis poene innumeris vsus obtinuit eruditorum, vt factionis nomine non nisi vitiosa designetur hominum coitio, aut reprobis consensus.

¶ Propositio. CXCVII.

Cap. iiii. Quoniam in episcopo pudicitia magnam habet commendationem: si non continget qui voluptatem hanc in totum contemnat: illud certe spectandum vt fuerit aut sit vnus vxoris maritus.

¶ Censura.

I Errorem contra Fabrum hoc in Apostoli textu, quoad continentiam sacerdotum perpetuam, superius validis (vt opinor) reprobatur testimoniis, & hic fouere videtur Erasmus, dicens. Si non continget qui voluptatē hanc &c. Absit, absit, castissima a B. Pauli mente quæ censuerit ad episcopatus aut

sacerdotii dignitatem quempiam admittendum: qui carnis in totum non contemneret illecebram. Quidnam autem ipse voluerit dicēs, Oportet enim episcopum esse vnus vxoris virum: in actis aduersus ipsum Fabrum ex sanctorum placitis docuimus.

## ERROR VNVS EX PARAPHRASI ERASMI IN EPISTOLA AD TITVM EXTRA CTVS, CVM ADIECTA IN EVNDEM CENSURA.

¶ Propositio. CXCVIII.

Quid officit ad pietatē: si nesciam cur Moyses vetuerit vesci carne suilla, Cap. iiii. cur Iudæi sanguinem mustellæ tanta cura putent expiandum: aliaque etiam his stultiora.

¶ Censura.



T in his rhetor Erasmus plane Manichæus est: qui prescriptum K Iudæorum populo factum quo interdicebatur eis suille carnis vsus, non a deo datum recognoscit, sed ab homine Moyse: quæ si dominum deum omnia illa quæ ciborum concernunt delictum mandata, vt primum & principalem legislatorem fatetur tradidisse (quod utique ad salutem Christiano fuerit necessarium) iam appendat: qualem quæque execranda in eum ore improbo blasphemiam euomerit dicēs. Quid officit ad pietatē: si nesciam cur Iudæi sanguinem mustellæ tanta cura putent expiandum: aliaque etiam his stultiora? En expiationem transgressionis precepti: quo vetuit dominus mustellæ esum inueniens. Hæc quoque inter polluta reputabuntur, de his quæ mouentur in ter Leuiti. xl. ra: Mustella & mus. stultam quædam esse traditionem prædicat homo iste: esseque alia in ea lege prohibitionibus illis aut præscriptis expiationum re mediis stultiora. Quid precor in veteris legis authorē deum insanius immemorive blasphemiam, dicere potuit Manichæus illius hostis legis? De hoc autem iam prius multa fuere dicta: hæc proinde sint hic satis.

Q Voniā in eplis septē canonicis, & in ea quæ est Pauli ad Hebræos, pau L ca aduertit quæ me mouerēt: mutata paululū pcedendi forma, quo linea breuiori terminū attingā desideratum: tantummodo hic ecclesiæ primores & fidei zelatores omnes cuiuscumque sint ordinis admonitos esse velim discipiat, tolerare ne patienter debeant in primis quæ etiam nunc in dubiū reuocat Erasmus: vt rum epistola quæ secunda B. Petri dicitur, illius sit an Sylyani eius discipuli: cum in secundo illius capite apertissime testetur scriptor se dominicæ transfigurationis mysterio affuisse: ex quo irrefutabiliter iunctis euangelicis literis conuincitur Petrum illam scripsisse epistolam. Quæ ordinē ea M rundem septem epistolarum (de quo Hieronymus in ipsarum prologo sic ait. Sicut euangelistas dudum ad veritatis lineam correximus: ita has proprio ordini deo iuuante reddidimus. Est enim prima earū, Iacobi vna, duæ Petri, tres Ioannis, & Iudæ vna) Erasmus inuenerit. Pro nihilo enim ducens, quæ vniuersa & catholica ecclesia vniuersi voto eum sit amplexata ordinem,

**N** & firmiter teneat: quem sanctus presbyter Hieronymus illis tradidit: duas beati Petri (vel vt contendit ille: vnam Petri, alteram Syluani) primas fecit, tertiam Iudę, Iacobi quartã, & postremas tres Ioãnis locauit: in hoc malens qsm schismate veterē sequi latinorum errorē (de quo eodem prologo ait Hieronymus. Non ita est ordo apud Gręcos, qui integre sapiunt fidęq; rectam sectantur, epistolarum septē quę canonicę nuncupantur: sicut in latinis codicibus inuenitur: vt quia Petrus est primus in ordine apostolorum, primę sint etiam eius epistolę in ordine cęterarum) q̄ cum ipsi latinis & tota ecclesia, ordinem tenere comprobatur.

**O** **Q**z immodestiori adhuc temeritate curiositateq; schismatica etiam post eiusmodi canonicas septē, epistolam illam quę est B. Pauli ad Hebręos locauit, quasi minoris eam faciens & non veneras vt Paulinã. Et in primę epistolę Ioannis argumento secundam & tertiam dicit nō apostolo tribui, sed Ioãni cuidam presbytero. Quod q̄ sit impium ac schismaticum: viderint ipsi ecclesię patres, & ecclesiasticę zelatores doctrinę.

**P** **Q**z ad calcē paraphrasıs capitıs quarti prioris B. Petri epistolę, sic ad verbum scripsit. Lacturã rerum, probra, carceres, flagra, mortē, nemo fert æquo animo: nisi qui fidem inuictam cū euangelica charitate coniunxerit. sic ille. Quasi nulli in historiis legatur, qui dæmonis superbã inebriati maluerint flammarũ extremũ ferre suppliciu, q̄ a peruersis resilire cōceptionibus. Notum satis est ex actis sacre Constantiensis synodi, an Christi an Luciferi martyres fuerint, Ioãnes Hus, & Hieronymus Pragensis: qui etiam vltro & vultu quasi leto in paratos sibi sese dedit rogos. Quot hęc vel præcipitio, vel gladio, aut laqueo crudeliter necauerūt. nō est certe taliũ numerus. Videat Erasmus si istiusmodi homines fidem inuictam iunxerant charitati: cū tamen æquo animo, id est oīno libere, similia tormentis quę passi sunt sancti Christi martyres, perditissimis ac reprobis intencionib; subire mala elegerint. Nihil sane sustinere nō potest pfunda quęq; amoris passio: siue charitas fuerit sancta, siue cupiditas improba.

**Q** **Q**z in Epistola ad dominum Mattheum, cardinalem Sedunensem (quam suã in Iacobi epistolam paraphrasi præmisit) ita inquit. Iam videbar ad huius curricula metam peruenisse, & ipse mihi ferias destinabam in hoc duntaxat genere studiorũ, propterea q̄ oēs epistolas explicuissem quas Pauli germanas esse iudicabam, quib; adiunxi Petri duas, & Iudę vnam: q̄ hæc nō solum consentirent cum Paulinis in vigore doctrinę euangelicę, verum maiorib; etiam tenebris q̄ illę essent inuolute. Siquidē quę fertur ad Hebręos, præterq; q̄ multis argumētis conuici potest non esse Pauli, cum stilo rhetorico verius q̄ apostolico sit scripta, non perinde multũ habet difficultatis: quem admodum nec eã quę Iacobo Ioanniq; tribuuntur. hæc Erasmus. Quę si sobria existant, pia & catholica: postulo dispiciant cardinē dignitatis viri, ad quos non reformidauit pauper & (vt ego sum) miserabilis vere homo, tam impia tamq; schismatica scribere: & viderint ipsi cardines ecclesię quo spiritu hæc omnia Desideriũ acceperint scripta, Est certe qui ab eis rationē requirat in iudicio, deus. Non crediderim autē vllum eorum, ad quos tam accu-

rate sua consecrat scripta Erasmus: legisse citra indignationē illa, si perperderint quorsum tenderēt. Pro epistola autem Pauli ad Hebręos (cuius Erasmus hic temeritate impissima quoad potest authoritatem diluit) in superioribus nōnulla sunt dicta. **Q**z vere autem ac syncere, sese q̄ ita recte ordinata reordinare molitus est Erasmus, & firmata atq; vniuersalis ecclesię multis comprobata iudiciis infirmare ac eis detrahere, excusando, quę subiciam sit locutus: esto lectorũ iudiciũ. ita siquidem ait. Ego nullius obscuro gloriã, neminem e cathedra sua depello: nullius obstrepto studiis. & paulo post. Nulli me factioni vnq; admiscui: nemo meis scriptis vel pilo factus est nigrior. Nullo sæculo nō licuit alicubi dissentire a q̄libet probatis authoribus. Si a solo Thoma dissentirem: videri possem in illũ iniquior. nunc & ab Ambrosio, & ab Hieronymo, & ab Augustino non raro dissentio: sed reuerēter. in Thomã etiã candidior: q̄ vt multis bonis & eruditis viris gratum sit. Ita pro se locutus est Erasmus. Cui pro doctrinę pietatis negocio, cęteris prægressis quorũ falsitas cōstare potest vel ex proposito. CLXXXVI. cum sequentibus tribus, dicendum. Etsi astringatur nemo in singulis, cum Beatis, vel Ambrosio, vel Hieronymo, aut Augustino sapere: sed in quibusdam, paucis tamē locis, ab hoc vel illo declinare debita cū veneratione aut liceat aut oporteat: non parum tamen refert pro quib; id fiat causis. Cæterum dissentire aut aduersari eorum assertis quę cōmuni sequentiũ doctorũ sententiã cōprobata sunt, superba temeritas: his autem quę ecclesię iudiciis aut indubitato & cōmuni vsu illicitũ prorsus est, impium & schismaticum.

**Q**z capite primo epistolę Iacobi ita dicit Erasmus. Deus nostram salutē fidei potissimũ vult acceptã ferri. & post nōnulla: Nihil moratur Deus nostra merita: tantũ fiduciã erga se requirit. & rursus post aliquantas: Lex Moisaica magis prodebat animi mala: q̄ sanabat. Erat enim imperfecta, & magis metu deterrebat a malis, q̄ efficiebat vt homines sponte recta sequerentur. At euangelica lex per charitatē a volentibus ac liberis plus impetrat: q̄ extorquebat illa. Hęc Erasmus: quę omnia sunt in præcedētib; cōfutata.

**Q**z cap. ii. itidem sic ait: Fides sine operibus non magis est dicenda fides: q̄ cadauer hominis meretur hominis vocabulũ. item sic. Natura coniunctissima sunt fides & charitas, adeo vt alterũ ab altero diuelli nō possit. est em̄ charitas fidei comes indiuidua. nã fides absq; charitate: ne fides quidem est. Et hæc omnia iam reprobata sunt. **Q**z etiam cap. iiii. sic ait. In lege Moisaica non nihil dabatur humanis affectibus: Licebat odisse inimicum: fas erat studere parandis opibus: non habebatur iniustus, qui vim vi, qui conuiciũ conuicio retudisset. hæc sapius monstrauius esse heretica.

**Q**z capi. iiii. primę Epistolę B. Ioannis apostoli sic dicit. Iudiciũ metus ex mala conscientia nascitur: hoc etiam crebro antea reprobatur est. **Q**z in epistola ad dominũ Syluestrum, episcopum Vigornensem, ad hunc scripsit modum Erasmus. Paulum tibi mitto: qui nostra opera didicit, & fufius, & explanatus dicere, idq; latine. Itē. Nostra tarditas Pauli sublimitatē non assequatur: certe effeci vt frequentius teratur manibus q̄ antea cōsueuit. rursus. Antehac vix intelligebatur Paulus ab eruditis sudatibus: nunc in

telligitur a semidoctis: modo ne sint oïno rudes sermonis Romani. deniq; sic. Hic si nihil laudis debet ingenio meo, si nihil eruditioni: certe non nihil debetur industriæ. hæc Erasmus ad dñm episcopū, quem dicit apud D. Leonem. Ro. Pon. pro serenissimo Anglię rege perpetuum oratorē. **Q**z sint autem a moribus ecclesiasticorum scriptorū aliena: ne plus quidē adiciam, viderit reuerēdorum episcoporum ordo: qui Christi ecclesię regimen vtinam multi non quæserint, sed impositum vt oportet gerant. Quid vero tam crebris epistolis ad Imperatores, ad reges, ad principes, ad summos quoq; pontifices medios & infimos, quibus dicat suas Erasmus paraphrases, latenti animo concupiuerit, quoue spiritu, ita ad omnem mundi plagam sua (quæ maxime sonora est, & sirenum cantibus præstat) tuba declamarit: ipse paulisper subsistens perpendat, illi consulo. Nemo sane probatorum in diuinis scriptorum tanto studio egit: vt quæ emitteret opuscula, siue iure, siue iniuria, a toto probarentur mundo. Sed de his satis.

**Y** **Q**z epistolę ipsius Pauli ad Hebręos. cap. ix. inquit. Veteris tēpli religio habebat ritus quosdam stataq; ceremonias: quę obseruatę, iustitię speciem haberent. Habebant sanctimoniam quandā, sed mundanam: nimirum in rebus extraneis ac visibilibus sitam: cuiusmodi nonnihil videntur & apud gentes. hæc Erasmus. Quæ dispiciant episcopi vicarij Christi ad quos diriguntur: & appendant vtinam sint Christianæ consentanea pietati: cū Manichæi impietatem plane redoleant, qui veterem legem non a deo vero datam contendeant. Atqui si quæ hic asserit Erasmus vera sunt: nō errauit Manichæus. Nam si ceremoniæ secundū legem in templi cultus obseruatia, iustitię speciem solum habebant, ac sanctimoniam tantū mundanā, cuiusmodi nonnihil apud gentes videantur: illa nō vero deo iubente fiebant: sed illo, quem veteris legis ore blasphemus contendebant Manichæi fuisse authorem, id est demonum principe mandante.

**Z** **Q**z etiam cap. xi. scribit dicens. Enoch fidei debet hoc seu glorię seu felicitatis: q; sublatus ex hominum contubernio viuit cum Deo. Vbi primo Lutheranus plane est, q; fidei tribuit soli & gloriā Enoch & felicitatē. Dein si Erasmus credit ipsum Enoch in cælo cū deo iam gloriose viuere: eius credulitas, leuitas quædam temeraria est, & arbitraria profus opinatio, nimirum nullis, aut diuinis eloquiis, aut solidis scriptorū sacrorum testimoniis comprobata. Magis pie credendum quoniam Enoch in corpore mortali seruat Deus cum Helia in sæculi finem, & hoc quidem in terrestri paradiso. Nihil tamen hic est temerarie asserendum.

**FINIS: GLORIA DEO.**

In typographia Iodoci Badii,

Ad. V. Calend. Iunias.

M. D. XXVI.

